

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

**Forcellini, Egidio**

**Schneebergae, 1831**

B

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1615)

Jupiter, Venus, Mars, Saturnus etc.: ab a privativa, et ζώνη, zona. Capell. 1. p. 17. Ex cunctis igitur coeli regionibus advocatis Diis, ceteri, quos Azonos vocant, ipso commoente Cyllenio convocantur. Serv. ad Virg. A. 12, 118. Dii communes sunt, qui αζωνοι dicuntur, id est, qui coeli certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur: ubique enim eos esse manifestum est: ut Mater Deum, cujus potestas in omnibus zonis est, et cum omnibus est communis. V. COMMUNIS.

[AZONICUS, a, um, adj. αζωνικός, ad Azonam pertinens, quae fuisse videtur eadem ac Deum Mater. V. AZONI. Not. Tir. p. 88. Azona, Azonicus. F.]

\*AZORIUM, i, Ἀζόριον, oppidum Thessaliae, in Pelasgiotide, ut placet Ptolemaeo, Azorus vel Azorum dictum Liv. 42, 53. et 44, 2. B. A.

\*AZOTUS, i, Ἀζωτός, oppidum Judaeae, quod et Asdod dictum. Plin. 5, 13. B. B.

\*AZURITANUM OPPIDUM, idem quod Assuros vel Assurae, in Numidia. Plin. 5, 4. B. A.

AZYMUS, a, um, adj. αζυμος, non fermentatus: ab a privativa, et ζύμη, fermentum: et dicitur de pane. Scribon. Compos. 133. Cibos assae carnis dare cum pane azymo. P. Paenultima corripitur a Prud. Apoth. 421. Lascivire choris, similaginis azymon esse, Cum fermentati turgescant crimine mores. (Azymon Graeca positione dictum est pro azymum; et absolute neutrorum more positum est pro pane azymo.) Graeci tamen produxerunt, ut Nicand. in Ἀλεξίφαρμ. v. 521. Μη μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀνέγα κήδοι. Quare si quis Latine proferret longa paenultima, haberet quod se tueretur, nam Prudentius malus habendus prosodiae auctor.

DE LITTERA B

Littera muta [\*quam, ut Capell. dicit 3. p. 58. labris per spiritus impetum reclusis edicimus] est, quae non in sonum suum, sed in sonum e litterae finitur. Hanc Graeci βῆτα nominant. Gerit virtutem et potestatem mediam inter p et ph. Quare nos ob litterarum affinitatem dictiones Graecas traducunt nonnunquam p et ph in b convertimus, ut πῆδος, buxus, ἴμφο, ambo. [\*V. Quint. 1, 4. qui Byrrhum pro Pyrrho et Benenam pro Helena antiquos scripsisse monet. Quin fascinum dixere pro βασιάνιον.] Et e contrario, quod illi b scribunt, nos cum ph traducimus, ut Φολαμβος, triumphus. P. Saepae transit in v, cujus rei exempla multa habentur in veteribus inscriptionibus etiam probae aetatis. Hinc ababus pro abavus, abe pro ave, bixit pro vixit, curbatus pro curvatus, et alia sexcenta apud Grut. et Reines. V. eorum Indices cap. De his, quae ad Grammaticam pertinent, et Pier. ad A. 7, 627. [\*Quae quidem permutatio litterarum B et V. inprimis in iis monumentis, quae a saeculo quarto prodierunt, frequens facta est. Eadem perpetua fere est in Cod. antiquissimo Pandect. Florentin. Cf. Lips. Var. Lect. 2, 28. Lambin. ad Cic. Att. 1, 15. Spanhem. de U. et Pr. Numm. dissert. 2. p. 120.] His adde habeo pro aveo apud Cic. Tusc. 1, 8. ad f. ex optim. MSS. codicib. [\*V. Maj. ad Cic. Rep. 1, 4. B. A.] P. B in praepositione ab in duobus tantum verbis mutatur in u, aufero et aufugio, ut advertit Cic. Or. 47. In aliis transit etiam in c, ut occurro; in f, ut sufficio; in g, ut suggero, in m, ut summitto; ut p, ut nubo, nupsi etc. P. In notis lapidum inscriptorum fere est bene. [\*Item B significat in litteris antiquis Brutum vel Balbum. Item Bonum, ut B. AV. bonis auspiciis seu bonis avibus; B. I. I. Bonum iudicis iudicium; B. F. Bonum factum, qua formula in edictis proprie utantur. V. Turneb. Adv. 3, 22. Brisson. Form. p. 173. Graece ἀγαθὴ τύχη. P. Elegans exstat de hac littera, epigr. Mart. 5, 27. quod V. — Nec minus est elegans epigr. aenigmaticum in Symposio Lactant. n. 42. Tota vocor Graece, sed non sum tota Latine: Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam: In terris nascor, lympha labor, ungor olivo. Gesner. p. 86. sic exposuit: Versu primo significatur βῆτα, be; altero B littera, quae notat bonum; tertio beta olus. Haec Gesnerus.]

BA

BA, interjectio avertentis aut fastidientis. Pl. Asin. 1, 1, 24., ubi plerique omnes leg. ah.

BAAL et Bahal, m. indecl. Baal, Hebraice באל, nomen est Dei, ab Assyriis, Phoenicibus, et aliquando etiam a Judaeis culti, qui et Bel seu Belus dictus est, consecratus a Nino Beli filio in honorem patris, ut Hieron. in cap. 23. Ezech. docet. Augustin. autem Quaest. super Jud. quaest. 7, 17. Punicam vocem esse scribit, et significare dominum: eoque nomine Jovem cultum fuisse. P. Prima syllaba est longa apud Prud. Apoth. 393. Fluxe-

rat ornatus, caput et jam coctile Baal etc. Sedul. tamen corripuit 5, 147. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.

BABA, ae, m. insignis fatuitatis homo temporibus Senecae, cujus is meminit ep. 15. et Apocol. ante med.

BABAE, βαβαι, παπαί, interjectio admirantis, plaudentis et approbantis. Pl. Pers. 5, 2, 25. Hui! babae! basilice te intulisti et facete. Id. Ps. 1, 3, 130. Ca. Fur. Ba. babae. Ps. fugitive. Ba. bombax. Ca. fraus populi. Ba. planissime. P. Apud eund. Pl. Stich. 5, 7, 3. babae, tatae, papae sunt voces hilariter ludentium, saltantium, atque invicem plaudentium.

\*BABANENSES, ium, populi Hispaniae citerioris, in Conventu Carthaginiensi, quos inter celeberrimos stipendiariorum collocat Plin. 5, 4. B. A.

\*BABBA, ae, f. oppidum Mauritaniae Tingitanae, Caesaris Augusti colonia, dicta et Julia Caepestrus. Plin. 5, 1. B. A.

[BABBUS, ii, m. idem ac baba, stultus, a βαβάζω, inarticulatam vocem edo, ideoque etiam in Gloss. Isid. Babiger, et baburrus, stultus. Inscr. in Giorn. Arcad. T. 5. p. 274. Gajus Nonius Vitalis, qui et Babbus. F.]

BABECALUS vel Babaecalus, i, m. Est vox a Graeco βαβάζω; hinc Latine in Gloss. Philoxeni legitur babit, gloriatur, et babiger, baburrus in Gloss. Isid. et Orig. 10., unde recte derivatur babeccalus, seu babeccalus Campana fortasse pronunciatione: Itali dicunt babbaccio, babbione, quae omnia stultum, ineptum, nugatore denotant. Frustra itaque sunt, qui lectionem sollicitant. Eiusdem originis est babulus, quam V. infra. Arnob. 4. p. 141. Pellicibus atque amiculum delectatus impatientiam suam spargebat passim, ut babeccali adolescentes solent. Petr. fr. Trag. 67. Burm. Videtis, inquit, mulieris compedes? Sic nos babeccali despoliamur. Adde ib. 37. in f. [\*V. Cangii Glossar. in v. Baburrus. B. A.]

\*BABEL, elis, civitatis Assyriae nomen, quod a confusione linguarum accepit. Transfertur mystice ad Ecclesiam corruptam. Augustin. de Civ. Dei 16, 3. et 11. Cf. Joseph. Jud. Antiq. 1, 5. Ἐβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὴλ καλοῦσι. B. A.

\*BABIA, ae, f. oppidum Italiae inferioris, vitiibus ferax nequaquam spernendis, ut auctor est Plin. 14, 6. B. A.

\*BABIGER, a, um, adj. Fatuus, stultus, ineptus. Gloss. Isid. Cf. v. seq. B. A.

BABULUS, i, m. idem fortasse, quod stultus, ineptus. Appul. Met. 4. p. 149, 7. Tunc e re nata subtile consilium ego et iste babulus tale comminiscimur. Alii leg. baburrus eadem significatione. V. v. seq.

\*BABURRUS, Stultus, ineptus Gloss. Isid. et Orig. 10. Gloss. Gr. Lat. Barburra (sic), ἀργαῖος, ἀνόητος, μίαισος. Graecis Βαβάζ est vanus, fatuus. Antepenultimum corripuit Guald. in vita S. Anscar. 95. Ac quidam de plebe truces, hominesque baburri. Cf. Babiger. B. A.

\*BABYLO, onis, m. Nomen servi apud Ter. Ad. 5, 7, 17. ubi interpp. deceptant, utrum casus rectus sit Babylus an Babylo. Hoc unice verum. Vide post Bentl., Burm. ad Suet. Ner. 36. Ruhuk. ad Ter. p. 208. Schopp. (Gr. Βαβυλὼν et Βαβυλὸς et Βαβυλῆς dicitur. V. Salm. ad Solin. p. 185. B. A.)

BABYLON, ōnis, f. Βαβυλὼν, urbs Chaldaicarum gentium caput, in Babylonia, celeberrima et ex maximis Asiae, ad Euphratem fluvium interfluentem, in vastissima et laetissima planitie. Conditam est a Nembroth seu Belo filio Chusan, nep. Cham, postea a Semiramide amplificata et moenibus cincta, quibus sexaginta passuum millia complectebatur: obtinuitque diu summam claritatem in toto orbe. Nunc tota in ruinis jacet. V. apud Plin. 6, 26, 30. et Curt. 5, 6. plura. Mart. 9, 76. Nec latere cocto, quo Semiramis longam Babylonia cinxit etc. Babylona accusativus est Graecae positionis pro Babylone. [\*Vide Bremi ad Corn. Them. 2, 8. ad Cic. Fat. 15.] Sil. 14, 657. Vestis spirantes referens subtemine vultus, Quae radio caelat Babylon, h. e. variis coloribus intexta ex arte acu pingendi, quae Babylone ortum habuit. Sic Mart. 14, 150. Babylonis acus. V. BABYLONIUS.

BABYLONIÄ, ae, f. pars Mesopotamiae atque Assyriae, ita dicta a Babylone urbe, quae ejus regionis caput fuit. Plin. 6, 26, 30. P. Sumitur etiam pro Babylone. Justin. 1, 2. Haec Babylonia condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit. Id. 12, 13. Ejus adventum Babyloniae operiri. Adde Curt. 4, 6.

BABYLONIÄCUS, a, um, adj. Babyloniensis. Manil. 4, 578. Cum Babyloniacas submersa profugit in undas, h. e. in Euphratem, qui Babylonia interluit.

BABYLONICUS, a, um, adj. Βαβυλωνικός, ad Babylonia pertinens. Mart. Dig. 39, 4, 16. §. 7. Pelles Babylonicae, pelles Parthicae, h. e. ex Babylonia advectae. Pl. Stich. 2, 3, 54. Babylonica peristromata, h. e. variis coloribus intexta. V.

BABYLONIUS. Sic Mart. 8, 28. Babylonica picta superbe texta. [\*Festus s. v. Solla: Solaria quibus illa insternuntur vocantur Babylonica.] P. Babylonica pellis, Itali dicunt marroccino, a loco, in quo comparabatur, appellata est nobilior, ac peculiari βυρσοδεμεικής artificio parata, quae cum pelle Parthica jungitur in Dig. 39, 4, 16. §. 7. Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper, opus byssicum, pelles Babylonicae, pelles Parthicae etc. Edict. Diocl. p. 22. De pellibus Babylonicis, sive Trallianis, sive foenicis (lege phoenicis). Pellis Babylonica primae formae X. quingentis (fortasse legendum quinquagenis), formae secundae X. quadraginta. Id. p. 24. Succi Babylonicus puri. P. Babylonicum, ci, et frequentius Babylonica, orum, absolute sunt vestes Babylonia arte pictae. P. Syrus Mimogr. ap. Petr. Sat. 55. Plumato amictus aureo Babylonicus. Al. leg. aulaeo pro aureo. Lucr. 4, 1023. Cum Babylonica magnifico splendore rigantur. Ulp. Dig. 34, 2, 26. Stragula et Babylonica, quae equis insterni solent. Haloander edidit Babylonicas, ut sit femininum pluralis numeri.

BABYLONIENSIS, e, adj. Babyloniensis. Pl. Truc. 1, 1, 66. Babyloniensis miles.

BABYLONIUS, a, um, adj. ad Babylonem pertinens, Βαβυλωνίος. Pl. Truc. 2, 5, 19. Babyloniensis miles. Oe. Met. 2, 248. Euphrates Babyloniensis. Curt. 5, 1. Babylonia arx. Lucan. 6, 50. Babylonia moenia. Plin. 6, 26, 30. Seleucia Babylonia, h. e. quae in provincia Babylonia condita fuit a Nicatore, in conflente Euphratis fossa producti et Tigris, ut Id. ib. narrat. Id. 21, 18, 72. Babyloniensis juncus, h. e. juncus odoratus, qui laudatissimus circa Babylone nascitur. P. Babyloni, orum, sunt Babyloni incolae. Horum celebre fuit studium in astrorum totiusque coeli motibus perscrutandis, atque in universa astronomia perdiscenda, ex qua futura praesciri arbitrabantur. Cic. Div. 2, 46. in f. Nam quod ajunt, quadringenta et septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicumque essent nati, Babyloniis possuisse, falsum est. Hor. Od. 1, 11, 2. nec Babyloniis Tentaris numeros, [\*i. e. noli vitae exitum explorare ex subducto secundum Babyloniurum artem stellarum numero. Pro Babyloniis rationibus eodem sensu Chaldaicas rationes ponit Cic. Div. 2, 47.] P. Horum quoque inventum fuit et subtiliter exulta ars pingendi acu vestes variis coloribus, atque in illis varias texendo figuras exprimendi, non secus ac pictores in tabulis penicillo. Plin. 8, 48, 74. Aurum intexere in Asia invent Attalus rex: colores diversos picturae intexere Babylon maxime celebravit et nomen imposuit.

\*BABYTACE, es, f. oppidum memorabile, de quo sic Plin. 6, 27. In septemtrionali Tigris alveo oppidum est Babytace. Abest a Susis CXXXV. mill. pass. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui sit in usu. Adde Solin. 54. p. 85. Steph. Byz. Βαβυτάκη, πόλις Περσική. B. A.

[BACALUSIA, ae, f. vox composita a bacca seu bacca et lusia, h. e. bacca, quae per lusum comedi solet. Erat fortasse carica, praesertim Thebaica, cujus otiosi conviviae comedeant, ut hodie edimus ciceres virides, qui vulgari sermone spassapensieri appellantur. [\*Rectius comparaveris eum apud nostros usum, ex quo amygdalae cum putaminibus (Krachmandeln) in mensa apponuntur, quae per lusum saepe fractae comeduntur.] Petr. fr. Trag. 41. Postquam itaque omnes bacalusias consumpsit, duravi interrogare etc. Burm. habet babazusias, at cod. Trag. diserte bacalusias. Haec deprompta ex Francisco Orioli in Opusc. Letter. di Bologna T. 1. p. 65., qui putat id nominis impositum principio quidem veris dumtaxat bacis, postea latius usurpatum fuisse ad indicandos edules fructus omnigenos, quorum usus in epulorum pausis erat, ne scilicet, dum carnes scinderentur, otiarentur maxillae. F.]

\*BACACUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Nerviorum. Tab. Peut. Dicitur etiam Bacacum. Anton. Itin. B. A.

BACAR, vas vinarium simile bacroni. Festus. [\*Ex eo quod cum bacrone comparatur, patet genus vasis fuisse longiore manubrio instructi.] Scallig. docet scribendum esse baccar duplici cc. Nam legi in Gloss. Isid. Bacarium, vas aquarium. In Gloss. tamen Philox. Bacar, εἶδος ἀγγείου. [Adde βλαος, βελον, βελδιον idem significare, quod Itali dicunt bicchiere. Hinc est in Gloss. Philoxeni Bacario, πορνωδιόχορος, h. e. meretricibus aquam infundens. (V. de hoc hominum genere Salm. in Vopisc. Carin. 21. B. A.) V. AQUARIOLUS. F.]

BACCA, ae, f. κόκκος, ἀκρόδερμον, nomen generale, quo significantur minutiores ac rotundiores fructus arborum, praesertim silvestrium, ut oleae, lauri, corni, myrti, platani etc., item quarundam herbarum, ut hyssopi, ebuli etc. Quomodo differant ab acinis, V. in ACINUS. Cic. Div. 2, 6. Agricola cum florem oleae videt, baccam quoque se visurum putat. Cat. R. R. 101. Baccae myrti.

*Virg. G.* 1, 306. lauri. *Id. Ecl.* 10, 27. sanguineae ebuli. *Plin.* 16, 27, 50. cupressi. *Id.* 12, 7, 14. juniperi. *Id.* 15, 7, 7. platani. *Id.* 24, 5, 11. cedri. *Id.* 26, 11, 70. et *ib.* 12, 76. hyssopi. *Id.* 32, 2, 11. Baccæ curalii. P Per antonomasiam dicitur de bacca oleae, quia est omnium utilissima hominibus. *Op. Pont.* 4, 15, 10. Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos. Adde *Hor. Od.* 2, 6, 16. et *Mart.* 13, 101. P Interdum generatim significat quoscumque arborum et plantarum fructus. *Cic. N. D.* 2, 51. Semen inclusum est in intima parte earum baccarum, quae ex quaque stirpe funduntur. *Id. Tusc.* 1, 14. Ergo arborea seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. *Id. Sen.* 2. In arborum baccis, terraeque frugibus. Adde *Div.* 1, 51. et *Sil.* 15, 535. P Per similitudinem dicitur de variis rebus baccæ, vel globuli figuram habentibus. *Pallad.* 2, 14. Si caprini stercoris baccam subula subtiliter excavaveris, et in ea semen lactucae immiseris. [\**Colum.* 8, 10. bacca stercoris caprini. *Plin. Valerian.* eas eandem ob rationem *pitulas* appellat. Vide *Schoettg. in Ind. Script. R. R.*] P Pro unionibus aut gemmis. *Virg. Cul.* 66. Indi conchea bacca maris. *Op. Met.* 10, 116. parilesque ex aere nitentur Auribus in geminis circum cava tempora baccæ. Adde *Hor. Epod.* 8, 13. P Similiter nodi vinculorum et catenarum anuli baccæ dicuntur. *Prud. Aeg. seq.* 1, 46. Carcer illigata duris colla baccis impedit. *Id. Psychom. prooem.* 33. Artita baccis colla liber erigit, *bojis* utroque loco alii leg. [\**Nempe* non simpliciter anuli catenarum baccæ dicuntur, sed eximie ii, quibus similitudo aliqua cum baccis intercedit. Hinc, ut hoc utar, collaro ex electro, corallii (V. supra) etc. facto, recte baccas tribuas; sed catenae aureae non item, nisi forte ad hanc formam efficta sit. V. *Heins.* ad *Prud. Psych. praef.* 33.] P Scribitur et *baca*, unico c. [\**Probat* hanc scripturam N. *Heins.* Cf. *Drak.* ad *Sil.* 8, 134.] Putant autem nonnulli, baccam scribi, cum fructum arboris significat; baccam vero, cum unionem. Alii semper *baca* scribi placet. Sed et *bacca* optima scriptura est: quin frequentius in libris reperitur, et est consuetudine usitator.

**BACCALIA**, ae, f. *Plin.* 15, 30, 39. scribit *baccaliam* appellari a nonnullis lauri illud genus, quod vulgatissimum est, baccarumque fertilissimum. V. v. seq.

**BACCALIS**, le, adj. baccas ferens, ut *baccalis laurus* apud *Plin.* 17, 10, 11., quam 15, 30, 39. appellavit *baccaliam*, nempe laurum feminam, quae baccas fert, seu Cypria; non triumphalem, vel Delphicam, quae mas est, ideoque sterilis.

**BACCAR**, aris, n. et *Baccaris*, is, f. [\*de genere vide *Ruddim. Instituti.* l. p. 18.] herba alio nomine *nardum rusticum*, radice tantum odorata, ex qua ab antiquis unguenta fiebant: odorem habet cinnamomo proximum, provenitque gracili solo, nec humido. Usus habet in coronamentis. Creditur etiam habere vim contra fascinationes. Quidam vulgo appellant *chirothecas D. Mariae*, teste *Ruellio*, alii *Digitalem*. [\**Sprengelius* putat esse *Valerianam celticam Linn. F.*] *Plin.* 12, 12, 26. *Baccaris* vocatur *nardum rusticum*. *Id.* 21, 6, 16. Combretum procerius, quam *baccar*. *Virg. Ecl.* 7, 27. baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. [\**Id. ib.* 4, 19. errantes hederas passim cum baccare — tellus — fundet; ad quem locum vid. *Serv.* Credunt esse nostrum *Sanguineum Gnaphalium (Ruhkraut)*. *Billerb. flor. class.* p. 215.] P Est et alia herba hoc nomine, quam Graeci *asaron* vocant. V. **ASARUM**. Hanc rectius quam priorem, *nardum rusticum* appellari posse, docet *Plin.* 21, 6, 16. P Scribitur etiam *bacchar* et *baccharis* cum aspiratione. Nam apud Graecos quoque et *βάρραρις* apud *Hesych.* et *βάρραρις* apud *Dioscor.* legitur.

**BACCATUS**, a, um, adj. baccas habens. *Monile baccatum* apud *Virg. A.* 1, 659. et *Sil.* 8, 134. est margaritis consertum. Adde *Lamprid. Alex. Sev.* 41. [\**Cf.* quae s. v. *Bacca. sub f.* observavimus.] P Scribitur et *bacatus*. V. **BACCA**.

**BACCHĀ**, ae, et *Bacche*, es, f. *Βάχχη*, quae vox Graece *furere percitant* significat. *Bacche* dicta est nympha, quae cum Brome sorore sua Bacchum nutrit in Nysa monte, ut *Serv.* ad *Ecl.* 6, 15. docet. Praeterea ita appellatur mulier Bacchi sacra celebrans. Conveniebant enim statis temporibus, hoc est singulis trienniis, mulieres (maxime in Thracia et Thebis) thyrsis pro hasta armatae, viteis et hederaceis ramis caput coronatae, cervinaque pelle ad sinistram latus pendente amictae, ut est apud *Op. Met.* 6, 591., discurrebantque passis capillis per vias furentum more, validis ululatus adstreperantes, et Bacchi laudes canentes: et si quos obvios habuissent, thyrsis caedentes. Vagabantur per agros, nemora et montes, in quibus sacra Bacchi caesis victimis perficiebant. Hujusmodi comitatum Indicam proficisceretur. Immiserat enim iis ejusmodi furorem, quo hostibus terribiles, licet feminae, videri possent. Quem ipsum

furorem, quae illud sacrum celebrabant, omnibus insanientis animi signis imitari studebant: adeo ut aliquando ipsae sibi brachia pectusque crebris vulneribus perfoderent, ut ex *Op. Trist.* 4, 1, 41. et *Val. Fl.* 3, 20. colligitur. *Op. Her.* 10, 48. Quae ab Ogygio concita Baccha Deo. *Id. Met.* 9, 640. Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae. *Id. Trist.* 4, 1, 41. Utque suum Bacche non sentit saucia vulnus, Dum stupet Edonis exululata jugis. Al. leg. *Bacchis. Lucan.* 5, 74. Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae. *Liv.* 39, 9. et 10. Initiare aliquam Bacchis, h. e. sacris Bacchanalium, quibus Bacchae sacerdotis praerant. *Pl. Amph.* 2, 2, 71. Bacchae bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniores facies; feriet saepius: si obsequare, una resolvat plaga. Proverb. de eo, qui furenti obsistere velit. P Pro muliere furiosa. *Pl. Bacch.* 3, 1, 4. Bacchides, non Bacchides, sed Bacchae sunt accerrimae. P [\**Baccha*, vinum in Hispania. *Varr. L. L.* 6, 5. p. 79. Sed quae est *Baccha Honoraria Alba*, quam ad *foeculum immolavit Q. Licinius Nepos magister fratrum Arvalium*, in *Inscr. ap. Phil. a Turre Monum. Vet. Antii* p. 392. P *Porcam* convenire huic sacrificio novi; *Bach* in Germania porcum marem significare, constat. Haec *Gesnerus. B. A.*]

**BACCHĀBUNDUS**, a, um, adj. baccans, vino et comissionibus deditus, hilari crapula amens. *Curt.* 9, 10. Hoc modo per dies septem bacchabundum agmen incessit. P Item clamans, obstrepens Baccharum more. *Appul. Apol.* p. 326, 8. in medio foro bacchabundus.

**BACCHĀEUS**, V. **BACCHĀEUS**.  
**BACCHANAL**, is, n. *Βακχῆϊον*, locus quo Bacchae conveniunt sacra facturae. *Pl. Aul.* 3, 1, 3. Ad Bacchas veni in Bacchanal. Et *ib.* 8. Aperit Bacchanal. *Liv.* 39, 18. Omnia Bacchanalia Romae et per totam Italiam diruere. P Item ipsum Bacchi sacrum. *Pl. in supposit. Amph. scena*, quae incipit *Tun' me mactes!* v. 12. Bacchanal te exercuisse oportuit senex, h. e. Bacchi sacris adfuisse, atque ibi in furorem actum esse. *Id. Mil.* 3, 2, 44. Vos in cella vinaria bacchanal facitis.

**BACCHANALĪA**, ium et iorum, n. *Βακχῆϊα*, *Λογία*, festa et sacra in honorem Bacchi: quibus initiati, praeter insanos ritus, omnibus se vitis polluebant: quae fuse persequitur *Liv.* 39, 9. et *segg.*, ubi narrat de iis sacris Romae detectis et abolitis. [\**Cic. Legg.* 2, 15. Senatus auctoritas de Bacchanalibus, sc. sublatis.] *Tac. H.* 2, 68. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinae et castris propria. *Liv.* 39, 41. Reliquias Bacchanalium quaestionis cum omni executus est cura. *Sall. fr. Hist.* 3. ap. *Non.* 8, 49. Exauditique sonus Bacchanaliorum. V. **SATURNALIA**. P *Vivere Bacchanalia* est dissolute ac luxuriose vitam agere. *Juven.* 2, 3. Qui Curios simulat et Bacchanalia vivunt. [\**Ubi* attende ad insolitam verbi *vivere* juncturam. Plane sic idem *Juven.* 12, 128. vivat vel Nestora totum. Alia tam Graeca quam Latina vide apud *Bernhardy wissenschaftliche Synt.* p. 108.] P Significat etiam interdum loca, in quibus Bacchanalia fiunt. V. **BACCHANAL**. P In singulari numero adjective quidem dici poterit *Bacchanale festum*, sed non *Bacchanale absolute*, quia hujusmodi nomina festorum dierum singulari numero carere solent. Ita docet *Macr. Sat.* 1, 4.

**BACCHANĀLIS**, le, adj. ad Bacchum, vel ad Bacchanalia pertinens, *Βακχῆϊος, Βακχῆϊος*. *Macr. Sat.* 1, 4. Bacchanale festum. *Val. Max.* 1, 3. n. 1. Bacchanalium sacrorum mos. *Aur. Vict. Caes.* 3. et *Epit.* 3. Bacchanalis torus. Al. rectius leg. *chorus*.

**BACCHANS**, antis, part. v. *bacchor*. *Βακχῆϊων*, qui bacchatur, et furit Baccharum more. *Pl. Amph.* 2, 2, 71. Bacchae bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniores facies. [\**Cf. Baccha ab init.*] *Cic. Cat.* 4, 6. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. P *Bacchantes*, um, sunt ipsae Bacchae, *Βάχχαι*. *Curt.* 8, 10. Ut passim hederæ ac vitium folia decerpent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. *Op. Met.* 3, 702. Vadit, ubi electus facienda ad sacra Citheron Cantibus, et clara Bacchantum voce sonabat. P Translate. *Hor. Od.* 1, 25, 11. Thracius ventus bacchans, h. e. vehementius flans. *Prud. Ham.* 376. stolidi bacchantia gaudia mundi.

**BACCHAR**, V. **BACCAR**.  
**BACCHĀTIM**, adv. Bacchantium more. *Appul. Met.* 1. p. 108, 3. Quin igitur, inquit, soror, hunc primum bacchatim discernimus? [\**respicitur* misera Penthei sors, qui a sororibus discerptus esse dicitur.]

**BACCHĀTIŌ**, onis, f. *Βακχῆϊα, Βάκχνημα*, bacchantum ludus et furor. *Cic. Verr.* 2, 1, 12. Nocturnae bacchationes ac vigiliae. [\**Ubi* tamen vox *bacchatio* non propria significatione de bacchantibus ponitur, sed translate de hominibus furibundis.]

**BACCHĀTUS**, a, um, part. v. *bacchor*. *Prop.* 3, 15, 1. Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris: Da mihi bacchato vela secunda, pater.

Al. melius leg. *pacato*. P Translate. *Val. Fl.* 6, 632. velut hiberno promptus ab arcu Imber agens scopulos, nemorumque operumque ruinas: Donec ab ingenti bacchatus vertice montis Frangitur. P Passive dicitur de loco, in quo Bacchi festa celebrata sint. *Virg. G.* 2, 487. et virginibus bacchata Laacaenis Taygeta. [\**Id. A.* 3, 125. Bacchata Naxos.] *Val. Fl.* 3, 20. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis. [\**Ex Graeco fonte* hic usus derivandus; Graecis enim *βακχῆϊδεις* sic adhibetur.]

**BACCHĒIS**, idis, idos, f. adj. *Stat. Silv.* 2, 2, 34. si subeas Ephyres Baccheidos altum Culmen, h. e. Corinthi, quam urbem familia Bacchiadum per ducentos annos tenuit.

**BACCHĒIUS**, a, um, adj. ad Bacchum pertinens. *Op. Met.* 3, 691. Accensis aris Baccheia sacra frequento. *Virg. G.* 2, 454. Baccheia dona, h. e. vites et vina.

**BACCHĒUS**, a, um, adj. ad Bacchum pertinens, *Βακχῆϊος*. *Op. Met.* 11, 16. Tympanaque, plaususque, et Bacchei ululatus. *Id. Fast.* 2, 313. Bacchea vineta. *Calp.* 4, 56. Bacchei corymbi, h. e. fructus hederæ, qua coronantur poetae. *Stat. Th.* 7, 603. Baccheus cultor. Adde *ib.* 12, 791. P Item ad Bacchas pertinens. *Stat. Th.* 1, 328. Ogygiis ululata furoribus antra Deserit et pingues Baccheo sanguine colles, h. e. fuso a Bacchantibus cum Penthea discerperent. [\**Colum.* 10, 223. Bacchea voce fremement.] P Legitur et *Bacchæus*.

\***BACCHĪA**, ae, f. poculi genus primum a Baccho nominatum. *Isid.* 20, 5. *B. A.*

**BACCHĪADAE**, arum, m. plur. gens vel familia Corinthi, a Bacchia Bacchi filia appellata, quae ut *Strabo* 8. narrat per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit: a Cypselo tandem expulsa in Siciliam venit, et Syracusas condidit. [\**Adde Herodot.* 5, 22. *Aelian.* V. H. 1, 19.] *Op. Met.* 5, 407. Et qua Bacchiadae bimari gens orta Corintho, Inter inaequales posuerunt moenia portus.

\***BACCHĪAS**, adis, f. *Βακχῆϊας* sc. *νήσος*. Insula in sinu Arabico, ejus mentio fit apud *Plin.* 6, 29, 34. *Βάκχου νήσος* est *Ptol.*

**BACCHĪCUS**, a, um, adj. ad Bacchum pertinens, *Βακχῆϊος*. *Mart.* 7, 62. Aoniae Bacchica sarta comae. *Macr. Sat.* 1, 18. Hedera coronantur Bacchico ritu. Et mox: Speluncae Bacchicae. V. **BACCHĪUS**. P Bacchicum metrum est tale: *Lactare, baccare praecinge frontem*. Hoc mihi videtur magis ad prosam convenire. Et sane multis pedibus in oratione utitur. Haec *Dion.* 3. p. 513.

**BACCHĪLĪDIUM** metrum constat dimetro hypercatalecto, ut *Florus corona textitur. Serv. in Centimetr.* p. 1819.

**BACCHĪS**, idis, f. mulier Bacchi sacerdos. *Op. Trist.* 4, 1, 41. Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus, etc. Quidam leg. *Bacche*. P *Bacchides* titulus est comoediae Plautinae, in qua inducuntur duae sorores, quarum utriusque nomen erat *Bacchis*, quia earum parentes Bacchi sacris initiati fuerant.

**BACCHĪSONUS**, a, um, *Βακχῆϊσνός*, Bacchum sonans, Bacchicus. *Paul. Nol. Nat.* XI. S. *Fel. ed. Murat.* 281. Evoc Bacchisonum fractis imitantur anhelis Vocibus.

**BACCHĪUS**, a, um, adj. idem quod Bacchicus. *Op. Met.* 3, 518. Orbus, ait, fieres, ne Bacchia sacra videres. Ita *Heins.* ex variis codicibus. MSS. Sed editiones tres principes, quas habemus, item Aldina, et aliae habent *Bacchica*. Similiter apud *Eund. Trist.* 1, 6, 2. Bacchia sarta, *Id. Heins.* legi monet in MSS., cum tamen in editis fere habeatur *Bacchica*. Idem dic de illo *Stat. Th.* 9, 479. Bacchia buxus. Et *Ach.* 2, 4. Bacchia Naxos.

\***BACCHĪUS**, i, m. scriptor de re rustica, Milesius. *Varr. R. R.* 1, 8. *Colum.* 1. et c. 1. P Bacchius et Bithus, gladiatores nobilissimi, qui pares aetate et audacia fuere. Hinc natum proverbium: *Bithus contra Bacchium*. V. *Erasm. Adag. et Sueton.* in *Augusto*. *Hor. Sat.* 1, 7, 20. Uti non Compositus melius cum Bitho Bacchius. Hi cum multis interfecissent, tandem congressi mutuis vulneribus se confoderunt. *B. A.*

**BACCHĪUS**, ii, m. *Βακχῆϊος*, pes metricus trisyllabus, constans prima brevi et duabus longis, ut *Caton.* Ita *Donat.* p. 1739. *Quint.* 9, 4. et *Ascon. Div. Verr.* 7., ubi illam Ciceronis clausulam *cujus ego causa laboro*, ex spondeo et duobus bacchiis constare docet. Alii contra definiunt, quod constet duabus longis, et brevi, ut *Romanus*. Ita *Terentian.* p. 2414. et *Atil. Fortunat.* *ib.* p. 2687. Sed satius est definire cum *Val. Prob.* p. 1491. *bacchium a brevi eundem esse atque antibacchium; bacchium vero a longa fuisse a Terentiano vocatum simpliciter bacchium*. Dictus est autem *bacchius*, quia praecipue in iis canticis, in quibus laudatur Bacchus, locum habet: vel quia aptissimus est saltationibus Baccharum.

**BACCHOR**, aris, atus sum, dep. I. *Βακχῆϊοναι*, proprie significat Bacchi sacris operam dare Baccharum ritu. *Plin.* 3, 1, 3. Lusum Liberi Patris, aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniae. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 205. ululatus Ide

bachatur. P *Bacchari evoc* est bachando *evoc* inclamare. *Cat.* 64, 61. et 255. P Saepissime accipitur pro furere, impotenter se gerere in aliqua re, impetu ferri, more Baccharum. *Colum.* 10, 197. Nunc amor ad coitus proferat, nunc spiritus orbis Bacchatur Veneri, stimulisque Cupidinis actus, etc. [*h. e.* tota mundi anima jam nihil aliud potest, quam generare et gignere.] *Virg. A.* 4, 300. Saevit inops animi, totanique incensa per urbem Bacchatur. *Hor. Od.* 2, 7, 26. non ego sanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere est amico. *Cic. Or.* 28. *ad f.* Furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. P Speciatim *bacchari* dicitur quidquid violentius commovetur et concutitur. *Virg. A.* 6, 77. At Phoebi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse Deum. *Santia ap. Non.* 2, 78. Ita obsoletum sono furenter ab omni parte bacchatur nemus. P Hinc et ventus *bacchari* dicitur, cum vehementius spirat. *Or. Trist.* 1, 2, 29. gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto. [*\*Cf.* locos sub *Bacchans* allatos.] P Est etiam vagari, discurrere. *Virg. A.* 4, 666. consusam bacchatur fama per urbem. *Lucr.* 5, 821. atque animal prope certo tempore fudit Omne, quod in magnis bacchatur montibu' passim. [*\*ubi* quod de animali dictum est, valde insolitum est habendum.] *Pl. Mil.* 3, 2, 42. Bacchatur hama, casabant eadi. P Item saevire, grassari, crudeliter se gerere. *Claud. B. Get.* 155. cum vilis Spartacus omne Per latus Italiae ferro bacchatus et igni. *Suet. Cal.* 56. Ita bacchantem atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. P Item immodice lactari. *Cic. Cat.* 1, 10. Hic tu qua laetitia perfrueris! quibus gaudiis exultabis! quanta in voluptate bacchabere! [*\*Cic. Cat.* 4, 6. furor in vestra caede bacchantis.] P Eleganter dicitur de actione et oratione oratoris nimis ardentis. *Cic. Brut.* 80. Eos, quorum altior oratio actioque esset ardentior, furere et bacchari [*\*schwirmen und rasen*] arbitratur. Adde *Quint.* 12, 10. P Item de poetis carmina fundentibus: divino enim furore intus agi dicuntur. *Stat. Silv.* 1, 2, 257. tecum similes, junctaeque Camenae, Stella mihi, multumque pares bacchamur ad aras. [*\*Item* passive de locis, in quibus Bacchi festa celebrantur. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 206. ululatus Ide bacchatur. Frequentius etiam partic. *Bacchatus* sic ponitur, de quo v. supra.]

**BACCHUS**, i, m. *Bάκχος*, [videtur vox derivata a *βίω*, quo proprie notatur, qui sonum inconditum *βέ βέ* edit; hinc inserto *α* *Bάκχοι* dicti, qui furore Bacchico perciti sunt, deinde eorum Deus *Bacchus F.* Ita tradit *Furl.* de etymo. Rectius haud dubie statuis, eandem vocem esse *Bάκχος* et *Ιακχος*; hoc autem descendit ab *ιάχω*, *ιά*, *ιχ*.] filius Jovis et Semeles, quae cum, adhuc gravida, ictu fulminis arsisset, puer ab ipso patre servatus fuit, et proprio femori assutus atque abditus; exactis iustis mensibus in lucem editus, nymphisque educandus datus. Hoc vero inde fictum est, quod veteres Indi tradunt, Bacchum fuisse nutritum in specu montis apud Nysam, qui meros dicitur. Graece autem *μηρός* femur significat, ut *Solin.* tradit 52. Alii scribunt, non a Jove, sed a nymphis ereptum incendio matris fuisse, et aqua infusa fotum atque recreatum. Hinc *Stat. Th.* 9, 428. Hae tibi flagrantem Bromium restinximus unda. Ubi de Ismeno amne loquitur, qui est in Boeotia prope Thebas, quae Bacchi patria sunt. V. *NYSA*. Natus est autem cornutus, ut quidam Graeci auctores tradidere: a Latinis quoque ei cornua tribuuntur, *Tib.* 2, 1, 3., *Hor. Od.* 2, 19, 29. et aliis: nempe quia vinum *addit cornua pauperi*, ut ait idem *Hor. Od.* 3, 21, 18., vel quia homines nimio vino truces fiunt, ut *Fest.* in *Cornua* docet. Adolens factus multas res admirabiles gessit, assumptisque secum pluribus feminis comitibus, quibus vires supra sexum furorique similes animos indidit, varias terras peragravit, Indos bello perdomuit, et de iis triumphavit. Tigres et lynces curru suo adjunxit, vitium colendarum rationem mortales docuit: ex quo vini repertor et praeses habitus est. Hinc semper ebrius esse fingitur, semperque sitiens. Currum habere dicitur vitium pampinis et uviv ornatum, pampineis frenis tigres regens, pro sceptro thyrsum gestans, hoc est hastam frondibus viteis aut hederaceis ornatum, coronam in capite ejusdem materiae, cervinamque pellem ab humeris dependentem: quo ornatu ejus quoque comites Bacchae incedunt. Habet pro magistro et custode Silenum, senem hominem et vinosissimum, qui ejus currum asello sedens sequitur, Satyris comitantibus et subinde labantem sustentantibus. Ipse autem Bacchus perpetua juvena eximiaque pulcritudine florere dicitur, ut est apud *Or. Met.* 4. *init.*, ubi multa de eo narratur, variaque ejus cognomina recensentur. V. etiam *Sen. Oed.* a v. 403., ubi de ejus laudibus. et *Nemes. ecl.* 3. a v. 17. P *Cic. N. D.* 3, 23, quinque Bacchos commemorat, primum e Jove et Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemis: tertium Caprio patre, qui in Asia regnasse fertur, cui Sabazia sunt instituta:

quartum Jove et Luna, cui sacra Orphica putantur confici: quintum Niso natum et Thyone, a quo Trieterides institutae putantur. Poetae passim per Bacchum intelligunt filium Jovis et Semeles, ut dictum est. Appellatur etiam *Liber*, et *Liber Pater*, *Dionysius*, *Iacchus*, etc., quae V. suis locis. *Macr. Sat.* 1, 18. docet, Bacchum eundem esse atque Apollinem seu Solem: idque multis veterum auctoritatibus confirmat. P Metonymice ponitur pro vitibus. *Virg. G.* 2, 112. apertos Bacchus amat colles, aquilonem et frigora taxi. *Manil.* 5, 238. Et te Bacche tuas nubentem junget ad ulmos. *Lucan.* 9, 433. ora vicina perusti Aetheris exurit menses, et pulvere Bacchum Enecat. P Saepissime pro vino. *Virg. Ecl.* 5, 69. Et multo in primis hilarans convivia Baccho. *Id. G.* 1, 344. Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho. *Hor. Od.* 3, 16, 34. Nec Laestrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. [*\*Ter. Eun.* 4, 5, 6. Sine Cere et Baccho friget Venus. Quod in proverbium abiit.] P Est etiam poetarum Deus et fautor. Dicitur enim illis poeticum furorem afflare, quia vini potus hilaritatem inducit, facitque disertos. V. *Hor. Ep.* 2, 2, 78. et *Od.* 2, 19. P Denique Bacchus nomen est piscis cujudam marini, qui non nisi in alto capitur, ideoque pretium habet. *Plin.* 9, 17, 28. et 32, 11, 53. [*\*ib.* 32, 7, 25. ubi traditur eundem *myxon* dici.]

**BACCIBALLUM**. V. **BACIBALLUM**.

**BACCIFER**, a, um, adj. baccas ferens. *Plin.* 16, 10, 20. Taxus baccifera. *Sen. Oed.* 414. Hedera baccifera. P Item ferax olivae, quae saepe absolute *bacca* dicitur. *Sil.* 3, 596. Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino. P Scribitur et *bacifer*. V. **BACCA**.

**BACCINĀ**, ae, f. herba alio nomine Apollinaris dicta. *Appul. Herb.* 22.

**BACCŪLA**, ae, f. parva bacca. *Plin.* 25, 8, 54. Ferunt bacculas parvas, ut cappariss. *Arnob.* 5, p. 159. Pomis atque aliis bacculis sustentatur. Adde 2, p. 58. et 1, p. 2.

**BACENIS**, *Βακέννη* vel *Βακέννης*, silva grandis in Germania. *Caes. B. G.* 6, 10. Hodie est *Hartzwald*, ut nonnullis placet. *B. A.* *\*Sic Reichard.* Secundum alios *der Buchoniawald*.

**BACEOLUS**, stultus, forte a Graeco *βάκηλος*, quod ab *Hesych.* exponitur etiam *ἀνώγιος*. Hac voce utebatur Augustus teste *Suet.* in *ejus Vita*, 87., ubi alii leg. *bateolum*, alii *bacelum*. [*\*Hoc bacelum* unice videtur probari debere. Nempe Augustus, quae consuetudo ei erat admodum familiaris, Graeca voce tanquam latina usus est.]

[**BACIBALLUM**, seu *Bacciballum*, i, n. vox composita ex *bacca* et *βάλλω*, jacio. Dicitur translate de puella amata, quae Gallice *bijoux*, Italice *giojello* dici posset. *Petr. fr. Trag.* 61. *Burm.* Noveratis *Melissam Tarentinam*, pulcherrimum *Baciballum*. Ita interpretatur *Franc. Oriolius Opusc. Letter. Bologn.* p. 223., itaque habet *Cod. Trag.* quod perperam alii aliter efferunt. F.]

**BACILLUM**, i, n. *βάβδος*, *νίγδος*, *λίγος*, parvus baculus, virga. *Cic. Fin.* 2, 11. Bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum. *Juven.* 3, 27. pedibus me Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo. P *Bacilla* saepe dicuntur virgae lictorum. [*\*Sed non ubi bacilla* locum habent de lictorum virgis, sed tantum quatenus insigne erant magistratum in municipiis, fascium loco. Vid. *Turneb. ad Cic. Agr. loco infra cit.* Cf. *Id. Att.* 2, 6.] *Cic. Verr.* 2, 5, 54. Sex lictores eum circumstant valentissimi, caedunt acerrime virgis: denique proximus lictor, converso bacillo, oculos misero tundere vehementissime coepit. *Id. Agr.* 2, 34. Anteibant lictores non cum bacillis, sed, ut hic praetoribus anteeunt, cum fascibus duobus, *h. e.* non cum solis bacillis sine securibus, sed cum duobus fascibus virgarum, cum quibus securae colligatae erant. P [Apud *Varr. R. R.* 1, 50. bacillum ligneum incurvum, in quo sit extremo serrula ferrea, est idem ac murga, instrumentum scilicet metendis spiciis. Hic quaedam editiones habent perperam *batillum*, sed *Schneid.* probavit *bacillum* reponendum. V. **MERGAE**. F.] P *Bacillus*, i, m. gen. legitur apud *Isid. Orig.* 20, 13. A baculo bacillus per diminutionem.

**BACIS**, idis, m. vates Boeotus. *Cic. Div.* 1, 18.

**BACRĪO**, onis, m. genus vasis, [*\*urceolus.*] *Festus*: Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrii: hoc alii trullam appellant. Al. leg. *Bacionem*. Al. *Batrimonem*. Videtur autem esse idem, quod in *Gloss.* dicitur *Baccario*: et in *Gloss. Isid.* legitur *Baccarium*. [*\*In gloss. gr. lat.* vertitur *ποροδίακτος*, i. e. qui aquam meretricibus ministrat.]

**BACTRĀ**, orum, n. plur. *τὰ Βάκτρα*, nunc *Balk*, urbs ad Bactrum fluvium sita sub monte *Paramiso*, caput regionis Bactrianae. *Curt.* 7, 4. Ipsa Bactra sita sunt sub monte *Paramiso*. Bactrus amnis praeterit moenia. P Dicitur et *Bactrum* in sing. num. *Plin.* 6, 16, 18. Bactri, quorum oppidum *Zariaspe* (quod postea *Bactrum*) a flumine appellatum est. P *Bactrum*, i, fluvius est modo dictus, nunc *Dahas*, ex Tauro monte profluens, Ba-

ctra alluens, et in Oxum amnem influens. *Lucan.* 3, 268. *Bactros* dixit Graeca terminatione.

**BACTRI**, orum, m. plur. Bactrianae regionis incolae. *Plin.* 6, 16, 18. [*\*Pomp. Mel.* 1, 2.]

**BACTRIANUS**, a, um, adj. ad Bactra, vel Bactros pertinens. *Curt.* 6, 6. Bactriana regio. V. geographos. *Id.* 9, 7. Bactriana arx. *Plin.* 37, 5, 17. Bactriani smaragdi. P *Bactriani*, orum, sunt Bactrianae regionis incolae. *Plin.* 6, 23, 25., *Curt.* 4, 6.

**BACTRINUS**, a, um, adj. Bactrianus. *Appul. Met.* 7, p. 194, 4. Frenum camelo Bactrino sufficientis.

**BACTRŌPERĪTĀ**, ae, m. qui baculum et peram gestat, et dicitur de philosophis Cynicis, qui contemptores saeculi, et omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehebant, ut loquitur *Hieron.* in *Matth.* 10. Graeca vox est a *βάκτρον*, baculus, et *πήρα*, pera, saccus. P [*\*Scribitur et Bactroperata* vel *Bactropereta*, ut mavult *Car. Du Fresne*. Bactroperitarum habitus meminit *Herodian.* l. 1. *Ἀπὸ φιλοσόφου φέρον σχῆμα, βάκτρον γὰρ ἦν μετὰ χειρὸς, ἡμυγύρω δὲ ἐκκεμῆς πήρα.* Cf. *Martial. epigr.* 4, 53. *Laert.* in *proem.* et quae de baculo vel clava philosophorum commentati sunt *Savaro* et *Sirmondus* ad *Sidon. ep.* 4, 11. et ad *ep.* 9. *B. A.*]

**BACTRUM**, **BACTRUS**. V. **BACTRA**.

**BACŪLUS**, li, m. et *Baculum*, li, n. *βάκκηλα*, *βάκτρον*, [est a praeter. *βέβακα* verbi *βαλω*, quod ab inusit. *βίω*, eo, vado: nam viatores olim baculo semper sunt usi, praecipue homines agrestes, et pastores, F.] scipio, fustis. [*\*Nota baculum*, *scipionem* et *fustem* ita esse diversos, ut fuste ad verberandum inprimis utamur; scipioni et baculo inter eundem et standum innitatur. In scipione ornamentum cernitur, in baculo communis usus spectatur. V. *Doederl. Synon.* III. p. 267.] *Cels.* 8, 20. Habenas ad valida bacula deligare. *Or. Met.* 15, 655. Baculum agreste. *Sil.* 13, 334. pastorale. *Or. Fast.* 1, 177. Incumbens baculo, quem dextra gerebat. *Appul. Met.* 7, p. 194, 30. Baculo, quem gerebat, oberberans. *Or. Met.* 6, 27. Sustinere artus baculo. *Id. ib.* 8, 218. et *ib.* 14, 655. Inniti baculo. [*\*Utebantur etiam baculis*, ut et fustibus, ad spicas excutendas. *Colum.* 2, 21. — Porro *baculi ilignei* occurrunt apud *Vitr.* 10, 6. ad obfirmandas res, ut bacillorum fere locum sustineant.] P Pro sceptro. *Suet. Ner.* 24. In tragico quodam actu cum elapsum baculum resumpsisset. [*\*Regis enim partes agebat Nero*, ut sceptro ei opus esset. V. *Bremi* ad *h. l.*] *Flor.* 4, 11. Aureum in manu baculum, ad latus acinaes, purpurea vestis, diadema, etc. Adde 3, 19. P *Pera* et *baculus* fuere veluti insignia Cynicorum philosophorum. His enim solum instructi divitiarum contemptum prae se ferebant. *Appul. Apol.* p. 288, 6. Hoc Diogeni et Antistheni pera et baculus, quod regibus diadema, etc. *Aus. epigr.* 53. Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex ista fuit Cynici. *Mart.* 4, 53. V. **BACTRŌPERĪTĀ**. P Est etiam instrumentum ferreum, quo utuntur tectorii operis artifices, quod Itali vocant *mazzuola*, *mazzapicchio* (*Schlügel*). *Vitr.* 2, 4. Arena fluviatia propter macritatem, uti Signinum, baculorum subactionibus in tectorio recipit soliditatem. *Id.* 7, 3. a *med.* Sed et baculorum subactionibus fundatae soliditates. Alii utrobique leg. *liaculorum*, quod praestat. V. **LIACULUM**.

**BACUNTIUS**, i, m. fluvius in Pannonia, qui haud procul a Sirmio in Savam influit. *Plin.* 3, 25. Hodie vocatur *Bazuncha Lazio*.

[**BACURDUS**, i, m. Germanorum Deus. *Inscr.* ap. *Grut.* 86, 9. et 10. *Bacurdo* sacrum. F.]

**BADACUM**, i, oppidum Norici, *Bidacum* dicitur *Anton. Itin.*

**BADANATHA**, ae, urbs in Arabia felice. *Plin.* 6, 28, 32.

**BADIA**, ae, oppidum in Hispania Baetica, ad Anam amnem. *Val. Max.* 3, 7.

[**BADIOLUS**, a, um, diminut. *badii*. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Grut.* 87, 12. *Arrius Badiolus*. F.]

**BADIUS**, a, um, adj. color in equis rubeus cum exuberantia et splendore: qui dicitur etiam phoeniceus et spadix. [*\*Nobis dicitur*, ni fallor, *eine Falbe*.] *Varr. ap. Non.* 2, 87. Equi colore disparis ita dati, hic badius, iste gilvus, ille murinus. *Grat. Cyn.* 536. optima nigri Crura illi, badiosque legunt in pectore crines. Adde *Pallad.* 4, 13. [*\*Cf. Isid. Orig.* 12, p. 1114, 45.] Porro *bajo* est a *βαῖς*, quae et *βαῖς*, seu palmae ramus, spadix: quae et *βαῖς*, et *βαῖον*. [*Vox tamen non Graecae originis est*, sed Aegyptiacae: nam apud Aegyptios, ut probat *Jablonsk. Opusc. T.* 1, p. 48., *bai* ramum palmae significat. F. *\*Gloss. lat. gr.* *badius*, *χελιδνωτικός*.]

**BADIZO**, as, n. *βαδίζω*, Graecum verbum, quod ire, incedere, ambulare significat. *Pl. Asin.* 3, 3, 116. Demam herele jam de hordeo, tolutum ni badizas. [*\*Ut nos per jocum: wenn du dich nicht gleich in Trab versetzt.*] P Scribitur et *badisso*, quemadmodum et *patrisso* pro *patrizo* dicitur, et

*atticisso pro atticizo; sic lachanisso, sicidisso, belisso, obrussa, et alia. Saepae enim Latini, teste Prisc. l. p. 452. Graecum in duos ss vertere solent. Quod si Isidoro habenda fides est Orig. l. 4., fuit hic scribendi modus apud antiquos usque ad Augusti tempora. Quare utraque scriptio probabilis est, immo vero probabilior quae duplex ss adhibet: nam = Graeca littera est, non Latina.*

\*BADUHENNAE LUCUS, in Germania septentrionali fuit, in Frisiis. *Tac. A. 4, 73. B. A.*

BAEBIUS, a, um, adj. ad Baebium pertinens, quod est nomen proprium Romanum. *Baebia lex* de praetoribus, qua jubebatur, ut alternis annis quaterni praetores crearentur, cum sex quotannis creari solerent, denominata est a M. Baebio trib. pleb., qui eam tulit circa A. U. 570. *Liv. 40, 44. et Festus in Rogat.*

\*BAEBRO, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin. 3, 1. B. A.*

\*BAECULONENSIS, se, adj. ad Baeculam pertinens, oppidum Hispaniae Tarraconensis: duplex fuit, unum in ora Hispaniae Baeticae, in finibus Oretanorum, de quo *Liv. 27, 18. et 28, 13.*; alterum ad fluvium Iberum, in regione Ausetanorum, cujus meminit *Ptolem. 2, 6. Plin. 3, 3, 4. memorat Baeculonenses incolae hujus oppidi. B. A.*

\*BAELON (Ptolem.) vel Belon, onis (Plin 3, 1.), vel Belo, onis (Mela 2, 6. extr.), oppidum Hispaniae Baeticae, ad fluvium cognominem. *B. A.*

\*BAESIPPO (Plin. 3, 1.), vel Besippo (Mela 2, 6. extr.), oppidum in Hispania Baetica. *B. A.*

\*BAETERRA, ae (Mela 2, 5. post init.), vel Baeterrae, arum (Id. ib. post med. Anton. Itin. et Plin. 14, 6. ed. Hard. nam ed. Elz. habet *Bitterrae*), vel Baeterrae (id quod habet *Plin. 3, 4. ed. Hard.*), oppidum Galliae Narbonensis, in regione Tectosagum, hodie *Beziers*. *Balvaqua* est *Steph. Byz. Balvaqua Ptol. B. A.*

BAETICATUS, a, um, adj. indutus vestibus ex lana provinciae Baeticae. Ibi enim oves lanam ferrebant coloris rutili valde grati, et satis se sine alia tinctura commendantis. *Mart. 1, 97. Et Baeticatus et leucophaeatus.*

BAETICOLA, lae, comm. gen. accola Baetis fluvii. *Sil. 1, 146. Baeticolasque viros furiis agitabat iniquis.*

BAETICUS, a, um, adj. ad Baetim fluvium pertinens. *Baetica provincia*, quae et *Baetica* absolute dicitur, est Hispaniae ulterioris pars ad meridiem versa, ubi urbes celebres Hispalis, Corduba, Gades, Munda, Eliberis, etc., nunc *Andalusia* cum majori parte regni Granatensis. Dicta est a Baeti fluvio, qui eam ab oriente in occasum interfuit. *Plin. 3, 1, 3. Baetica a flumine eam mediam secante cognominata, etc. V. ibi plura. Id. 11, 37, 76. Cuniculorum in Baetica saepe geminae (fibrae) reperiuntur. Tac. H. 1, 78. Provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit. P Baetici, orum, sunt ejus incolae. Plin. ep. 1, 7. Excusare Baeticis contra unum hominem advocacionem. Et paulo post. Adesse contra Baeticos. P Interdum toto ulterior Hispania, quamvis latus pateat, *Baetica* dicitur. *Plin. 3, 1, 2. Hispania ulterior appellata, eadem Baetica. P Baeticae lanae olim in pretio fuerunt propter colorem nativum rutilum, et nulla alia tinctura adhibita, valde nobilem, ut in BAETICATUS dictum est. Plin. 8, 48, 73, Mart. 12, 66. et 14, 133. et *Juv. 12, 40. P Primam syllabam corripit Seren. Sammonic. cap. ult. Sal niveum sumes, Beticum quod nomine dicunt; quod et *Auson.* facit in voce BETIS. Sic enim scribendum est, abjecta prima diphthongi littera, ut corripit ratio constat; cave tamen imiteris.***

BAETIGENĀ, ae, comm. gen. natus circa Baetim fluvium, Baeticola. *Sil. 9, 234. Baetigenaeque viri.*

BAETIS, is, m. nunc *Guadalquivir*, fluvius nobilis Hispaniae olim ab incolis *Circe* dictus, qui oritur in confinio provinciae Tarraconensis, et per ulteriorem Hispaniam fluens in occidentem, nomen dat Baeticae, quam mediam secat, receptisque aliquot aliis fluvii in oceanum immittitur. Celebris est tum multis oppidis, quibus dextra laevaue accollitur, tum lanis nativi coloris rutili, de quibus dictum est in BAETICUS, tum denique copia oleorum et vini. *Plin. 3, 1, 3. Mart. 12, 99. Baetis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. Quem Bromius, quem Pallas amat, etc. P In accusativo Baetim Latino et Baetin Graeco more habet. Mart. 9, 62. Qua dives placidum Corduba Baetin amat. P In ablativo et Baeti habet et Baete. *Liv. 28, 22. Marcus superato Baete anni, quem incolae Circen appellant. Plin. l. c. Quae regio a Baeti ad fluvium Anam tendit. P Paul. Nol. scribit Baetis, et primam corripit *carm. ad Auson. 10, 236. Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus. V. BAETICUS.***

\*BAETON, onis, m. *Baeton*, Historicus Graecus, qui vixit temporibus Alexandri Magni, cujus *oratio* scripta. Saepae a vett. laudatur. *Plin. 5, 17.*

et 19. et 7, 2. *Solin. 53, 55. V. Athen. 10, 12. itin. B. A.*

\*BAETULO, onis, oppidum Hispaniae Tarraconensis, cis Iberum flumen, hodie *Badalona* in Catalonia. *Plin. 3, 3. Baetullo* appellatur a *Mela 2, 6. P Est et nomen fluvii vicini. Mela ib. P Scribitur et Betulo et Betullo. B. A.*

\*BAETURIA, ae, *Baeturia*, Hispaniae Baeticae tractus, Anam inter et Baetim fluvios. *Liv. 39, 3. ed. Drak. nam in ed. Gronov. est Beturia. Adde Plin. 3, 1. ed. Hard. B. A.*

[BAETYLUS, i, m. *Baetylus*, ita appellatus est apud orientis populos Deus quidam, qui sub rudis lapidis figura colebatur. Hinc *Hesych. Baetylus, οὐτως ἐκαλεῖτο ὁ θεὸς ἰσθμῶν τῆς Κρήνης ἀπὸ τοῦ ἁγίου*. Hujusmodi numen originem habuisse a lapide prope Bethel a Jacobo in voti memoriam consecrato (ut traditur in *Genes. c. 28.*) probat *Zoega, De orig. et usu Obelisc. p. 201. Hinc Plin. 37, 9, 51. Sotacus et alia duo genera facit cerauniae gemmae, nigrae, rubentisque, ac similes eas esse securibus: iis, quae nigrae sunt et rotundae, urbes expugnari et classes, easque betulos (lege baetilos) vocari: quae vero longae sunt, ceraunias. V. ABADIR. F.]*

\*BAGACUM. V. BACACUM.

BAGAUDA et BACAUDA, ae, Vox Gallica agrestem et latronem significans. Hujusmodi enim hominum magna manus, ducibus Aeliano Amandoque, temporibus Diocletiani coepit in Gallia rapinis et caedibus grassari, populatisque late agris, plerasque etiam urbes tentare, quos Maximianus magna clade fudit, ut est apud *Aur. Vict. Caes. 39. et Eutrop. 9, 20. [\*Salvian. de gubern. 5. p. 171. Rittersh.] P Haec vox ab aliis aliter effertur. Nam et Baganda et Baucauda et Bagoda et Vocanda legitur. Sed nihil haec ad Latinam linguam.*

BAGAUDICUS, a, um, adj. ad Bagaudas pertinens. *Eumen. pro restaur. schol. 4. Civitas latrocinio Bagaudicae rebellionis obsessa.*

BAGENNI (s. Bagienni). V. VAGENNI.

BAGOUS, i, m. et Bagoas, a, m. *Bagoos* et *Bagoas*, vox Persica spadonem significans, ut ait *Plin. 13, 4, 9. ubi legitur bagou in Genitivo retenta Graeca positione τῶν Βαγῶων. Erant autem hujusmodi seminares, qui custodes puellis apponabantur. Ov. Amor. 2, 2, 1. Quem penes est dominam servandi cura, Bagoae. Quint. 5, 12. Statuarum artifices pictoresque clarissimi nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent.*

\*BAGRADA, ae f. *Baqradas*, Africae fluvius, inter Uticam et Carthaginem. *Caes. B. C. 2, 24. et 26. Plin. 3, 4. et 8, 14. Liv. 30, 25. Lucan. 4, 587. Gell. 6, 3. Sil. 1, 407. Val. Max. 1, 8. B. A.*

BAIAL. V. BAAL.

BAJAE, arum, f. plur. *Bajae*, oppidum Campaniae, litorale, inter Cumam et Puteolos, cum portu: locus celebris amoeno situ, et aquis calidissimis ad voluptatem, tum ad morbos sanandos accommodatissimis; cui nomen dedisse perhibent *Bajum* quendam, qui fuit unus ex sociis Ulyssis, ut est apud *Strab. l. 5. et Serv. ad A. 3, 441. Itaque magna assiduaque frequentia eo concurrerant ex Romanis lavandi studio, et loci amoenitate, fruendi, ibique parvulis cymbis navigare, convivia et comissiones celebrare solebant: adeo ut paulatim sedes luxuriae et vitiorum diversorium factum sit, ut est apud *Sen. ep. 51. Hinc Stat. Sil. 4, 7, 18. Non tamen porta retinent amoeno Desides Bajae. Prop. 1, 11, 27. quamprimum corruptas desere Bajae. P Adjective Prop. ib. 30. Ah pereant Bajae, crimen amoris, aquae. P Hinc quibuscumque aliis balneis calidis, et locis amoenis ac voluptariis, item laeubus, quos privatim ditiores in hortis suis habere solebant deliciarum causa, *Bajarum* nomen aliquando datum est. *Cic. Coel. 16. Cujus in hortos, donum, bajas jure suo libidines omnium commearent. Adde Tib. 3, 5, 3.***

BAJANUS, a, um, adj. ad Bajas pertinens. *Plin. 2, 103, 106. Bajanus sinus. Id. 14, 6, 8. n. 1. Bajanus lacus. Hor. Sat. 2, 4, 32. Bajanus murex, h. e. qui in mari prope Bajas capitur. Cic. Att. 14, 8. Bajana negotia. Mart. 6, 43. Bajani soles. Id. 1, 60. Bajana sportula, h. e. quae Bajis datur. Id. 13, 82. Concha ebrua Lucrino Bajano, h. e. ostrea pasta in lacu Lucrino Bajis proximo. Aliquando enim Bajanus et Lucrinus lacus propter vicinitatem commutat nomina. P *Bajanus*, i, absolute. *Plin. 9, 8, 8. Ex bajano Puteolos in ludum litterarium itare, h. e. ex Bajano agro. Id. ib. 54, 79. Ostrearum vivaria in Bajano, h. e. in lacu Bajano, seu Lucrino. [\*Varr. R. R. 3, 17. In Bajano tanta ardebat cura (Lucullus), ut architecto permiserit, ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis e mari.]**

\*BAIOCASSES, um, et Baiocassi, orum (i. q. *Viducasses*, et *Civitas Baiocassium* in *Notit. civit. Gall.*), urbis et populi commune nomen. *Auson. in Profess. carm. 4, (al. 5.) 7. Doctor potentum Rhetorum, Tu Baiocassis stirpe Druidarum satus. Urbis nomen nunc *Bageux. B. A.**

\*BAJULATIO, onis, f. *Gloss. Vet.* Haec bajulatio, *βαρτανία. B. A.*

\*BAJULATOR, oris, m. i. q. bajulus, *βαρτανιεύς, ἀρτοπόρος Gloss. Cyrill.* Legitur et apud *Ulp. Dig. 15, 1. de Usufruct. ubi alii balneatorem. B. A.*

BAJULATORIUS, a, um, adj. ad bajulandum aptus. *Coel. Aur. Acut. 1, 11. Ut sella bajulatoria leniter atque mediocriter moveatur.*

BAJULO, as, avi, atum, a. l. *βαρτανία*, fero, porto: et dicitur proprie de iis, qui proprio corpore ferunt. [\*Tradunt vett. grammatici, vocem derivandam esse a *Bajis*, qui locus aquarum salubritate valde notus est. Plurimos enim illo loco homines confluisse volunt, qui aegrotis operam suam commendarent. Rectius *Doederl. Synon. l. p. 151. Graecum βαρτανία comparat, cui radix BAR subest. Pl. Asin. 3, 3, 70. Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. Quint. 6, 1. ad f. Ego te bajulare non possum. Phaedr. 3, 20. Asinus bajulans sarcinas. Caj. Dig. 50, 16, 235. Bajulare suo corpore. [\*Inprimis de iis qui quaestum inde faciunt.]*

[BAJULONĀ, ae, f. *Isid. Orig. 20, 11. Bajulona* est lectus, qui in itinere bajulatur, a bajulando, id est deportando. Alii leg. *bajonula. F.]*

BAJULUS, i, m. *βαρτανιεύς, βαρτανία*, qui corpore portat. *Gell. 5, 3. Vecturas onerum corpore suo factitavisse: quod genus Graeci βαρτανιεύς vocant; Latine bajulos appellamus. Pl. Poen. 5, 6, 17. Collo rem solvam jam omnibus, quasi bajulus. Cic. Par. 3, 2. Utrum bonis est quaerendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? P *Festus* docet, *bajulos* dictos esse ab antiquis, quos nunc dicimus *operarios*: unde adhuc *bajulari* dici. Sed haec exemplorum confirmatione indigent. [\**Observa bajulos et operarios* conjungi, ut *Cic. Brut. 73. Parad. 3, 2. (V. supra.) et Or. 2, 10, 40. remiges et bajuli*, unde, quae *Festus* tradit, haud parum probantur.] P *Bajulus* est idem ac *gerulus*, *nutricius. Hieron. ep. 3. ad Rufin. n. 5. Ut idem nos nutricum sinus, iidem amplexus fovierit bajulorum. P Bajulus* etiam dicitur tabellarius, qui litteras ad aliquem defert. *Hieron. ep. 6. ad Julian. n. 1. Objurgatus de silentio litterarum dicam: Saepae scripsi, sed negligentia bajulorum fuit! Id. ep. 15. ad Damas. n. 5. Et ne forte obscuritas loci, in quo dego, fallat bajulos litterarum, ad Evagrium, quem optime nosti, dignare scripta transmittere. P Aliquando *bajuli* dicti sunt *vespillones, νεκροφόροι*, ut docet *Fulgent. De prisc. serm. n. 2. Hinc Sidon. ep. 3, 12. Ut locum aunderet corporum bajuli rastris funebribus impiare. Amm. 14, 7. Ejulans bajulorum praecentor. Adde August. ep. ad Hieron. 19, 2. P Legitur et *bajulus.****

[BAJUS, i, m. *Serv. ad Virg. A. 3, 441. Haud longe a Bajis, qui locus a socio Ulyssis Bajo, illic sepulto, nomen accepit. F.]*

\*BAL, i, q. *Baal*. Lingua Punica *Bal Deus* dicitur, ut ait *Serv. in Virg. A. 1, 733. Id. Serv.* addit: Apud Assyrios autem *Bel* dicitur quadam sacerorum ratione Saturnus et Sol. *B. A.*

[BALA, ae, m. Videtur vox Hebraica, nam בַּלְיָהוּ seu בַּלְיָהוּ vocatur ancilla quaedam in *Gen. 29, 29. Fuit cognomen Romanum gentis Aeliae apud Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 120., et Alexander 1. Syriac rex Balae cognomen habuit, fortasse a matris nomine. F.]*

BALAENA, ae, f. *γάλαρα*, piscis seu potius belua marina ingentis magnitudinis, quae pilos in cute habet, et vivum animal, non ova parit, fetusque suos mammis nutrit, ut *Plin. 9, 8, 7. et ib. 13, 15. et 11, 40, 95. tradit. Juv. 10, 14. Quanto Delphinis balaena Britannica major. Adde Pl. Rud. 2, 6, 61. P De sidere coelesti, V. in CETE.*

BALAENARIUS, a, um, adj. ex balaena factus. *Petr. Sat. 21. Quartilla balaenarum tenens virgam, atque succincta jussit infelicibus dari missionem. Hic Petron. meretricem inducit, quae domi suae virgam ex balaena cartilagineam factam manu tenens, et tunica tantum ad poplites usque succincta, more palaestrici doctoris aut lanistae, adolescentibus illaetens Veneris palaestra defatigatis a voluptaria pugna missionem dat. Alii perperam leg. *balaenatum*, vel *balaenatiam*. [\*Plurima ex his addidit. F.]*

\*BALAENATUS, a, um, V. v. praec.

\*BALANAEA s. Balanea, ae, f. Syriae oppidum in Seleucide. *Plin. 5, 21.*

BALANĀTUS, a, um, adj. unguento balanino perfusus. *Pers. 4, 37. cum maxillis balanatum gausape pectas, etc. V. MAXILLA.*

BALANINUS, a, um, adj. *βαλάνινος*, qui est ex balano. *Plin. 13, 1, 2. Balaninum oleum. V. BALANUS.*

\*BALANISCUS, i, m. *βαλανισκος*, i. e. balneator. Ita legit *Reines. ad Petron. Fragn. p. 62. et retinet Nodot. p. 204. ubi fuit baliscus. Cf. Burm. p. 188. qui proprium nomen putat. B. A.*

BALANITES, ae, m. *βαλανίτης*, dicitur lapis seu gemma a figura glandis. Hujusmodi gemmarum duo sunt genera apud *Plin. 37, 10, 55., nempe*

subvirides, et Corinthii aeris similitudine: illae Copto, hae ex Troglodytica venientes, secante medias flammae vena.

BALANITIS, idis, f. balani, seu glandis figuram referens. Hinc balanitis castanea, quae rotundior et oblonga est, et glandi similis. Plin. 15, 23, 25.

BALANS, antis, part. v. bato; hinc balans est ovis τὸ βλάζων; ovium enim est balare. Virg. G. 1, 272. Balantumque gregem fluvio mersare salubri. Id. ib. 3, 457. imia dolor balantum lapsus ad ossa. Lucr. 2, 369. Balantum pecudes. P Adjective Enn. ap. Cic. Dic. 1, 21. Balantes hostiae. Juven. 13, 233. Pecus balans.

BALANTIUM, ii, n. appellatum est a Naevio ipsum Palatium, hoc est collis Palatinus, quod quidam eum a pecore ovillo dictum putant. Varr. L. J. 4, 8. a med.

BALANUS, i, f. [\*Etiam masculino genere Sardinios balanios dixit Plin. 15, 23. V. Ruddim. Institut. l. p. 31.] βάλανος, Graeca vox idem significans, quod glans Latine. Plin. 16, 6, 8. de quercu: Probatum et ea, cujus in balano, utriusque ex longitudine, extrema lapidescit duritia. Id. 17, 20, 34. de aesculo: Nascitur e balano, sed non nisi aesculi. P Balani quoque aliquando dicuntur genera quaedam castaneorum excellentioris magnitudinis, vulgo marroni. V. Plin. 15, 23, 25. [\*Secundum Plin. 13, 4, 9. palmae in Phoenicia et Cilicia balani vocantur.] P Idem Plin. 26, 8, 34. tribuit chamaecisso balanum, quam alias acinum, alias baccam dixit. P Speciatim balanum dicitur, et ejus succus myrobalanus, glans cujusdam arboris simile heliotropio folium habentis, et fructum magnitudine nucis avellanae. Est ea plurimum generum, ut apud Plin. 12, 21, 46. videre est: succumque seu oleum habet grati odoris, quod unguentarii e cortice premunt. Hinc Hor. Od. 3, 29, 4. Pressa tuis balanus capillis. [At fallitur Plinius, cum l. c. affirmat, balanum esse ex arbore foliis heliotropio similibus, ita et sibi minime constat, cum 23, 5, 52. ait, myrobalanum esse fructum ex palma Aegyptia. Myrobalanum enim est Phyllanthus Emblica Linn., quaeque nascitur in Cochinchina. F. \*Alii, ut Vahl. volunt esse Hyperantheram semidecandram, die arabische Behennuss (eine Balsamfrucht), quod praefendum est.] P Medici etiam nucleum tundunt, affusa paulatim aqua calida, et tum eo, tum oleo ex cortice expresso ad varios morbos utuntur. Plin. 22, 20, 23. de radice anchusae: Datur et ad renum dolores drachma ejus potui in vino; aut si febris sit, in decocto balani. Id. 23, 8, 74. Nuclei nucis pineae bilem pellunt, poti ex balanorum decocto. P Arbor quoque balanum ferens vocatur balanus ab eodem Plin. 13, 9, 17. P Item balanus est medicamentum rotundum et oblongum, glandis figura, quod in anum immittitur alvi subducendae causa [nobis Seifenzäpfchen.] Plin. 20, 5, 20. Caepae ventrem molliunt, suppositae pro balanis. Id. 26, 8, 34. Solvit alvum cyclaminos ex aqua pota, aut balanis subditis. Adde 24, 6, 21. [\*Coel. Aur. Acut. 2, 12.] P Denique balanus genus est piscis marini ita dicti, quia quernae glandis figuram refert (Meereichel). Plin. 32, 11, 53. Colum. 8, 16. Ab ichtyographis refertur inter testaceae: estque non unius generis. Nam Metellus ap. Macr. Sat. 2, 9. describens pontificalem coenam enumerat inter alia patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos, etc. Pl. quoque in Rud. 2, 1, 8. inter testaceae recenset. V. CHAMA.

\*BALARI, orum, populi Sardiniae. Liv. 41, 6. et 12. Plin. 3, 7. B. A.

BALATRONES, um, m. plur. vox incertae significationis. Varie enim a variis explicatur. Illud certum est, dici de vilibus, nugatoriis, nequam, perditis hominibus, quales sunt scurrae, decoctores, parasiti, et hujusmodi popelli faex. Hor. Sat. 1, 2, 2. Mendicis, mimae, balatrones, hoc genus omne Moestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli. Vopisc. Carin. 21. Ne patrimonium sua proscriptis legitimis hereditibus, mimis et balatronibus deputarent. Festus docet, olim balatrones et blateas dictas esse bullas luti ex itineribus, aut quod de calcamentorum soleis eraditur. [\*Quod jure probat Heind. ad Hor. l. l.] Vet. Hor. Schol. tradit, luxuriosos et perditos homines balatrones esse appellatos a Servilio Balatrone, qui luxu perditam vitam duxit (de quo multa Id. Hor. Sat. 2, 8.). Sed veri similis est ipsum Servilium ita cognominatum fuisse a luxuria vivendi, non balatronibus nomen dedisse. Idem addit, legi etiam baratrones, quod bona sua devorando, quasi in barathrum mittant: item blaterones a blatiendo, quia hujusmodi homines vaniloqui sunt. Sed profecto balatrones et blaterones longe diversa nomina sunt. P Usurpat hanc vocem etiam Varro pro concivio leniter et jocosè mordentis potius quam acerbè pungentis. Ejus verba sunt R. R. 2, 5. Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum, Videbo jam vos, inquit, balatrones, et huc afferam meum corium et flagra.

BALATUS, us, m. βάλανος, vox ovium. Virg. A. 9, 62. tuti sub matribus agni Balatum exercent. Adde Ov. Met. 7, 319. et 320. P Item caprarum. Plin. 20, 14, 55. Pulegium gustatum a pecore caprisque, balatum concitat. Aus. epigr. 76, 3. Caprigenumque genus . . . balatu assimilas.

BALAUSTINUS, a, um, adj. V. v. seq.

BALAUSTIUM, ii, n. βάλαντιον, flos mali Punicae seu granatae. Plin. 13, 19, 34. Flos balauustum vocatur, et medicinis idoneus, et tingendis vestibus, quarum color inde nomen accepit. P Quod Plin. dixit: Quarum color inde nomen accepit, putant quidam Lexicographi, probari posse adjectivum balaustinus, a, um, ut scilicet color balaustinus sit. P Graeci scriptores, ut Hard. notat, balaustum dicunt esse florem mali Punicae silvestris, non domesticae: Plin. promiscue et silvestris et domesticae, tum l. c., tum 23, 6, 60. Colum. tamen Graecos sequi videtur, sterile cognominans 10, 297. Carpente narcissique comas, sterilisque balausti; balausti dixit pro balausti, ut peculi pro peculi, auxili pro auxili, etc. per synaeresim. [\*V. Ezech. Spanhem. de usu et praestant. Numism. 6, 4. p. 315 seqq.] P Balausti mentio fit et a Scribon. Compos. 85. et 112.

BALBE, adv. balbutiundo. Lucr. 5, 1021. Vocibus et gestu cum balbe significarent. P Translate obscure, involute, implicata. Varr. ap. Non. 2, 89. Praeterquam duobus in primis scriptum est balbe, spectare velit potius, etc. Sunt qui illud balbe omittunt.

[BALBILLUS, a, um, adj. diminutivum balbi. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 32, 6. Ti. Julius Balbillus. Alia ap. Murat. 20, 3. Caecilia Balbilla. F. \*Balbillus quidam erat praefectus Aegypti imperante Nerone. Tac. A. 13, 22. Senec. N. Q. 4, 2.]

[BALBINUS, a, um, adj. ab Balbum pertinens. Inscr. ap. Murat. 1533, 3. M. Cornelio Balbino M. Cornelius Balbus libertus fecit. Alia ap. Grut. 322, 8. Albiae C. F. Balbinae. F.]

\*BALBURA, oppidum Lyciae. Plin. 5, 27. B. A.

BALBUS, a, um, adj. βαλβός, blaesus, hoc est qui propter haesitantiam linguae verba proferret inarticulata et indistincta; quales sunt qui r litteram exprimere non possunt, sed pro ea l dicunt. [\*Attamen blaesus a balbo diversus est. Patet id ex Ulp. Dig. 21, 1, 10. §. 5. ubi junguntur: Quaesitum est an balbus et blaesus et atypus, isque qui tardius loquitur et varus et vatiis sanus sit?] Cic. Or. 1, 61. Demosthenes cum ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. Hor. Ep. 2, 1, 126. Os tenerum pueri, balbumque. Id. Sat. 2, 3, 274. Balba verba, h. e. balbe prolata. [\*Tibull. 2, 5, 94. verba balba dicere.] Id. Ep. 1, 20, 18. Balba senectus. Pers. 1, 33. Balba de nare loqui, h. e. ita vocem per nares loquendo emitte, ut difficiliter sermo intelligatur. [\*Quod artificum Romani illo tempore affectabant.] P Balbus melius balbi verba cognoscit, proverbium apud Hieron. ep. ad Domnion. 50, 4., quod significat, barbare loquentem melius intelligi a barbaro, quam ab ullo alio. P Ex hoc linguae vitio orta sunt Romana cognomina Balbus, [\*Balbillus.] Balbinus, Balbilus, Balbutius, etc.

BALBUTIO, ūtis, ivi, itum, a. 4. βαλλίζω, ambigue pronuncio, inarticulata verba profero: et translate, obscure loquor, aut inepte dissero. [\*Proprio sensu de senibus, qui morbi vi ita affecti sunt, ut vocem emittant incertam, apud Cels. 5, 26, 31. alii (sc. senes), quamvis mentis suae compotes sunt, balbutiundo vix sensus suos explicant. Sic etiam Cod. 15, 6, 22. nec necessaria sunt momenta verborum, quae forte seminebis et balbutiens lingua profudit.] Cic. Tusc. 5, 26. in f. Academici balbutire desinant aliquando, aperteque, et clara voce audeant dicere, etc. Id. N. D. 1, 3. Epicurus balbutiens de natura Deorum. Id. Acad. 4, 45. Stoicus perpauca balbutiens. [\*In his Cic. locis balbutire sensu improprio de iis dictum observa, qui iis quae loquuntur obscuritatem afferunt. In ultimo loco attende ad accusat. cum hoc verbo junctum.] Hor. Sat. 1, 3, 48. Balbutit Scaurum pravis fultum male talis. P Tribuit et avibus. Plin. 10, 29, 42. Merula canit acate, hieme balbutit, πικραγί, τὰ φθίγγεται θορυβώδες, dixit Arist. Hist. Anim. 9, 49.

BALEARES INSULAE et absolute BALEARES, ium, f. plur. insulae duae in mari Mediterraneo e regione Hispaniae Tarraconensis, quarum major Majorca, minor Minorca appellatur: ita dictae vel a Bala Hereulis comite ibi relicto: vel a βάλω, jacio, quia earum incolae in fundarum usu peritissimi fuisse dicuntur, eaque arte in proeliis formidabiles. [Sed profecto ita appellatae videntur a בלל בלל princeps jaculandi, ut probat Bochart. Geogr. Sacr. p. 634. F.] Lege Liv. 28, 37., Ep. Liv. 60., Flor. 3, 8. et Veget. 1, 16., ubi tradunt in more apud eos fuisse, ut cibum puer a matre non acciperet, nisi quem, ipsa monstrante, lapide funda jacto

percussisset. Graeci has insulas Gymnasias, Γυμνασίας, vocaverunt, teste Plin. 3, 5, 11., quia incolae nudi aestatis tempore in fundae jactu se exercebant. Liv. 28, 37. Baleares insulae. Plin. 10, 48, 68. Phalacrocoraces, aves Balearium insularum peculiares. Id. 8, 58, 83. Cuniculi scaent in Hispania Balearibusque. P Legitur et Baliares, praesertim in MSS. et lapidib. non unis.

\*BALCEA, ae, Βάλκεια, Troadis oppidum, in ora Propontidis. Plin. 5, 30. B. A.

BALEARICUS, a, um, adj. ad Baleares insulas pertinens. Plin. 3, 5, 10. Balearicum mare. Id. 11, 37, 44. Balearica grus. Id. 14, 6, 8. n. 6. Balearica vina. [\*Id. 18, 7, 12. triticum Balearicum.] Ov. Met. 2, 727. Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum Funda jactit. V. v. praec. P Balearici, orum, sunt Balearium insularum populi. Plin. 8, 55, 81. de cuniculis: Certum est, Balearicos adversus proventum eorum auxilium militare a divo Augusto petisse. P Balearicus cognominatus est Q. Caecilius Metellus ob devictos Baleares populos, bello Balearico, ut Flor. 3, 8. narrat, ipso Metello, et T. Quintio Flaminio cons. ann. U. C. 631. Hujus meminit etiam Cic. Div. 1, 2. et Rosc. Am. 50. P Scribitur et Balearicus.

BALEARIS, re, adj. ad Baleares pertinens. Plin. 35, 19, 59. Balearis terra. Virg. G. 1, 309. Balearis verbera fundae. Lucan. 3, 710. excussa Balearis tortor habentiae Glande petens. Sil. 1, 314. Hic crebram fundit Baleari verbera glandem. Id. 7, 279. Telum Balearae. P Baleares, ium, sunt Balearium insularum populi. His, propter peritiam, utebantur Romani in exercitu pro funditoribus. Cacs. B. G. 2, 7. Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Adde Liv. 28, 37. P In singulari num. Sil. 3, 365. Funda bella ferens Balearis et alite plumbo. P Scribitur et Balearis.

\*BALESIUM, i, oppidum Calabriae, dictum et Valesium. Plin. 3, 11. B. A.

BALINEAE, arum, f. plur. balnea: et speciatim balnea publica. Nam quia, ut Varro docet L. L. 8, 41., publica balnea duobus constabant aedificiis conjunctis, in quorum altero viri, in altero mulieres lavabant; ideo balineas in plurali dicere consueverunt. Aliquando tamen vitio corruptorum temporum promiscue mulieres cum viris lavasse legimus: quam licentiam multi principes severis legibus coercuerunt. Hadrianus enim lavaera pro sexibus separavit. Spart. Hadr. 18. Alex. Severus balnea mixta Romae exhiberi prohibuit, quod quidem jam ante prohibitum, Elagabalus fieri permiserat. Lampr. Alex. Sev. 24. Plin. 9, 54, 79. Ut qui primus pensiles invenerit balineas. Adde Pl. Most. 3, 2, 68., Rud. 2, 3, 51. et alibi non semel: quamquam alii ubique balneae reponunt. P Dicuntur etiam de balneis privatis. Plin. 13, 3, 4. Spargi parietes balnearum unguento. Id. 33, 12, 54. Stratas argento mulierum balineas. P Nonnunquam ponuntur pro ipsa lavatione in balneis. Plin. 28, 19, 77. Caventur pridiana balineae. Id. 20, 14, 57. Cuminum morbo regio in vino albo a balneis datur. Adde 13, 15, 30. et 24, 19, 118. P Sunt qui putant paenultimam producendam esse. Ducunt enim a Graeco βαλαειον, quod idem significat. Quae origo si vera est, Latini alteram diphthongi vocalem extriverunt. [\*Singularis balinea legitur in Inscr. Reines. 11, 115.]

BALINEARIUS, a, um, adj. ad balineas pertinens, ut Balinearius lacus in Inscr. ap. Grut. 171, 8.

BALINEUM, ei, n. βαλαειον, idem quod balneum. Habet non semel Varro L. L. 8, 41., cui adde Plin. ep. 2, 17. Balinei cella frigidaria. [\*et 3, 14, 8. ubi cf. Schaefer.] Plin. alter 7, 53, 54. A balneo reversus. Id. 36, 15, 24. n. 9. Gratuita praebita balinea centum septuaginta. [\*Palat. R. R. 1, 40. balnearum coelivies.] Adde Inscr. ap. Grut. 178, 8. et Cic. Att. 2, 3., ubi tamen alii leg. balneum. [\*Cf. de utraque forma Drak. ad Liv. 23, 18. et Oud. ad Suet. Aug. 76.] P [Reperitur etiam balineus gen. mascul. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. 532. In praediis Aureliae Faustianae balineus lavat more urbico, et omnis humanitas praestatur. P De quantitate paenultima V. in BALINEAE. F.]

\*BALINIENSES, ium, cognominati sunt Trebulani, Latii populi. Plin. 3, 5. B. A.

BALIOLUS, i, m. qui colore fusco est. Pl. Poen. 5, 5, 22. Non pudet puellam amplexari baliolum in media via? Plant. hoc loco Afrum hominem alloquitur. Afri enim fusci coloris sunt. Est autem baliolus a balius pro badius, ut Voss. in Etym. docet. Porro badius color licet splendoris aliquid habeat, ad fuscum tamen accedit. [At Bothe hic legit alliolum, nempe allium olentem, nam idem homo infra v. 34. dicitur plenior alli ulpicique, quam Romani remiges. F.] P Quidam baliolum dicunt esse colorem tritici: qui sane a badio non longissime recedit.

[BALIS, idis, f. herba quaedam, de qua Plin. 25, 2, 5. Xanthus historicarum scriptor in primae carum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente herba, quam balin nominat:

eademque Thysonem, quem draco occiderat, restitutum salutem. *F.*]

**BALITANS**, antis, part. frequentat. a *balans*. *Pl. Bacch.* 5, 2, 5. Pastor harum dormit, cum hac eunt sic a pecu balitantes. Plerique alii leg. *palitantes*.

**[BALLATOR**, oris, m. 3. qui ballat, a verbo *βάλλω*, jacio nempe corpus. Sic vero vocati sodales, seu cultores Cybeles, qui etiam *gallantes* appellantur a *Varr.* (V. GALLO) quia Galli sive evirati erant. Hinc *Lampr. Elag.* 7. Jactavit caput inter praecisos fanaticos, et genitalia sibi devinxit, et omnia fecit, quae Galli facere solent. Et *August. Civ. Dei* 7, 24. Itane tympanum, turres, Galli, jactatio insana membrorum vitam cuiquam pollicentur aeternam? Hi etiam fanatici vocabantur. V. **FANATICUS**. *Inscr.* ap. *Murat.* 185, 4. T. Flavio Citturso (lege ex *Margarino, Inscr. Basil. S. Pauli* p. 52. n. 570. C. F. Turuso) patrono Sodales ballatores Cybelae benemerenti fecerunt. P. Legitur etiam in *Not. Tir.* p. 151. Ballat, ballator, ballatrix. *F.*]

**[BALLATRIX**, icis, f. quae ballat. V. **BALLATOR. F.**]

**BALLIO**, onis, m. prodigiosae nequitiae et perfidiae lenonis nomen in *Pl. Ps.* 1, 2, 59. Dedit loco proverbio, ejusque nomen pro quovis lenone dicitur. *Cic. Rosc. Com.* 7. C. Fannium Chaeram hoc nomine sugillat; et *Phil.* 2, 6. Antonium. *B. A.*

**BALLISTA** et Balista, ae, f. *περοβόλος, λιθοβόλος, ἀρκετήριον ὄργανον*, militaris machina, qua ingentia saxa mirabili impetu torquentur: a *βάλλω*, jacio. *Cic. Tusc.* 2, 24. Ballistae lapidum, et reliqua tormenta telorum, eo graviore emissionem habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius. *Sil.* 1, 334. adductis stridula nervis Phocais effundit vastos ballista molares. *Tac. H.* 4, 23. Excussa ballistis saxa. *Lucil.* apud *Non.* 18, 22. Ballistae centenariae. *Sisen. ib.* talentariae. P. Differt a *catapulta*, qua tela et grandiores sagittae jaciuntur. *Tac. A.* 12, 56. Catapultas ballistasque tendere. *Gell.* 6, 3. Ballistis atque catapultis oppugnare. *Vitr.* quoque hanc differentiam agnoscit describens 10, 15. catapultas, quibus sagittae, et *ib.* 16. ballistas, quibus saxa emittuntur. Nihilominus non raro promiscue usurpantur, ballista quae sagittae et alia id genus tela majora, *catapulta* quae saxa. *Caes. B. C.* 2, 2. Asseres cuspidibus praefixi, atque hi maximis ballistis missi. *Id. ib.* 9. Ne saxa ex catapultis latericium discerent. *Lucan.* 3, 464. Lancea tenso ballistae turbine rapta. [\**Adde ib.* 2, 186.] *Sidon. Carm.* 22, 123. stridentes torquet catapulta molares. P. Plura de ballistis V. apud *Ammian.* 23, 4., ubi totam machinam diligenter describit, *Vitr. l. c.*, *Lips. Poliorc. l. 3. dial. 2. et 3. et Stewech. in comment. ad Veget.* 4, 22., ubi etiam figuras exhibent. P. Videtur aliquando ballista sumi pro ipso telo, quod ballista jacitur. *Pl. Trin.* 3, 2, 42. Ita est amor: ballista ut jacitur; nihil sic celere est, neque volat. P. Translate. *Pl. Poen.* 1, 1, 73. Cui jam infortunii intenta ballista est probe, [\**i. e.* in quem jam omnia mala irruunt.] *Id. Bacch.* 4, 4, 58. De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem. P. Scribitur et *balista* unico l, ut dictum est: sed duplici l tutior scriptio est. P. Legitur et *ballistra* in *Vet. Gloss.*, quam scriptionem *Lips. cit. dial.* 3. prae aliis probare videtur: tametsi consuetudo r extrivit.

**BALLISTARIUM** et Balistarium, ii, n. locus in quo ballistae servantur. *Pl. Poen.* 1, 1, 73. Cui jam infortunii intenta ballista est probe, quam ego haud multo post mittam e ballistario. *Lips. Poliorc. l. 3. dial. 2.* legit *ballisterium*, et interpretatur ipsam machinam: *ballistam* autem *intendam* id quod emittitur.

**BALLISTARIUS** et Balistarius, ii, m. *Veget. Milit.* 2, 2. recenset ballistarios cum ferentariis, sagittariis, funditoribus, qui omnes sunt levis armaturae milites. Fuere autem ii, qui minoribus ballistis missilia jaciebant: quos *Id.* 4, 21. *manu-ballistarios* vel *arcuballistarios* appellat. *Ammian.* 16, 2. Et ne qua interveniret mora, adhibitis cataphractariis solis et ballistariis, Autosidorum pervenit. In *Gloss.* legitur *Ballistrarii, σφενδορῆται*. P. Sunt praeterea *ballistarii* artifices, qui ballistas faciunt. *Tarrunt. Patern. Dig.* 50, 6, 6. Naupegi, ballistarii, specularii, fabri etc., [\**ubi* inter eos nominantur quibus ob munus vacatio est tribuenda.] *Inscr.* ap. *Reines. cl.* 10. n. 6. Collegium Balistariorum et Ferrariorum.

**BALLISTEA**, orum, n. plur. saltationes vel potius carmina in saltationibus canenda. Vox est origine Graeca: a *βάλλω*, salto, quod a *βάλλω*, jacio, jacto. Nam saltantes *τὰς χεῖρας βάλλουσιν*, manus jactant. *Vop. Aurel.* 6. Adeo ut etiam ballistae pueri, et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltarent: Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollavimus etc. P. Legitur et *balistea* unico l. **[BALLO**, as, n. i. *βάλλω*. V. **BALLATOR.**

*August. serm.* 215. Davidico more ballare et saltare paganorum observatio. *F.*]

**BALLONOTI**, orum, m. plur. pop. Seythiae, apud *Val. Fl.* 6, 160.

**BALLOTE**, es, f. *βάλλωνη*, herba fruticosa, angulosis caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, majoribus quam porri et nigrioribus, graveolentibus. Vis ejus efficax adversus canis morsus, ad condylomata etc. Alio nomine porrum nigrum et marrubium nigrum dicitur. *Plin.* 27, 8, 30. [\**no-*bis *der schwarze Andorn*, Ballata nigra L. Alii pro striato Lamio habent (*Taubenessel*). *Billerb. Flor. Class.* p. 152.]

**BALLOCA** et Baluca, ae, f. *χρυσάμμος*, arena aurosa, seu minuta auri ramenta terrae mixta, et nondum excocta. Videtur esse Hispanica vox. *Impp. Valentin. et Valens Cod.* 11, 6, 1. Octonos scrupulos in balluca, quae Graece *χρυσάμμος* appellatur, exsolvere. *Adde ib.* 2. Quae referuntur etiam *Cod. Theod.* 10, 19, 3. et 4. [\**Veget. R. R.* 1, 20. ballucae siliqua. Quod quid sit, haud facile dicas. *Dufresnius* interpretatur arenam aurosam; sed quo sensu *siliqua* additum?] P. Dicitur haec eadem *balux* vel *ballux*, ucis, f. *Plin.* 33, 4, 21. Palacras Hispani, alii palacranas: iidem quod minutum est balucem vocant. *Mart.* 12, 57. Illic balucis malleator Hispanae. *Just.* 44, 1. de Hispania: Amnes plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt. Ita *Turneb.* in loco *Mart.* legendum putat l. 30. *Advers. c.* 26. et *Salm. in Ex. Plin.* in loco *Justini*. Nam passim in editis habetur *paludis* et *paludibus*. Et quod pertinet ad *Mart.*, quidam eum loqui putant de lino et saetabo, quod in paludosis Hispaniae locis seritur, et maceratum siccatumque fuste in saxo confringitur. Locus *Martialis* integer est: Illic paludis malleator Hispanae Tritum nitenti fuste verberat saxum. Magis tamen placet prior lectio: nam malleator ad metalla et monetam refertur in *Inscr.* ap. *Grut.* 1070, 1. neque ad lini artifices apte referri potest.

**BALNEAE**, arum, f. plur. *βαλναεῖον*, balnea praecipue quae publice exhibentur lavaturis, quaestus gratia: per syncopen dictae pro *balneae*, ut et *balneum* pro *balineum*. Ideo autem dicuntur de publicis, quia ejusmodi aedificia ad lavandum destinata duobus membris constare solebant, ut possent mulieres a viris sejunctae lavare: quod et in *BALNEAE* ex *Varr.* adnotavimus. [\**Vid. Rudim. Institut.* p. 110.] *Cic. Coel.* 25. Constitutum factum esse cum servis, ut venirent ad balneas Senias. Et *ib.* 26. Cur enim balneas publicas potissimum constituerat? *Id. Rosc. Am.* 7. Occiditur ad balneas Palatinas rediens a coena Sex. Roscius. P. In singulari numero. *Inscr.* ap. *Reines. cl.* 11. n. 115. L. Paullus L. L. Auctus a balnea custos H. S. E. L. Paullo Melampo mulio, *balnea* hic privatum balneum significat.

**BALNEARIS**, re, adj. ad balneas pertinens. *Paul. Dig.* 34, 2, 33. Balneare argentum, *h. e.* vasa et supellex argentea, qua in balneis utebantur. *Lampr. Alex. Sev.* 42. Balnearis vestis, *h. e.* tunica, vel alia quaequam, qua a balneo exire solebant sine toga. *Spart. Hadr.* 17. Balnearis jocus. P. *Balnearia, ium*, absolute *Appul. Met.* 3. p. 134, 36. Milo, jussis balnearibus adsequi, producit me ad lavacrum proximum, *h. e.* balnearum instrumentis, nempe ampullis, oleo, strigilibus, linteis etc.

**BALNEARIUS**, a, um, adj. idem quod balnearis. *Cat.* 33, 1. O furum optime balneariorum, *h. e.* qui ad balneas stabant, et lavantium vestes depositas subripiabant, de quibus est titulus 17. *De furibus balneariis* inscriptus, *DD. l.* 47. *Paul. ib.* 3. [\**idem fures balnearum* dicuntur apud *Tert. Apol.* 44. et *de fuga in persecut.* 13.] In furto balneario deprehensus. *Mart. Dig.* 33, 7, 17. Instrumentum balnearium. P. *Balnearia, orum*, absolute sunt locus balneis destinatus, atque adeo ipsum balneum. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 1. Nihil ei restabat praeter balnearia et ambulationem et aviarium. Et *paulo post*. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. [\**Id. Att.* 13, 29.] *Sen. Qu. nat.* 4, 9. Minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt. *Adde Eund. Tranqu.* 9. et *Colum.* 1, 6. [\**balnearia* (sc. cubacula) occidenti aestivo advertantur, ut sint post meridiem et usque in vesperum illustrata.]

**BALNEATICUM**, ci, n. *τὸ βαλνατικόν*, pretium, quo pro lavatione in balneis meritoriis solvitur. Usus est *Vet. Schol. Juven.* ad 2, 152., sed parvam admodum eamque valde incertam auctoritatem habet. [\**V. Cramer.* ad *h. l.* — *Vet. gloss.* Balneaticum, *βαλνατικόν. B. A.*]

**BALNEATOR**, oris, m. *βαλναεὺς, βαλναετής*, qui balnei curam habet, ejusque usum praebet advenientibus. [\**Vox balneatoris* duplicem habet potestatem, primum ut ponatur de eo qui balnea praebet (*deq. Bademeister, Herr des Bades*). Atque in hunc sensum adhibetur loco *Cic.* proxime allato. Apparet haec significatio ex *Ulp. Dig.* 3, 2, 4. §. 2. sive balneator fuerit, velut in quibusdam provinciis fit, in balneis ad custodienda vestimenta

conducta habent mancipia, hoc genus observantia in officina. *Alfen. Dig.* 19, 2, 30. §. 1. respondit posse agi cum balneatore ex conducto, ut pro portione temporis, quo lavationem non praestitisset, pecuniae contributio fieret. Deinde ponitur de servo qui balnei usibus deservit. *Mart. Dig.* 33, 7, 17. §. 2. dictum est balneatorem instrumento contineri balneario — cum balneae sine balneatoribus usum suum praebere non possint.] *Cic. Coel.* 26. Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. [\**Id. Verr.* 13, 12. Visejus nescio qui, fortis ut aiunt latro, quem tamen temperantem fuisse ferunt Pisauri balneatorem. Ad *h. l.* *Manutius* haec observat: Aquam temperant balneatores. Balneator autem fuerat Visejus, quem quum latronem Cicero appellasset, quasi probrum emendare cupiens subjunxit: *quem tamen temperantem*, ut laudem temperantiae in eum conferre videatur, quum ignobilitatem vitaeque sordes objiciat.] *Inscr.* apud *Fabrett.* c. 2. n. 67. Faber balneator. P. Potest etiam balneator femino genere efferri, si vera est *Servii* doctrina. Is enim ad *A. 12*, 159. docet, nomina in *tor*, si a verbo descendunt, habere femininum in *trix*, ut *lector lectrix, doctor doctrix*: si a verbo non descendunt, utroque genere usurpari posse, ut *hic, et haec senator, hic, et haec balneator*. Fatetur tamen *balneatrix* usurpari a *Petron.*

**BALNEATORIUS**, a, um, adj. balnearius. *Mart. Dig.* 33, 7, 17. Instrumento balneatorio legato, dictum est, balneatorem sic instrumento contineri balneario etc. Ita legitur apud *Torrent.* At *Haloander* utrobique habet balneario.

**BALNEATRIX**, icis, f. quae balneas curat. Usus est hac voce *Petron.* teste *Serv.* ad *A. 12*, 159. V. **BALNEATOR.**

**BALNEOLAE**, arum, f. plur. parvae balneae. *Cic. in Hortens.* ap. *Non.* 3, 24. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces, [\**accipe* de balneis pensilibus, de quibus cf. *Plin.* 9, 54, 79.] Al. leg. *balneola*. *August. contr. Acad.* 3, 4. Certe vel istae balneolae aliquam decoris gymnasiorum faciunt recordationem.

**BALNEOLUM**, li, n. parvum balneum. *Sen. ep.* 86. Balneolum angustum, tenebrosum, ex consuetudine antiqua. *Juven.* 7, 4. Balneolum Gabiis, Romae conducere furnos. V. v. praec.

**BALNEUM**, i, n. *βαλναεῖον*, locus, in quo sanitatis, aut voluptatis causa, simul ut abstergerent sordes, corpora lavare veteres consueverunt: per syncopen dictum pro *balineum*. Hujus aedificii plures erant cellae: *frigidaria, tepidaria et caldaria* ad lavandum: aqua ita disposita, ut ex frigidaria in tepidarium influeret, ubi modico igne calefiebat: inde majore addito calore in caldarium: item *assa cella*, vehementius calefacta, sed sine aqua ad sudandum: *apodyterium*, ubi vestes deponabant: *unctuarium* seu *unctorium*, ubi ungebantur: praeterea *sphaeristerium*, ubi pilae lusu se exercebant etc. Quae omnia V. suis locis. In cellis ad lavandum destinatis erant vel *labra* aquam continentia, vel *alvei* in quos per gradus descendebatur: ibique solum erat sedendi causa. [\**Colum.* 1, 6. balnea rustica junguntur fumaris. — De balnei aedificandi ratione vide *Pall. R. R.* 1, 40.] Plura de balneis V. apud *Mercur.* *De art. gymn.* l. 1. c. 10., *Ferrar. in Dissert. de baln.*, *Pitisc. in Lex. Antiqu.*, *Vitr.* 5, 10. et alios. *Cic. Att.* 13, 52. Caesar ambulavit in litore: post horam octavam in balneum. *Varr. L. L.* 7, 25. docet *balneum* ex consuetudine carere plurali numero. Solum enim *balneas* dicitur ad significandas publicas lavationes, ut supra in *BALNEAE* dictum est. *Balneum* autem privatum lavationem notat. Verum hanc consuetudinem poetae non servant, apud quos *balnea* et de publicis et de privatis usurpantur. *Mart.* 12, 50. *Daphnonas, platanos ac acrias cyparissos*, Et non unius balnea solus habes. *Adde* 9, 20. P. *Servus a balneis* fuit inter officia domus Augustae. *Inscr.* ap. *Spon. Misc.* p. 213. P. Differunt *balnea a thermis*. Nam *thermae* sunt loca aquis sponte calentibus instructa, ut in Aponi fonte et in Bajis; vel etiam subjecto igne calefacta ad lavandum et sudandum: a *θερμός*, calidus: in *balneis* autem sunt etiam frigidariae cellae, quae *thermarum* nomine venire non possunt. Praeterea *balnea* et publica et privata sunt: *thermae* non nisi publicae. Interdum tamen promiscue usurpantur. V. **THERMAE.** P. Aliquando *balneum* pro cella frigidaria et *thermae* pro caldaria unius ejusdemque balnei sumitur. *Leg. Mart.* 9, 76. de balneo *Tuccae*: ubi hac ratione usurpari videntur. P. *Balneum Venerium.* V. **VENEREUS** sub f.

**BALO**, as, avi, atum, n. i. *βλαζόμενα*, verbum exprimens vocem ovium: pro quo et *Belo* dicitur (minus tamen frequenter), quod ad eam vocem propius accedit. Oves enim clamando *bee* dicunt. *Pl. Bacch.* 5, 2, 19. Oves actate credo esse mutas: ne balant quidem, cum a pecu cetero absunt. *Or. Fast.* 4, 740. Tactaque fumanti sulphure ballet ovis. *Quint.* 1, 5. in f. Jam ne balare quidem aut *hinnire* fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur. P. De altero *belo*, as, *Varr. R. R.*

2, l. Oves enim sua voce appellarunt *μῆλα*. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed alia littera (vox earum non *me*, sed *bee* sonare videtur) ovis belare vocem efferentes dicunt, extrita littera, uti in multis. [Ita hunc locum refinxit *Pontedera Oper. post. T. 1. p. 219.* probante *Schneid.*, cum antea in editionibus aliter legeretur. *F. Scil. Forc.* ita h. l. exhibuerat: Vox earum non *me*, sed *bee* sonare videtur. Oves beclare, vocem efferentes: a quo belare dicunt, extrita littera.] *P. Balantes* sunt ipsae oves. *V. BALANS.* *P. Translate balare* dicitur, qui absurda dicit, et more pecudis stulte loquitur. *Arnob. 3. p. 122.* Si novenarius numerus cognomen Novensilium ducit, Cornificius balare convincitur etc. *Al. rectius leg. labare.* Huc referri potest illud *Varr. R. 2, 3.* Quoniam satis balasti, inquit, o Faustule noster, accipe a me de capellis, et quemadmodum oporteat breviter dicere, discite. Festive *Varro* et locutum illum esse de ovis indicat, et nimis multa dixisse, et quasi blaterasse; lepide arguit.

\**BALSA*, ae, oppidum Lusitaniae, in eo spatio inter Oceanum et Anam amnem, quod *Cuneus* a figura dicebatur. *Meta 3, 1. Plin. 4, 22.* Hodie est *Tavira. B. A.* Hinc *Balsenses*, ium, incolae Balsae oppidi. *Plin. ib.*

*BALSAMEUS*, a, um, adj. balsaminus. *Auct. Carm. de Phoenice 118.* Unguine balsameo myrrhae et ture soluto, Condit et in formam conglabat ore pio.

*BALSAMINUS*, a, um, adj. *βαλσαμίνος*, balsamo constans. *Plin. 23, 4, 47.* Balsaminum (*subaudi oleum*) longe pretiosissimum omnium, contra omnes serpentes efficac.

*BALSAMODES* Casia, *βαλομώδης κασία*, est quaedam casiae species, ab odore balsami ita appellata, amara gustu, atque utilis in medicinis. *Plin. 12, 19, 43.*

*BALSAMUM*, i, n. *βάλσαμον*. [Est vox Hebraica, composita ex *בשם* princeps, et *שמן* oleum, Amyris opobalsamum *Linn. F.*] Succus cujusdam arbusculae, quae in Judaea solum nascitur, viti similior, quam myrto, cujus tria genera: alterum tenui et capillacea coma, quod vocant *eutheriston*: alterum scabro aspectu, incurvum, fruticosum, odoratus, quod *trachy* appellant: tertium quod dicitur *eumeces*, reliquis procerius, laevi cortice. Semen fert vino proximum gustu, colore rufum, nec sine pingui. Ramum crassiorem habet, quam myrtus. Folium proximum rutae, perpetua coma. Malleolis seri dicitur, et implet colles vinearum modo: tondeturque similiter fruticans ac rastris nitescit. Ex ejus cortice ita leviter inciso, nihil ut ultra eum laedatur, (aliter enim emoritur) succus manat, quem *opobalsamum* vocant, suavitate eximiae, principatum inter unguenta obtinens, multi quoque usus in medicina. Fit autem incisio vel vitro, vel lapide, vel osseis cultellis, quoniam ferro laedi vitalia odit. Ipsa quoque samenta in merce sunt: coquantur enim in unguentis, vocaturque *xylobalsamum*, qui inde exprimitur liquor. Praecipua autem gratia lacrymae (*opobalsamo*), secunda semini (*carpobalsamo*), tertia cortici, minima ligno (*xylobalsamo*). Haec ex *Plin. 12, 25, 54.* et *Solin. 35.*, apud quos plura de re hac tota videsis. *V. et Theophr. Hist. plant. 9, 6.* et *Dioscor. 1, 18.* *P. Fere* autem hac voce ipse succus significatur. *Plin. 13, 1, 2.* Unguentum appellatum megalium ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. *Mart. 3, 63.* Balsama qui semper, cinnama semper olet. *Adde Justin. 36, 3.* *P. Sed* et ipsa arbor balsamum dicitur. *Tac. H. 5, 6.* Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si ferri vim adhibeas, pavent venae etc. *Adde Serv. ad illud Virg. G. 2, 119.* Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque etc. Ubi tamen *Virg.* succum intelligit, non arborem. *P. Oleum balsamum* dicitur *Appul.* quasi vox adjectiva sit, *Met. 10.* De stanneo vasculo multo sese perungit oleo balsamo.

\**BALSIO*, onis, oppidum in Hispania Tarracoenensi. *Anton. Itin. B. A.*

*BALTEARIUS*, ii, m. qui balteos facit. *Inscr. ap. Reines. cl. 8. n. 69.* M. Critonius M. F. Apollonius miles ex armamentario Augustorum baltearius fecit sibi et suis liberis. *Spon. Misc. antiqu. p. 253.* intelligit eum, qui in armamentario Augustorum balteis curandis praerat, sive iis conservandis, sive subministrandis, sive resarciendis vel ornandis incumbere. Sic *cassidarius* ex armamentario *Caesaris Domitiani*, qui eandem curam circa cassides gerebat, ut docet alia *Inscr. ap. eund. Spon. p. 254.*

*BALTEATUS*, a, um, adj. cinctus. *Capell. 5. init.* Pectus exquisitissimis gemmarum coloribus balteatum. *Al. legunt subbalteatum*: quod idem est.

*BALTEOLUS*, li, m. parvus balteus. *Capitol. Maxim. 2.* Propositis praemiis argenteis, i. e. armillis, torquibus et balteolis.

*BALTEUS*, i, m. et Balteum, i, n. *ζωστήρ*, [etymon fortasse est a *βάλλω*, injicio, cujus praet-

terit. pass. inusit. *βέβαλται F.*] cingulum militare, quod aliquando ab humero dextro sub sinistram brachium descendens, transversum pectus cingit, saepius tamen medium hominem ambit zonae modo; e corio plerumque factum, et bullis aereis argenteisve, aut auratis distinctum, a quo arma dependent. *Varr. ap. Char. 1. p. 59.* tradit, esse Tuscum vocabulum: at *L. L. 4, 24.* docet ex eo dici, quod bullatum est. Ejus verba sunt: Quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. *Accius ap. Non. 3, 25.* Manuleos, baltea, machaeras. *Virg. A. 5, 313.* Alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis Threiciis, lato quam circumplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma. *Id. ib. 12, 941.* infelix humero cum apparuit alto Balteus et notis fulserunt cingula bullis. *Id. ib. 273.* teritur qua subtilis alvo Balteus, et laterum juncturas fibula mordet. *Val. Fl. 5, 579.* quem balteus asper Subligat. [*\*Caes. B. G. 5, 44.* transfigitur scutum Pulioni et verutum in balteo defigitur.] *P. Dicitur* etiam de quovis cingulo, [*\*de poetis tantum, opinor, hoc valet.*] *Lucan. 2, 361.* de Marcia Catonis uxore: Balteus haud fluxus gemmis astrinxit amictus, Colla monile decens. *Adde Mart. 14, 207.*, ubi de Veneris cesto usurpat. *P. Claud. epigr. 21.* et *Appul. Met. 10.* balteum dixere zonam, qua ephippia equorum dorso adstringuntur: vel potius lorum pectorale, quod bullis ornari solet, [*\*quae alias cingula dici solet, nobis der. Gurt- oder Bauchriemen.*] *P. Translate Juven. 9, 111.* quod enim dubitant componere crimen In dominos? quoties rumoribus ulciscuntur Baltea? *h. e.* verbera loreis cingulis seu generatim loris inflata. *P. Pro Zodiaco. Manil. 1, 677.* Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe. *Adde 3, 361.* *P. Est* etiam balteus in opere pistorio, et est id quo cingitur placenta, seu est ipsum illius solum replicatum. *Cat. R. R. 76.* de placenta facienda: Indito mellis boni *P. IV. 5.*, id una bene commisceto cum caseo. Postea in tabula pura balteum ponito, folia laurea uncta supponito, placentam fingito. *Adde ib. 78.* *P. Plin. 16, 37, 68.* de salicibus: In proceritate magnam emittunt: jugis vinearum perticas, pariuntque balteo corticis vincula, *h. e.* cortice in baltei modum secto in longas taenias et vinculorum usum praebente. *P. Apud Vitruv. 3, 3.* baltei baleivorum in capitulo Ionico sunt veluti funes aut cingula, quibus volutarum pulvini terminantur et veluti ligantur, [*\*nobis Polstergurt.*] *P. A. Tert. Spect. 3.* dicuntur baltei in theatris, quas praecinctionum appellat *Vitr. 5, 3.*, et Graeco vocabulo *diazomata*, *ib. 7.*, nempe quasi transversa cingula erantque latiorum areolae cum altiore gradu totum amphitheatrum ambientes, quibus aliquot graduum ordines ab aliis separabantur. *V. plura apud Lips. de Amphith. c. 13.*, ubi et figuram exhibet. Quod vero *Tert. l. c. cardines baleorum* dixit, videtur intelligere ipsarum praecinctionum fores, per quas in ipsos balteos spectaturi ingrediebantur. De hoc theatri balteo est etiam locus *Calpurn. Ecl. 7, 47.* quem *V. Consule* etiam *Maff. Ver. illustrat. l. 2. c. 8. §. 4.* *P. In* singulari numero fere est generis masculini, in plurali vero communis. Nam praeter *Vitr. l. c.* etiam *Tac. H. 1, 57.* et *Plin. 33, 12, 54.* balteos dixere. Quod vero discrimen tradit *Plin. apud Charis. l. c.* inter balteus et balteum, ut ille vinculum significet, hoc lora ad ligandum, subtilius profecto est quam verius, ut et *Voss. censet l. 3. Gramm. c. 36.* *P. Legitur* et baltheus addita aspiratione, sed rectius puto sine ea, cum Latina vox sit, vel saltem longissima consuetudine Latina facta. Sic optime scribitur *silea, stilus, caritas* Latinis litteris, licet, si earum originem spectes, *stylus, sylva, charitas* scribendum sit. Voces enim externae si Latine diu usurpentur, Latino etiam more scribi plerumque solent. [*Adde, si etymon jam supra allatum admitteris, nullum esse aspirationis locum. F.*]

\**BALTA*, ae, aliud nomen Scandinaviae, quae et *Basilis* audiebat, nisi alterum ex altero corruptum est. In ea immensae magnitudinis peninsula hodie universa Suedia, Norwegia, Lapponia, Finnmarchia continentur. *Plin. 4, 13.* Xenophon Lampsacenus, a littore Scytharum tridui navigatione, insulam esse immensae magnitudinis, Baltiam tradit. Eandem Pytheas Basiliam nominat. *P. Notandum* est, Pytheam apud *eund. 37, 2.* insulam eam Abalum dixisse, quam Timaeus Basiliam. *B. A.*

*BALUX. V. BALLUCA.*

*BAMBALIO*, onis, m. vocabulum est ignominiosae appellationis usurpatum a *Cic. Phil. 3, 6.* Tuae conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptum, qui propter haesitantiam linguae, stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. [Hic vero *Cic.* loquitur de *M. Fulvio Bambalione Fulviae M. Antonii uxoris* patre, de quo plura *Garat.* in adnot. ad *h. l. F.*] Est autem bambalio a Graeco *βαμβάλειν* aut *βαμβάλειν*, quae apud *Hesych.* significant tremere labiis aut dentibus; quod facere videntur ii, qui ore tumultuantur, balbutiunt, et haesitant loquun-

tor. Illud etiam huc pertinere potest, quod in eodem *Hesych.* legitur, *βαμβάλων* apud Phryges significare *το αἰδοῖον*.

*BAMBATAE.* Apud *Colum.* ita in libris paucis legitur *12, 34.* quod de aceto scyllitico inscribitur. *Qui scylliticum acetum facere volunt, decem bambatae in tres amphoras musti mitis etc.*, sed locus plane corruptus est, et vox bambatae monstro similis. Emendandus itaque, et assumptis aliquot verbis (quae perperam divulsa sunt), ex fine capituli praecedentis, legendum. *Alii hoc ipsum scyllitae pondus, quod supra dixi, in aceti duas urnas adjiciunt, et per XL. dies inesse patiuntur, qui scylliticum acetum facere volunt.*

*De Embammate. Cap. 34.*  
*In tres amphoras musti mittit aceti acris congiuum.* etc. Ita recte praeter alios *Hieron. Mercur. var. lect. 1, 14.*, quidquid ingeniose magis, quam vere, ut bambatae vocem defenderet, commentus sit *Turn. Advers. 17, 13.* Vide *Jo. Bapt. Morgagni epist. in Auct. R. R. 4. §. 1.*, ubi rem totam luculenter exsequitur. [Idem probat *Pontedera Op. post. T. 2. p. 251. F.*]

\**BAMBOTUS* vel *Bambotum*, Africae flumen, in Mauritania vel Libya. *Plin. 5, 1. B. A.*

*BAMBYCIUS*, a, um, adj. ad Bambycen, *Βαμβύκη*, pertinens, quae est urbs Coelesyriae, eadem atque Hierapolis, ubi Dea Atargatis colebatur, ut *Plin. 5, 23, 19.* docet. Hinc *Bambycii* dicuntur ab *Arat. 542.* et *646.* Pisces, signum coeleste, quod Atargatim (quae eadem ac Venus esse creditur) servaverint a morte, cum se in Euphratem praecipitasset: vel quod ipsa Atargatis se in piscem aliquando mutaverit. *V. PISCIS.*

*BAMPLUS*, i, m. *Fulgent. De prisco serm. n. 44.* Celocem dicunt genus naviculae modicum, quod bamplum dicimus. Alii rectius leg. *lembum*.

\**BANASA* vel *Banassa*, ae, dicta et *Valentia*, oppidum Mauritaniae Tingitanae, colonia Caesaris Augusti. *Plin. 5, 1. B. A.*

\**BANATA*, Mesopotamiae oppidum, fortasse idem quod *Βασιση* *Ptol. Tab. Pent. B. A.*

\**BANCHUS* et *Bancus*, i, m. piscis genus, cujus mentio est apud *Coel. Aur. Acut. 2, 37.* Item ex mari mullos, squillas, bancos, acus, labraces. Quidam etiam *banchus* legere malunt apud *Plin. 32, 9, 32.* et *ib. 11, 53.*, ubi tamen editio *Hard.* habet *Bacchus*, quam vocem *V. ad f. B. A.*

\**BANDUSIA.* *Hor. Od. 3, 31, 1.* O fons Bandusiae. Fons erat in Sabino, ubi villa Horatii sita erat; ex Bandusia rivus *Digentia* ortus videtur. *B. A.*

\**BANIENSES*, ium, m. plur. Lusitaniae populi. *Inscr. ap. Grut. 162, 5.* Municipia provinciae Lusitaniae stipe conlata opus pontis perfecerunt, Arabrigenses, Banienses, Paesures. *B. A.*

\**BANIURAE*, arum, gens Gaetulia, Mauritaniae Caesariensem incolentes. *Plin. 5, 2. ed. Hard.* In *ed. Elzev.* est *Banurri.* *Adde Sil. 3, 303. B. A.*

*BANNANICA* Vitis memoratur a *Plin. 14, 3, 4. n. 7.*, et fallax esse dicitur, hoc est incerti proventus. Unde autem nomen duxerit, adhuc est incompertum.

*BANTINUS*, a, um, adj. ad Bantiam pertinens, urbem Apuliae Dauniae prope Venusium, nunc *S. Maria de Vanze. Liv. 27, 24. Hor. Od. 3, 4, 5.* Bantini saltus. *Acron. ad Hor. l. c.* Bantina civitas Apuliae contermina Venusiae. *P. Bantini, orum,* sunt Bantiae incolae. *Plin. Lucanis* attribuit, quia in eorum confinio fuere, *3, 11, 15.*

[*BAPHE*, es, f. *βαφή*, tinctura. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat. 991, 10.* Baphe Liviae *L. F.*]

\**BAPHIARIUS*, i, m. tinctor a *βάπτω*, tingo *II. C. de Murileg. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. 75. B. A.*

*BAPHEUS*, i, m. disyllab. *βαφεις*, tinctor, et praesertim qui murice tingit: a *βάπτω*, tingo. *Imp. Constantin. Cod. 11, 7, 2.* Baphei et gynaeciarii. Alii leg. *baphii* et *gynaecii*, quod praestat.

*BAPHIUM*, ii, n. *βαφειον*, tinctorum officina, praesertim eorum, qui murice et fuco tingunt. [*Inscr. ap. Carli Antich. Ital. T. 3. p. XIV. Q. C. Petronio M. C. Petronii F. VI. viro Augustali Procuratori baphii Cissae Histriae, et Collegii purpurariorum Cissensium Histriae patrono T. Coryllus Chrysomalus purpurarius Augusti libertus. F. Lampr. Alex. Sec. 40.* Purpura, quae vulgo Probianae dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphiis praepositus id genus muricis reperisset. *Impp. Theod. et Valentin. Cod. 11, 8, 5. et Cod. Theod. 10, 20, 18.* Ad baphia Phoenices ad certum tempus mitti praecipimus. [*\*Hujusmodi multa baphia et in orientis et in occidentis partibus imperatores habebant, quae sub dispositione Comitum sacrarum largitionum in Notit. Imp. Rom. ponuntur. De baphiis Phoenices videndus est Strabo XVI. p. 1098.] *P. In loco Lampridii* cit. alii leg. *baphis praepositus*, hoc est tinctoris, seu tingendis lanis praepositus: *βαφή* enim tinctorum, seu colorem significat, sed ex allata inscriptione apparet *baphiis* esse retinendum.*





quam legas si plura cupis.] P Hujus generis ceterae omnes gentes erant praeter Graecos; quod nulli praeter ipsos viderentur eleganter loqui, nam πᾶς μὴ Ἑλλήν Βαρβαρος, ut est apud *Serv.* ad *A.* 2, 504. Unde *Pl. Mil.* 2, 2, 56. Naevium poetam Latinum barbarum dixit. Quo pertinet et illud ejusdem *Curc.* 1, 2, 60. Pessuli gerite amanti mihi morem: fite causa mea Lydi barbari. V. LYDUS. Adde *Cat. ap. Plin.* 29, 1, 7. et *Festum.* [\*Saepius conjunguntur alienigenae ac barbari, i. e. homines diversae stirpis ac diversa lingua utentes. V. *Drak.* ad *Liv.* 31, 29, 15.] P Hoc deinde nomen Latini usurparunt: eoque omnes appellavere, qui vel Latini, vel Graeci non essent. Graecis enim hunc honorem habuere propter culturam litterarum, legum et artium, quas ab iis acceperant. *Plin.* 11, 37, 45. Urorum cornibus barbari septentrionales potant. *Id.* 8, 27, 41. Pantheras perfriata carne aconito barbari venantur. Adde 13, 15, 30. [\*Apud *Suet. Dom.* 12. barbari dicuntur Germani, Galli, Britannii, ad quem l. V. annot. *Brem.*] V. BARBARIA et BARBARUS. P Denique barbaros dixere eos omnes, qui Romano imperio subiecti non essent: qua ratione etiam Itali in Gallia comata, in Liguriis, etc. interdum significantur. Cujus rei testimonia occurrunt apud *Cic. N. D.* 2, 4., item *Liv.*, *Flor.* et *Ammian.*: item in *libb. Dig. et Cod. Justin.*, ut est apud *Brissou. de V. S.* P Barbarum pro Barbarorum in genitivo plur. *Phaedr.* 4, 6. In perniciem Grajum et Barbarum. BARBARIA, ae, f. et Barbaries, ei, f. a Latinis dicitur omnis externa regio praeter Italiam et Graeciam; item gentes in iis regionibus incolentes. *Cic. Fin.* 2, 15. A quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est. *Id. ib.* 5, 4. Omnes fere civitates, non Graeciae solum, sed etiam Barbariae. [\**Cic. Rep.* 1, 3. Themistoclem non in Graeciae portus, per se servatos, sed in barbariae (i. e. Persiae) sinus confugisse, quam afflixerat. *B. A.*] *Or. Met.* 15, 829. Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes Oceano numerem? *Lucan.* 8, 812. adde subactam Barbariem gentesque vagas. P Hoc sensu in plurali num. usurpavit *Tert. ad. Judaeos* 7. et *Virg. vel.* 2. P Speciatim dicitur de Phrygia. *Hor. Ep.* 1, 2, 7. Graecia Barbariae lento collisa duello. [\*De Gallis, *Cic. Font.* 19. non vero — non isti immani atque intolerandae barbariae resistemus? i. e. Gallis, quas paulo ante immanissimas et crudelissimas nationes appellaverat.] P Apud Graecos omnis externa regio Barbaria est. *Pl. Poen.* 3, 2, 21. Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves, h. e. in Italia. Est enim Graecus homo, qui ibi loquitur. Adde *Eund. fr.* apud *Fest.* in *Vapula.* P Dicitur etiam de barbaris ac feris moribus. *Cic. Balb.* 19. Invetratam barbariam ex Gauditanorum moribus disciplinamque delere. [\*ubi barbariam dixit ritum hostiarum humanarum immolandarum.] *Flor.* 4, 12. de Sarmatis: Tanta barbaries est, ut pacem non intelligat. *Or. A. Am.* 2, 551. Oscula vir dederat (memini) suos: oscula questus Sum data, barbarie noster abundat amor, h. e. feritate quadam et nimia zelotypia. P Sumitur item pro rusticitate, ignorantia, aut stultitia. *Or. Am.* 3, 8, 3. Ingenium quondam fuerat pretiosum auro: At nunc barbaries grandis, habere nihil. *Justin.* 43, 4. Ab his igitur Galli et usum vitae cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus didicerunt. P Item pro vitio sermonis. *Cic. Brut.* 74. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. *Id. Or.* 1, 26. Si multitudo litium, si varietas causarum, si haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, h. e. turba illitterata et barbara.

\*BARBARIANA, ae, locus in Hispania Baetica. *Anton. Itin. B. A.* BARBARICARII, orum, m. plur. iidem qui Phrygiones, hoc est textores artificesque barbaricae vestis, exprimentes ex auro et coloratis filis hominum formas, et diversorum animalium et specierum imitatum subtilitate veritatem. Ita *Don.* ad illud *Virg. A.* 11, 777. Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum. Ubi *Serv.* quoque de textura Phrygionum intelligit. Hi autem ideo barbaricarii dicti sunt, quia Barbaria speciatim pro Phrygia aliquando sumitur, et Barbaricus pro Phrygio. [\*Cf. *Barbaria* et *Barbaricus.* *Inscr. ap. Murat.* 971, 5. Hermes barbaricarius ministrator, h. e. qui vestes barbaricas servabat. *F.*] P Legitur praeterea in *Cod. Justin.* 12, 24, 7. in *f.* et in *Cod. Theod.* 10, 22, 1., ubi barbaricarii sunt, qui aurum argentumve operibus illinunt (*Vergolder.*) P [\*In *Notit. Dign. Imper. n.* 42. *brambaricarii* vitiose vocantur. V. *Guther. de Off. Dom.* Aug. 3, 22. *B. A.*]

BARBARICE, adv. βαρβαρικῶς, Barbarorum more. *Capit. Ver.* 10. Barba prope barbarie demissa. BARBARICUS, a, um, adj. βαρβαρικῶς, idem quod Barbarus. *Suet. Cl.* 47. Barbarica nomina. *Pl. Cas.* 3, 6, 19. et *Sall. or. 1. ad Caes. De rep. ord.* 3. extr. Neque barbarico ritu caede caedem,

sanguine sanguinem expiandum. *Claud. Eutr.* 2, 226. Barbarica vita, h. e. Barbarorum similis, et plena feritatis. *Or. Her.* 3, 1. Quam legis, a rapta Briseide littera venit. Vix bene barbarica Graeca notata manu. *scil.* quia Briseis erat e Lyrnesso insula. Omnes autem qui Graeci non essent, a Graecis barbari dicti sunt. *Pl. Capt.* 4, 2, 104. Barbaricae urbes, h. e. Italicae. Graecus enim ibi homo loquitur. *Sic Id. Capt.* 2, 3, 32. Barbarica lex, h. e. Romana. *Flor.* 3, 3. Barbarica stoliditas. *Virg. A.* 8, 685. Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis, h. e. Orientalium nationum exercitu contra Romanos bellum ferens. P Ponitur etiam pro Phrygio. Phryges enim speciatim barbari dicti sunt. [\*Scilicet obtinuit apud Latinos usum loquendi ab Homero receptus, nam et Homerus Phrygas barbaros appellat.] *Eund.* [\*in *Andromache*] ap. *Cic. Tusc.* 3, 19. O pater, o patria, o Priami domus! Vidi ego te, astante ope barbarica, Tectis caelatis, etc. h. e. dum staret regnum Phrygum incolente. *Virg. A.* 2, 504. Barbarico postes auro, spoliisque superbi. Ubi *Serv. ius*: aut multo, quia barbari copiae magis quam elegantiae student: aut a Barbaris capto: aut vere barbaro idest Phrygio; nam et Homerus Phrygas Barbaros appellat. *Lucr.* 2, 499. Barbaricae vestes, h. e. Phrygio more pictae. P Barbarica siva ab agricolis dicitur, quae conseminea est, et aut nulla, aut certe levi cultura colitur. *Colum.* 11, 2. a med. Silvam si quis barbaricam, idest consemineam velit facere. P Accipitur etiam barbaricus pro peregrino, externo. [\**Lucr.* 2, 499. vestes barbaricae. *Virg. A.* 2, 204. aurum barbaricum. *Ammian.* 18, 2. sermo barbaricus.] Hinc *Plin.* 21, 6, 16. errasse eos dicit, qui Baccaris radicem barbaricam appellavere, quia nempe in Italia non proveniret, sed solum in externis regionibus: ita enim ibi interpretatur *Hard.* (quamquam *Salm. Exerc. Plin.* p. 1068. aliter legendum putat). Eadem fortasse ratione dicta videntur ab eodem *Plin.* 15, 15, 16. pyra barbarica. Et 36, 25, 61. barbarica pavimenta: quia nempe ab exteris regionibus in Italiam primum invecta fuerint. [\**Veget.* 4, 7. Frequens opinio est, barbaricus (sc. equus, i. e. non in Italia, sed in terra peregrina natis) nulla adhibenda medicamina.] *Prud. Apoth.* 211. Barbarici sinus, h. e. vestes Babyloicae. P De sphaera barbarica dicemus in SPHAERA. P Barbaricum, ei, absolute (subaudi solum) est barbarorum regio non subjecta Romanis. [\**Barbaricum* pro regione barbarorum dictum, ut Noricum, Vindelicum, Illyricum celt. pro regione Noricorum, Vindelicensium, Illyriorum celt. V. *Gronov. Observ. H.* 3. p. 233.] *Spart. Sever.* 47. Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria XVII. dierum, nisi in barbarico. *Ammian.* 18, 2. Visus in barbarico miles. *Eutrop.* 9, 4. Utorque in barbarico interfecti. [\**Eutrop.* 7, 8. Albis in barbarico, longe ultra Rhenum est. V. *Gronov. Observ. l. supra l.*] P Est praeterea Barbaricum, teste *Festo*, clamor exercitus, quia eo barbari uti solent, qui clamor *barritus* etiam appellatur barbaro vocabulo, ut infra in BARRITUS dicemus. P Denique barbaricum adverbii more pro barbarie ponitur. *Sil.* 12, 418. Barbaricum atque immane gemens. [\*Ceterum observa adject. barbaricus nulum scriptorem pedestrem aureae aetatis usum esse. Fuit forma poetica pro barbarus, quae, ut fit, postea in vulgare usum transit. Primus ex prosae auctoribus barbaricus dixisse videtur *Plinius major.*]

BARBARIUM, i, m. βαρβαρικόν (Graeca vox, Latine sermo rusticus, teste *Gell.* 13, 6.) vitium orationis, quod fit in singulis verbis: nam si in plurium verborum constructione fiat, *soloeicismus* dicitur. Fit autem pluribus modis, ut cum peregrinam et barbaram vocem usurpamus; vel utimur quidem vocibus Latinis, sed eas corrumpimus vel declinatione, aut conjugatione, ut si *legebo* dicamus pro *legam*, vel *carmini* pro *carminis*; vel pronuntiatione, longam *v. gr.* pro brevi proferendo; vel scriptione, ut si aspirationem adscribamus, ubi locum non habet; vel denique alio quopiam modo verba invertamus: qua de re plura grammatici. V. *Quint.* 1, 5., *Charis.* 4. *init.*, *Diomed.* 2. p. 446. et alios. *Auct. ad Her.* 4, 12. Barbarismus est, cum verbum aliquid vitiose effertur. [\*ubi barbarismus distinguitur a *soloeicismo.*] *Mart.* 6, 17. Cinnam, Cinname, te jubes vocari: Non est hic, rogo, Cinna barbarismus? P *Gell.* 13, 6. Id vocabulum quod dicitur vulgo barbarismus, qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni. P Potest etiam ad animi naturam referri: et quemadmodum barbarum dicimus, qui est incultus ac feris moribus, ita barbarismus pro feritate et barbarie usurpare licebit. *Quint.* enim *l. c.*, ubi barbarismi genera enumerat, Alterum, inquit, genus barbarismi accipimus, quod fit animi natura, ut is a quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbare locutus existimetur. *Sidon. ep.* 9, 3. Quidam barbarismus est morum sermo jucundus,

et animus afflictus. P Si qui apud poetas reperiantur barbarismi, schematismos, schemata, metaplasmos appellari docent *Quint.* 1, 8., *Charis.* 4. *in.* et *Diomed.* 2. p. 446. et 449. V. METAPLASMUS. BARBAROLEXIS, is, f. βαρβαρολέξις, vitium est orationis barbarismo simile: in eo tamen differens, quod barbarismus fit in nostra loquela, inquit *Charis.* 4. *in.*, βαρβαρολέξις in peregrina, hoc est, ut *Isid. Or.* 1, 312. explicat, barbarismus in verbo Latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba Latinis eloquiis inseruntur, βαρβαρολέξις dicitur. Refertur autem inter figuras orationis; ac tales sunt *gaza* et *magalia* apud *Virgil.* [\*BARBARULUS, a, um, diminut. barbari. Nomen servile Romanum. *Inscr. ap. Murat.* 1575, 3. Barbarulae, quae vixit annos XXII. menses II. dies IIII. Barbara et Philumenus L., et Helicon Contubernali Kar. *F.*]

BARBARUS, a, um, adj. βαρβαρος, a Graecis dicitur quicumque Graecus non est, ut in BARBARI docuimus. Hinc apud *Plaut.* qui in suis Fabulis plerumque Graecos homines loquentes inducit, legitur *Barbaria* pro Italia, et *Barbaricae urbes* pro Italici. *Sic Mil.* 2, 2, 56., ubi poetam barbarum memorat, Naevium Latinum poetam intelligit. Huc pertinet etiam illud ejusdem *Pl. Stich.* 1, 3, 40. Haec verba subigunt me, mores ut barbaros discam, atque ut faciam praeconis compendium: itaque auctionem praedicem, ipse veneam, h. e. mores omnino inusitatos in Graecia, et peregrinos, qualis est, ut qui praeconem agit, et auctionem facit, ipse se vendat. P Latini quoque Barbaras dixerunt omnes externas Gentes, Graecis exceptis (V. *Sen. Ira* 3, 2.), idque non ob eam solum rationem, quod externi essent, sed tum propter asperitatem sermonem, tum propter rudia ingenia, stultitiam, ignorationem litterarum, agrestem duramque vivendi rationem, morum feritatem et saevitiam. Tribuitur autem non solum hominibus ac rebus ipsis, sed etiam locis ipsis cultu et caelo mitiore carentibus. *Cic. Verr.* 2, 4, 50. Neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura et moribus. [\**Vell.* 2, 108, 2. barbarus natione magis quam ratione Marobod; quo loco eleganti figura utraque vocis significatio adhibetur, qua et peregrinitatem et absueditatem hominum rerumque notare consueverunt Romani.] *Id. Marc.* 2. Gentes immanitate barbarae, multitudine innumerabiles. *Id. Font.* 10. Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandarum. [\*Eadem adjectiva sed inverso ordine, conjungit *Appul. Met.* 3, p. 131, 36. illi barbari prorsus et immanes homines. Ubi de praedonibus agitur.] *Petr. Sat.* 96. Rabiosa et barbara voce perorare. *Or. Pont.* 3, 2, 78. Sacra suo facio barbariora loco. *Curt.* 5, 5. Barbarae litterae. *Hor. Od.* 2, 6, 3. Barbarae Syrtis. Et *ib.* 19, 17. Mare barbarum. [\*i. e. mare Indicum. Loquitur poeta de Baccho plurimarum victoriarum apud Indos auctore.] *Tac. A.* 1, 61. Barbarae arae, h. e. a Barbaris exstructae. *Treb. XXX. Tyrann.* 23. de Saturnino. Victoriae Barbarae, h. e. de Barbaris reportatae. Al. aliter leg. [\*Est barbarus omnino is, qui diversa ab incolis ejus loci ubi domicilium habet lingua utitur. *Sic Or. Trist.* 5, 10, 37. de se ipso apud Scythas degente: barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli.] P *Barbarum, i*, genus emplastri, de quo *Cels.* 5, 19. n. 1. et *ib.* 26. n. 23. a med. et *Scrib. Comp.* 207. [\*Idem emplastrum apud *Scrib. Larg. compos.* 207. in. etiam barbara dicitur, ad quam vocem fortasse compositio cogitandum.] P In barbarum est in morem barbarorum. *Tac. A.* 6, 42. Civitas non in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens. *Id. H.* 5, 2. Accolas Idaeos, aucto in barbarum cognomento, Judaeos vocitari. [\*Est hoc ex Graecorum more dictum, apud quos *εἰς οὐν ὄκου* est i. q. *apri more impetum facit.* V. *Ruhnk. praef. ad Schelleri Lex.* p. 10. coll. *Schaeffer. ad Theocrit.* *Id.* 14, 28. Sic *Wustem.* Ego illum potius Graecorum usum compararim, quo dicunt *εἰς καὶ ὄν* et *sim.* pro *καὶ ὄν*. V. *Matth. Gr. Gr.* §. 578. d., p. 1146. Eadem est Graecorum imitatio, quam *Tac.* dicit *ex facili*, *ex affluenti* etc. pro adv. *facile*, *affluenter*, ut *Gr. ἐκ τοῦ ἐπιφανοῦς* pro *palam.*] P Speciatim Barbari dicti sunt Phryges. [\**Barbarus* eximie appellatur rex Persarum apud *Cornel. Themist.* 4.] *Hor. Epod.* 9, 5. Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum. *Virg. A.* 11, 777. Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum. V. PHYRGES. [\*BARBARIA et BARBARICUS.] P [*Barbari casus* dicuntur, qui terminationem habent tantum Latinam, non vero Graecam. *Cic. Or.* 48. Et cum Phrygum et Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Graecam litteram adhibere, aut recto casu solum Graece loqui; nunc tamen et Phryges et Phrygum aurium causa dicimus. *Gesn.* in *Thes. L. L.* in *V. Casus* censet, Cicero nempe vocasse casus barbaros Phrygum et Phrygibus, quod eos Latini cum Graecis communes non habent; Phryx enim et Phryges, casus recti, etiam Graeci sunt; in his igitur Graecae litterae *ph* et *y* ferri possunt; ergo, ait *Cicero*, cur non eadem

retineri possint etiam in barbaris casibus *Phrygum* et *Phrygibus*, aurium scilicet causa? *P Barbaram* pro *Barbarorum*. *Phaedr.* 4, 6. In perniciem Grajum et Barbarum, *h. e.* barbarorum. *P Comp. Barbarior.* V. supra. *F.*

\*BARBATIA, ae, f. oppidum ad Tigrim fluvium. *Plin.* 6, 28. *B. A.*

BARBATORIA, ae, f. *πρωτοκορυφα*, barbae re-cisio. *Barbatoriam* facere ap. *Petr. fr. Trag.* 73. *Burm.* est primam barbam ponere, quod solemniter fieri solebat, ut in BARBA dictum est. Verba *Petronii* sunt: Amici, inquit, hodie servus meus barbatoriam facit. Itaque usque in lucem coenamus. [\*Haec vox *barbatoria* ex sermone rustico videtur petita esse. Cf. *Boettigeri Sabina*, Tom. II. p. 57.]

BARBATULUS, i, m. *ἀργυρέσιος, λευγένσιος*, [qui barbae florem habet in extrema genarum parte prope aures. Ita vero *Bartol. Borghesius Dissert. della gente Arria* p. 67. et seqq. Romae vocatos fuisse probat adolescentes, qui ornatus gratia barbula illam circa genas alebant, quam etiamnum gerere solent nostri juvenes veneri nepotuli, donec ad plenam virilitatem pervenerint, quamque maturiores annis tandem deponunt. [\*Sic *Furl. Forc.* haec habebat: „qui primam barbam vix emisit, aut qui exiguum habet barbam.“ Ego quidem non video, cur de illa maxime genarum barba intelligendum sit nostrum voc., quum non minus bene intelligi possit de minore aliqua labii superioris et menti barba, qualem hodieque delicatuli adolescentes, maxime milites et litterarum studiosi, in deliciis habent. *V. Cic. Coel.* 14. quem *Forc.* advertit s. v. seq. ab in.] *Cic. Att.* 1, 14. Concursabant barbati juvenes, totus ille grex Catilinae. [*Id. ib.* 16. Ut nostri isti commissatores conjugationis, barbati juvenes, illum (*Pompejum*) in sermonibus Cnaicum Ciceronem appellent. *Hieron. ep.* 117. *ad matr. et fil. n. 6.* Dabit tibi barbatus quilibet manum, sustentabit lassam, et pressis digitis aut tentabitur, aut tentabit. Et n. 10. An tu negligens, dissoluta, contemptrix, quae annos nata XXV. adolescentem necdum bene barbatum ita brachiis tuis, quasi cassibus, inclusisti? *V. BARBULA. F.*] *P Translate* de piscibus. *Cic. Parad.* 5, 2. Barbatus mullos exceptans de piscina. *V. BARBULA.*

BARBATUS, a, um, adj. *πρωτοκόρυφος, ἐκτόκορυφος*, barbam habens. *Cic. Coel.* 14. Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non haec barbula, qua ista (mulier) delectatur, sed illa horrida, quam in statutis antiquis et imaginibus videmus. [\*Hic locus vide an ad seq. referri debeat. Rectius, opinor, huc trahas *Cic. Cat.* 2, 10. ubi juvenes de grege Catilinae, qui lanuginem nondum deposuerunt, ita significat: quos pexo capillo, nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis. — Juppiter audit *barbatus*, quod cum barba effingitur in statutis; opponitur *imberbis* Apollo. *Cic. N. D.* 1, 30. Isto modo dicere licebit Jovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.] *Id. Att.* 2, 1. Si nulli barbati sint, qui ad manum accedant. [\**Plin.* etiam 9, 30. mullos dicit barba gemina insigniri inferiori labro.] *P Saepe* dicitur de antiquis hominibus, quia veteres nec capillum tondere, nec barbam radere solebant. *V. BARBA. Cic. Mur.* 12. Haec jam tum apud illos barbatus ridicula, credo, dicebantur. *Id. Sext.* 8. Unum aliquem ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis intueri. *Juven.* 4, 103. facile est barbato imponere regi, *h. e.* stulto, aut minus astuto, simplici ac rudi. Tales enim prisci illi fuere. *P Item* de philosophis qui barbam alere solebant. *Pers.* 4, 1. barbatus haec crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta, *h. e.* Socratem. Adde *Juven.* 14, 12. *P Barbatus* substantivum. *Petr. fr. Trag.* 40. *Burm.* Non ille Carpus accessit, sed barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus. *Mart.* 14, 81. Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat et tetreo cum cane pera rogat, *h. e.* philosophi Cynici. *Phaedr.* 4, 8. *barbatum* pro hirco posuit. *P Translate. Mart.* 14, 84. Ne toga barbatus faciat, vel paenula libros, *h. e.* assiduo attritu libros villosos reddat, dum sinu gestantur. *P Barbata* nux dicitur a *Plin.* 19, 1, 2. n. 3. quae lanugine, ceu barba, tegitur. *P Apud Eund.* 10, 3. inter varias aquilarum species est etiam *barbata*, quam a Tuscis ossifragam appellari ait. *P De Fortuna barbata, h. e.* viri barbati specie culta, cujus aediculam fuisse Romae in II. regione affirmat *Panvinus*, exstat figura et vet. *Inscr. ap. Spon. Miscell.* p. 104. [et apud *Murat.* p. 81. Hujusmodi nomen fuisse Jovem hoc titulo veneratum, apparet ex *August. Civ. Dei* 4, 11. Ipse Juppiter sit et Fortuna barbata, quae adultos barba induat; quos honorare noluerunt, ut hoc quaecumque nomen saltem masculinum Deum, vel a barba Barbatum, sicut a nodis Nodosum, vel certe non Fortunam, sed quia barbam habet, Fortunium nominarent. *F.*]

\*BARBESCO, *γερνύω*. *Gloss. Cyril. B. A.*  
\*BARBESULA, ae, oppidum Hispaniae Baeticae cum flumine cognomine, inter Carteiam et Saldu-

bam. *Plin.* 3, 1. *Barbesola* appellatur a *Mela* 2, 6. *ad f. B. A.*

BARBIGER, a, um, adj. *πρωτοκορυφος*, qui barbam fert: et dicitur fere de capris. *Lucr.* 5, 898. *Barbiger* pecudes. Et 6, 970. *Barbiger* capellae.

BARBITIUM, ii, n. idem ac barba. *Appul. Met.* 5, p. 162, 21. Juvenis lanoso barbitio genas innumbrans. *Id. Met.* 11, p. 260, 40. Hircino barbitio philosophum fingere.

\*BARBITONDIUM, i, n. Occurrit haec vox ap. *Schol. Antiq. ad Juvenal. sat.* 3, 186. edente *D. A. G. Cramer.* *B. A.*

BARBITOS, i, m. et f. et Barbiton, i, n. *ὁ καὶ ἡ βάρβιτος*, et *βάρβιτον τὸ*, genus musici instrumenti multas chordas habentis (nam *Theocritus* appellat *πολύχορδον*) et graviorem edentis sonum: unde et *βάρβιτον* dicitur, ut *Poll.* 4, 9. docet, a *βάρβις*, gravis, et *πιτος*, quae vox tum filum, tum fides seu nervos significat. A Latinis poetis pro lyra sumitur: cumque Graeca vox sit, libenter Graeca positione effertur. *Hor. Od.* 1, 32, 3. age dic Latinum, Barbite, carmen. *Id. Od.* 3, 26, 3. defunctumque bello Barbiton hic paries habebit. *Or. Her.* 15, 7. Flendus amor meus est: elegia flebile carmen. Non facit ad lacrimas barbitos ulla meas. *Auson. ep. ad Philom. Gramm.* 44. Hoc genere et chordas et plectra et barbata conde. *Claud. proem. ad Epith. in nupt. Hon. et Mar.* 9. *Terpsichore* facilem lascivo pollice movit Barbiton.

\*BARBOSTHENES, is, mons Peloponnesi, in regione Laconica, X. mil. pass. distans a Lacedaemone. *Liv.* 35, 27 et 30. *B. A.*

BARBULĀ, ae, f. *γένηον*, exigua barba, qualem Romae alebant adolescentes. *V. BARBATULUS. Cic. Coel.* 14. Aliquis ex barbatis illis, non haec barbula qua ista delectatur, sed illa horrida, etc. *P Translate. Plin.* 21, 8, 25. Bellio flos pastilliantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. *Id.* 27, 11, 74. Gerit juxta folia singulas veluti barbulae. *P Fuit* cognomen Romanum in gente Aemilia, ut *Q. Aemilius Barbula. Liv.* 9, 20.

[BARBULUS, i, m. piscis, quem Histri vulgo vocant *mormora*, Veneti improprie *dentale* (*Gadus barbatus Linn.*) *Gloss. Philox. φάρδος ἰχθύος*, dentatus, barbulus, puellius, dentex. *V. v. seq. F.*]

BARBUS, i, m. piscis fluvialilis et marinus, idem qui nullus, vel ex nullorum genere (unde *barbatus* nullus dixit *Cic. Att.* 2, 1. *a med.*) ita appellatus, quia veluti barba gemina insignitur in labris. [\**Cyprinus barbatus L.* Fortasse *barbulus* (*V. v. praec.*) diminutivum est.] *Aus. Mosell.* 94. Liberior laxos exerceas, barbe, natatus. Et *ib.* 134. *Prope*que jubar imitatus gobio barbi. *P [Fuit* etiam cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 360, 3. *P. Aquius Barbus. F.*]

BARCA, ae, f. *ἰσθαλκίς, οὐζός*, genus parvi navigii phaselio, aut scaphae simile, et vehendis oneribus aptum. Scribit *Isid. Orig.* 19, 1. *barcam* esse, quae cuncta navis commercia ad litus portat; etiamque in pelago, propter nimias undas, in navi ipsa vehi. Sed *barca* in Latina lingua vox est recentioris aevi. *Paul. Nol. carn.* 21, (al. 13.) 95. *ad Cyther.* Ut mox salubri barca praesidio foret Puppi superstes obrutae. *P [Habetur* tamen in *Not. Tir.* p. 77. *Barca, barcula, barcella. F.*]

BARCAEI, orum, m. plur. Populi Africae a Barce oppido denominati, Carthaginensium hostes. *Virg. A.* 4, 43.

BARCAEUS, a, um, adj. *Barcaeus* juvenis *Sil.* 10, 355. et 12, 200. est Annibal, qui ortus Sarrana prisci Barcae de gente vetustus A. Belo numerabat avos, ut ait *Id.* 1, 72.

\*BARCANII, orum, populi Hyrcaniae, *Barcani* appellati a *Curt.* 3, 2. *B. A.*

\*BARCARIUS, ii, m. qui in barcis militat. *Not. dign. utriusque Imper.* p. 65. *Barcariorum* classis praefectus. Adde n. 63. *B. A.*

BARCE, es, f. *Βάρκη*, nutrix Sichaei ap. *Virg. A.* 4, 632., ubi *Servius* notat, hoc cognomen fuisse etiam familiae Annibalis. *P Item* oppidum Africae quod postea *Ptolemais* dictum est inter Aegyptum et Syrtis majores, ubi Cyrenaica et Marmarica regiones; ita dicta a *Barce* regina, ut *Serv.* ad *A.* 4, 42. docet. *Plin.* 5, 5, 5. *P [Item* oppidum Indiae, ad Indi ostium. *Justin.* 32, 10. ubi pro *Barcen* legendum forsitan *Baracen*, quod malunt nonnulli. *P Item* oppidum in Media, ut videtur. *Justin.* 1, 7. ubi tamen *Barene* malunt viri docti. *Barene* autem Mediae oppidum est. *B. A.*

[BARCELLA. V. BARCA. F.]

BARCHINUS, a, um, adj. ad Barcham pertinens, quae fuit familia Carthagine nobilissima et potentissima, ex qua Annibal fuit. Hinc *Barchinos* et *Barchinam factionem* et *Barchinam familiam* memorat *Liv.* 21, 3. et 9, et 23, 13. *P Barchinam* cladem *Sidon. carn.* 2, 532. appellat, qua victus fuit a C. Claudio, et M. Livio, ad amnem Metaurum Asdrubal frater Annibalis, et in ipso proelio occisus: de qua *Liv.* 27, 47. et seqq. *P Legitur* et *Barcinus*.

BARCINO et Barcinon, ōnis, f. nunc *Barcellona*, urbs nobilis Hispaniae citerioris maritima cum portu,

caput Catalauniae, olim colonia Romanorum, cognomine Faventia, ut apud *Plin.* 3, 3, 4. legitur. *Aus. ep. ad Paul.* 24, 89. Tarraco et ostrifero superaddita Barcinon ponto. *Prud.* 4. *περὶ οὐρα.* 33. *Barcinon* claro Cucufate freta Surget, et Paulo speciosa Narbo.

BARCINONENSIS, e, adj. ad Barcinonem pertinens, ut *Barcinonensis* muria apud *Aus. ep.* 21. [BARCULĀ. V. BARCA. F.]

BARDAICUS, a, um, adj. *Juven.* 16, 13. *Bardaicus* judex datur haec punire volenti Calceus et grandes magna ad subsellia surae, *h. e.* miles datur haec Calceus *Bardaicus* et grandes suras datur judex etc. [\*Haec interpretatio poetae optime videtur convenire. Similiter Graeci *ἀσπίς, λόγχη, κρηπίδες* pro militibus ponunt. *Vid. Markl. ad Eurip. Iph. Aul.* 189. *Schaefer.* ad *Long.* p. 373. *Interpp.* ad *Theocr. Id.* 15, 5.] Est autem *Bardaicus* vox deducta a *Bardaicis*, qui fuere populi Illyrici; apud quos fortasse militares illi calcei vel inventi sunt, vel in magno usu fuere. Hinc *Bardaicum* absolute pro *Bardaico* calceo posuit *Mart.* inter ea, quae mali sunt odoris, enumerans, 4, 4. *Lassi* *bardaicus* quod evocati. *P Sunt* qui aliter verba *Juven.* interpretantur, nempe ut *Bardaicus* ad iudicem referatur, non ad calceum. Quae ratione *Bardaicus* *judeus* esse dicitur miles cucullo amictus, quae vestis est militaris vilior a *Bardaicis* itidem denominata, et alio nomine *bardocucullus* dicta. Hinc *bardaicus cucullus* legitur apud *Capit. Pertin.* 8., ubi multa *Salm.* in hanc rem. Similiter apud *Mart.* exponunt *bardaicum* non calceum, sed *bardocucullum*, qui diu a milite gestatus, et sudore perfusus, satis habet tetri odoris. Itaque *Liburnici cuculli*, qui apud *eund. Mart.* leguntur in lemma *epigr. lib.* 139, 14., iidem esse videntur qui *Bardaici*. Nam et *Liburnia* in Illyrico est. *P Plura* qui volet ad haec loca, quae varie praeterea a variis exponuntur, ipsos adeat eorum interpretes. *P Sunt* qui ubique legunt *Bardiacus*, eodem tamen sensu: sed *Bardiacus* magis placet eidem *Salm.*, *Grut.* et aliis, quia ut ab *Achaeis* fit *Achaicus*, sic a *Bardaeis* vel *Bardaicus* (ut mallet legi *Salm.*) fit *Bardiacus*.

BARDEI vel Bardaei, orum, m. plur. populi Illyrici, qui quondam ut in Italia sedes figerent, bellum cum Cinna et Mario gessere, ut in quibusdam *Vet. Gloss.* legitur apud *Salm.* ad *Capitol.* in *Pertin.* 8. [\**Populus* antiquis temporibus *Ardayae* nominatus, unde *Vardaei* et *Bardaei* dicti sunt. *Cf. Liv.* 27, 30. et ad h. l. *Gronov.* observ.]

\*BARDERATE, oppidum Liguria. *Plin.* 3, 5. *B. A.*

BARDI, orum, m. plur. apud Gallos dicti sunt, qui poeticae studiosi erant, et carminibus celebrabant laudes virorum fortium, magno ob id a suis in honore habiti, ut *Fest.* et *Suid.* 4. tradunt. [\*Retinuit ac servavit hanc vocem nostra lingua. Ex vulgari usu hodieque vates illos dicimus *Barden*, eorumque carmina *Bardengesenge*. Descendit autem a verbo *baren*, i. e. clamare, canere, unde *baritus* s. *barditus* dicitur.] Est autem haec appellatio non gentis, aut loci, sed sectae, seu ordinis. Tria enim hominum genera apud Gallos honestissima fuisse, docent *Suid.*, *Diod. Sic.* 5, 31. et *Strabo* 4.; nempe *Euhages*, qui sacrificiis et praeterea contemplandae naturae operam dabant. *V. EUHAGES*; *Druidae*, qui praeter hanc philosophiam de moribus etiam disceptabant; et *Bardos*. *Lucan.* 1, 447. Vos quoque qui fortes animas belloque peremptas *Laudibus* in longum vates dimittitis aevum, *Plurima* securi fudistis carmina *Bardi*. *Ammian.* 15, 9. Per haec loca viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per *Bardos* et *Euhages* et *Druidas*. Et *Bardi* quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyrae modulis cantantur: *Euhages* vero scrutantes seriem et sublimia naturae pandere conabantur: inter hos *Druidae* ingenis celsiores, ut auctoritas *Pythagorae* decrevit, sodaliciis adstricti consortiis, quaestionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt, et despectantes humana pronunciarunt animas immortales. Hic *Valesius* ex auctoritate *Athenaei*, *Appiani* etc., ostendit solitos fuisse *Bardos* castra sequi, et regum ac ditionum mensas, veluti parasitos et scurras, consectari, carmina in eos laudum plena, et conviciorum in hostes fundendo, quibus se commendabant.

BARDIACUS. V. BARDAICUS.

BARDITUS. V. BARRITUS.

\*BARDO, onis, oppidum Hispaniae ulterioris. *Liv.* 33, 21. *B. A.*

BARDOCUCULLUS, i, m. genus vestis e viliori ac villosa panno, quae cucullum seu tegmen capitis assutum habet, qua utebantur rustici, milites et servi viliores pluvio tempore, et in ea etiam, si opus esset, cubabant. Sunt qui putent non vestem, sed solum capitis tegmen significari. Quod probari videtur illo *Juven.* 8, 145. Tempora *Santonico* velas adoperta cucullo; ubi *bardocucullum* procul dubio designat. Aptius tamen pro tota veste sumitur tegmen capitis habente. Fiebant hujusmodi vestes praecipue in Gallia apud *Santones*

et Lingones: putantque nonnulli denominatas esse a Bardis, de quibus dictum est in V. BARDI, orum: alii tradunt dictas esse a Bardeis populis Illyrici, et esse easdem, quas Capitol. Pertin. 8. appellat cucullos Bardicos. V. BARDAICUS. [Videtur esse vestis eadem, qua hodie utuntur Venetiis piscatores et nautae, quaeque cappotto appellatur; eademque fortasse palla Gallica dicitur a Mart. 1, 93. Dimidiasque nates Gallica palla tegit. Strabo l. 4. Oi Βάρδια ἀντὶ χειρῶν οὐκ ὀκνεῖται χερσὶν ἀποκαλύπτειν μὴ ἀποδοῦναι καὶ γλουτῶν. F.] Mart. 14, 128. Gallia Saantonico vestit te bardocucullo. Cercopithecorum paenula nuper erat. Id. 1, 54. Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyriantina bardocucullus.

\*BARDULI, orum, fortasse idem quod Varduli. Plin. 4, 22. B. A.

BARDUS, a, um, adj. βραδύς, δνομαθής, qui tardus est ingenio, hebes, stolidus, stupidus, stultus: a βραδύς facta metathesi, ut Fest. et Non. 1, 32. docent. Cic. Fat. 5. Zopyrus stupidum esse Socratem dixit et bardum. Pl. Bacch. 5, 1, 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Id. Pers. 2, 1, 2. Barda et rustica mulier. Tert. adv. Hermog. 36. Pictor te bardior non est.

\*BARBA vel Baria, ae, Βάρβα, oppidum Hispaniae Baeticae maritimum, in confinio Hispaniae Tarracensis. Plin. 3, 3. B. A. [Item cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 107, 8. Q. Marcius Barba. Apud Tac. A. 16, 23. Soranus Barba. Desumptum videtur a Barba Baeticae urbe, cujus mentio est apud Plin. 3, 3, 4. et a Ptol. 2, 6. Βάρβα vocatur. F.]

\*BARGENI, orum, populi Africae, in terra Troglodytica. Plin. 6, 29. B. A.

\*BARGINA vel Barginna, ae, m. Homo gentis vitiosae, ut exponunt Grammatici. Gloss. Vet. Barginna, νεκροφόρος, βάρβαρος, προσφορῆτος βάρβαρος. Caper de Orthogr. p. 2245. Bargina, non Bargenna, i. homo vitiosae gentis. Voss. Etymol. ex Gl. MSS. Barginae peregrinae: et al. Gloss. Varginus alienigena peregrinus, quasi barbaris genitus. Cf. Vargus, quod cognatum videtur. Vargus ἀγνή Adamantius ap. Cassiod. de Orthogr. p. 2299. B. A.

\*BARGULUM, i, oppidum Illyrici vel Dalmatiae. Liv. 29, 12. B. A.

\*BARGUS, i, Thraciae amnis, in Hebrum cadens. Plin. 4, 11. B. A.

\*BARGUSII, orum, populi Hispaniae Tarracensis, inter montes Pyrenaeos et Iberum fluvium, Ausetanorum Illegumque finitimi. Liv. 21, 19 et 29. B. A.

[BARGYLIAE, arum, m. plur. Βαργυλιῆται, incolae urbis Cariae, quae Bargyliae vocata est. Cic. Fam. 13, 56. Heracleotae et Bargyletae (leg. Bargyliaetae) aut pecuniam solvant, aut fructibus suis satisfaciunt. P De descriptione vocis alii alia probant; sunt enim qui Bargyletae pro Bargyliaetae scribunt, sed apud Liv. 32, 33., et 33, 18. Bargyliae scribitur, et plures nummi ap. Mionnet Descr. des médailles. Ant. T. 3. p. 336. habent ΒΑΡΓΥΛΙΑΙΤΩΝ. F.]

[BARGYLIAETICUS, a, um, adj. ad Bargylia pertinet, Cariae urbem maritimam, mediam fere inter Mindum et Miletum, quae nunc in ruinis jacet. Liv. 37, 17. Bargyliticus sinus. Plin. 5, 29, 31. Bargyletici (leg. Bargyliaetici) campi. F.]

\*BARGYLUS, i, mons Phoeniciae. Plin. 5, 20. P Bargylus, oppidum. V. Bargyliaetae. B. A.

[BARIAMMAS, ae, m. est nomen compositum ex Chald. בַּר, filius, et אַרְמַיָּה, mare, h. e. filius maris. Nomen servile Romanum apud Fabrett. p. 281. n. XVI. D. M. Harnes Q. vix. an. XX. Bariammas conjugii B. M. F. cum qua vix. an. VIII. et sibi. F.]

BARINOLAE, arum, m. plur. sunt scrutatores et repertores aquarum, qui usitatore vocabulo aquilices dicuntur. Legitur ap. Serv. ad G. 1, 109. Sed est tamen dubiae admodum auctoritatis.

[BARINUS, a, um, adj. ad Barium pertinens, Apuliae urbem, nunc Bari. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 330. . . . itius L. F. Cl. Barinus Baris. Hic Baris est ablativus casus pro Bariis: hinc colligitur etiam Bari, orum fuisse declinatam nomen hujus urbis, ut ap. Hor. Sat. 1, 5, 97. Bari est pro Bari, casus genit. singul. num. F.]

BARIPPE. V. BAROPTENUS.

BARIS, idis, et idos, f. βάρης, genus navigii apud Aegyptios, quod contis propellitur, magnorum quidem ponderum capax, sed Nilo tamen solum, non mari idoneum. Prop. hoc nomine appellat naves, quibus Cleopatra cum Antonio contra Augustum pugnavit: non quod revera barides fuerint; nam maximas eas fuisse et munitissimas, nec contis, sed pluribus remorum ordinibus actas, ex Flor. 4, 11. constat: sed ad irridentas Aegyptiorum opes, qui cum fortissima atque invicta Romanorum classe concurrere ausi fuerint. Locus Prop. est 3, 9, 41. Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim, Et Tiberim Nili cogere ferre minas, Romanamque tubam crepitanti pellere si-

Tom. I.

stro, Baridos et contis rostra Liburna sequi. [De Baride agunt Grangaeus ad Prud. c. Symm. p. 167. Pignor. ad Mens. Isiac. p. 71. Brodaeus ad Anthol. Gr. III. 32, 16. p. 420. (ed. Obsop.). Potter. ad Lyc. 747. Jac. Gronov. ad Herod. 2. p. 886. quos collegit Burm. Sec. ad Prop. 3, 9, 44. p. 594. Jahn.] P [De vocis etymo, num Aegyptia an Persica ea sit, disputat Sturz. de dial. Maced. et Alex. p. 89., quem videsis. F. P \*Item Pisidia oppidum, non procul a Galatia. Plin. 5, 32. B. A.]

BARITUS. V. BARRITUS.

\*BARIUM, i, oppidum Apuliae, hodie Bari. Mela 2, 4. Plin. 3, 11. Liv. 40, 18. et Anton. Itin. P Bari in Hor. Sat. 5, 97. est pro Bari, contracte positum. B. A.

BARO, onis, m. vox est contumeliae, et significat stultum, bardum, fatuum, hebetem. Legitur non semel ap. Cic. Fin. 2, 23. adf. Haec cum loqueris, nos barones stupemus. [Scilicet ridentur Epicurei, quod, quum in voluptate summum bonum ponant, magnifica tamen de virtute et officio loquantur.] Id. Div. 2, 70. Huic quidem Antipho, baro, inquit, te victum esse non vides? Quidam leg. tu vero, inquit, quod Victor. valde improbat. [Verum est baro. V. Schütz. in Ind. s. v.] Id. Fam. 9, 26. Ille baro te putabat quaesiturum, unum coelum esset, an innumerabilia. Al. leg. ille vero. Quidam ille non: sed a Victor. Man. et alii rejicitur. [\*Baro h. l. significat ineptum hominem, quem nos dicimus einen Pedanten. V. Schütz. in Ind. s. v.] Id. Att. 5, 11. ad med. Apud Patronem, et reliquos barones te in maxima gratia posui. Pers. 5, 138. eheu, Baro regustatum digito terebrare salinum Contentus perages, si vivere cum Jove tendis. P Sunt qui in omnibus hisce exemplis pro baro reponunt varo vel varro, eadem tamen manente sententia: nam b et v saepissime commutantur, ut initio hujus litterae diximus. Varo enim vel varro significat stipitem non dolatum, praedurum atque enodem: a quo vallum dictum est. Recte itaque varo seu baro pro hebeti ac stolido usurpatur, cum etiam stipes eleganter eum sensum habeat. Posset etiam deduci a vara, quae lignum, aut perticam significat. Vet. Pers. Schol. docet, barones seu varones Gallorum lingua dici servos militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum. Hoc sensu Hirt. B. Al. 53. Concurrunt ad Cassium defendendum: semper enim barones compluresque evocatos cum telis secum habere consueverat. Al. leg. Berones. V. BERONES. P Quidam scripserunt baronem fuisse mulierem philosophiae studiosam, et ab ea hanc convicii appellationem ortam esse. Sed ridet hoc Grut. in notis ad Cic. Att. 5, 11., rejicit etiam Voss. in Etym. P Porro quod in quibusdam Gloss. exponeretur baro, ἀνὴρ et vir fortis in laboribus, putantur quidam baronem vocabulum esse dignitatis et honoris, qua ratione hodieque apud Germanos usurpatur: Cic. autem ac Pers. per ironiam aut jocum locutos fuisse: sed haec significatio ad corruptae Latinae linguae aetatem referenda est. V. Du Fresne in Gloss. P Vox baro legitur etiam bis in fr. Trag. Petr. 53. et 63. Burm. P [Est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 393, 7. L. Coelius L. A. Ouf. Baro. F.]

BAROPTENUS, gemma est nigri coloris, sanguineis et albis notis: alio nomine barippe dicta. Plin. 37, 10, 55. [\*Etiam barippe audit, et sic habet ed. Hard.]

[BAROSUS, i, m. Ex Gloss. Philox. βάρηλος, σαβείος, stultus, mulierosus, mollis. Inscr. ap. Marin. Iscriz. Alb. p. 12. Barosus Ret. Tir. 7. (h. e. centurio retiariorum tiro). F.]

\*BARPANA, ae, insula Tyrrheni maris. Plin. 3, 6. Carbania appellatur a Mela 2, 7. post med. hodieque est Cerboli vel Corboli. B. A.

\*BARRA, ae, Galliae transpadanae oppidum, in regione Orobiorum. Plin. 3, 17. B. A.

\*BARRIGENAE, arum, f. plur. antistites quaedam in Sena, nunc Sein, insula maris Britannici, de quibus sic Mela 3, 6. Sena in Britannico mari, Osimicis adversa litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est; cujus antistites perpetua virginitate sanctae numero novem esse traduntur; Barrigenas vocant, putantque ingeniis singularibus praeditas, maria ac ventos concitare carminibus, seque, in quae velint animalia, vertere, sanare, quae apud alios insanabilia sunt, scire ventura et praedicare: sed non nisi deditas navigantibus, et in id tantum, ut se consulerent. Al. leg. Gallicenas. B. A. [Has vero virgines Vopisc. Aurel. 44. vocat Gallicanas Druidas. F.]

BARRINUS, a, um, adj. ad barrum seu elephantem pertinens. Sidon. ep. 3, 13. Gerit aures immanitate barrinas.

BARRIO, is, n. τριζώ, verbum exprimens vocem barrorum seu elephantorum, ut Fest. docet. Spart. Get. 5. Elephantum barriunt, ranae coaxant, equi hinnunt.

BARRITUS, us, m. verbum exprimens vocem barri seu elephantum, quam Plin. 11, 51, 112. similem esse ait tubarum raucitati. Appul. Flor. n. 16. p. 358, 2. Taurorum mugitus, elephantorum bar-

ritus, equorum hinnitus. Isid. Orig. 12, 2. Elephas apud Indos a voce barrus vocatur, unde et vox ejus barritus dicitur, et dentes ebur. P Est praeterea clamor ingens et inconditus, quem edere solent milites ipso pugnae initio ad terrendos hostes. Veg. Mil. 3, 18. Clamor autem, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies utraque se junxerit. Ammian. 16, 12. Cornuti et Bracati barritum civere vel maximum: qui clamor ipso fervore certaminum a tenui susurro exoriens, paulatimque adulescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum. Id. 26, 7. in f. Pro terrifico fremitu, quem Barbari dicunt barritum. P Ex postremo hoc loco apparet barritum non esse Latinam vocem, sed barbaram: quod confirmatur 31, 7., ubi tradit, Romanos clamorem edidisse, quem gentilitate appellant barritum, hoc est lingua gentium seu Barbarorum. Quod vero ibidem subdit: Barbari vero majorum laudes clamoribus stridebant inconditis, explicat illud idem, quod de Germanis narrat Tac. ita loquens G. 3. Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur. Lips. hoc loco legi mallet baritus unico r. Putat enim Germanicam vocem esse, a verbo heren seu baeren, quod clamare significat. [\*Verior utique est scriptura baritus. De qua re ne longi simus, lectores jubemus Passor. consulere ad Germ. l. 1.] Alii leg. barditum, derivantque a Bardis, qui apud Gallos sequi exercitum, et versus canere solebant. V. BARDI.

BARRUS, i, m. elephantus. Gloss. Philox. Ἐλέφας, Elephatus: barrus. Ita etiam exponitur a Cassiod. Orthogr. 5. ex Adimant. Mart. et ab Acron. ac Porphy. ad illud Hor. Epod. 12. Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris? Ubi Hor. vel revera elephantos intelligit; vel potius, ut placet Turn. 14, 30., Torrent., et aliis, significat sordidos deformes ac valentes amatores, quibus libidiosa illa anus digna esse videbatur. [\*De voce Barrus vid. Serv. ad Virg. A. 1, 596. Simond. ad Sidon. Apollin. 3, 13. p. 219. quos affert Burm. Sec. ad Anth. Lat. Tom. II. p. 439. Jahn.] V. BARRITUS. P Haec vox non est Latina, sed barbara, ab Afris, aut Indis petita, quemadmodum barbarum est animal, cujus appellatio est. Voss. tamen more suo a Graecis, vel ab Hebraeis ducere conatur. P Est etiam cognomen Romanum. Cic. Brut. 46. T. Betucius Barrus Asculanus.

\*BARSA, ae, insula Galliae adjacens, inter Galliam Britanniamque. Anton. Itin. B. A.

BARYCAE Aedes et Barycephalae dicuntur a Vitr. 3, 2. quae sunt araeostylae, quae cum raras habeant columnas, non possunt in magnam altitudinem attolli, ne pondere ipso fatiscant: itaque humiles fiunt et latae. Ductae sunt eae voces a βαρύς, gravis, et κεφαλή, caput, quia ejusmodi aedes, quasi graviore sint, non ascendunt, neque caput extollunt; ducta fortasse similitudine a brutis animalibus, quae quo crassius graviusque caput habent, eo in terram proniora ingrediuntur. Aedem hujusmodi Itali nunc vocant baracca, olim Romae plebs baraca [\*unde ortum videtur nostrum Barake, de aedibus in usum militum exstructis]; nam Dorica dialectus, quam imitati sunt Latini, v saepissime in a mutat, teste Theocr. Eid. 15, 88. ἐκκαταστῆναι πλατείδοισι ἀπαντα. [\*Theocriti locum huc trahi nolim a Fore.; longe alium ei subesse sensum in Syracusani poetae editione ostendimus.]

BARYPICRON, βαρύπικρον, cognominatur a Graecis absinthium, propter gravem amaritatem, a βαρύς, gravis, et πικρός, amarus. Appul. Herb. 100.

[BARYTHON, onis, m. βαρύθρον, herba, quae alias herba Sabina vocatur. Appul. Herb. 85. F.]

\*BASABOCATES, ium, populi Galliae Aquitanicae. Plin. 4, 19. Hard. putat eisdem esse quos Vocates appellat Caes. B. G. 3, 23. etc. B. A.

\*BASAG, insula Arabiae vicina. Plin. 6, 28. B. A.

BASALTES, is, m. marmor Aegyptium, de quo Plin. 36, 7, 11. Invenit eadem Aegyptus in Aethiopia, quem vocant basalten, ferrei coloris atque duritiae. [Unde et nomen ei dedit. Hebr. בַּרְזִית, ferrum significat, unde primum barzalten, dein basalten derivatum videtur. F.] Aethiopiibus vero basalt dicitur.

BASANTES Lapis, βασαντες λίθος, (a βασανος, quod idem significat) est lapis Lydius, cujus tactu aurum argentumque exploratur. Plin. 36, 20, 38. et ib. 22, 43.

[BASCANIUS, i, m. βασκάνιος, contra fascinum factus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Rosin. Dissert. Isag. tab. 15. Q. Moecius Bascanius. F.]

BASCAUDA, ae, f. (Spülnapf, Spülgetel) vas Anglicum, in quo calices et caeabus lavabantur, ut est apud Vet. Schol. ad illud Juven. 12, 46. Adde et bascaudas et mille escaria, etc. P Ipsa quoque vox Britannica est, ut indicat Mart. 14, 99. Barbara de pictis veni bascauda Britannis: Sed me jam mavult dicere Roma suam.

BASCULI, orum, m. plur. populi Hispaniae Baeticae, ad fretum Gaditanum, Turdulis vicini. Varr.

79

R. R. 2, 10. Non omnis apta natio ad pecuariam: quod neque Basculus neque Turdulus idonei. P. Hos populos Bastulos appellant Plin. 3, 1, 3., Me- la 3, 7., Strabo 3., Ptolem. 2, 4. alique, atque ita appellandos ex lingua Arabica probat Bochart. Geogr. Sacr. 1, 34. Inscr. ap. Grut. 319, 1. habet Bastitanos, Plin. vero 3, 1, 3. eorum regionem Bastitaniam appellat.

BASELLA, ae, f. parva basis. Pallad. 1, 18. de cella vinaria: Medium spatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, basellis altioribus impositas, etc. Al. minus recte leg. asellis. V. ASELLUS. [\*Recte Forc. probat basellis, quanquam haec deminutivi forma ad eorum verborum numerum referenda, quae alii linguae originem, alii compositionis formam debent. Sed haud major est licentia, ex qua basella, quam ex qua basicula fingitur. Bases saepe memorantur collocandorum vasorum causa paratae.]

BASIATIO, onis, f. ἡ βασια. actus basiandi. Cat. 7, 1. Quaeis, quot mihi basiaciones, etc. Adde Mart. 7, 95.

BASIATOR, oris, m. βασιατής, qui basiatur. Mart. 11, 98. Effugere non est, Basse, basiatores. [\*Quo loco haud scio an data opera quaesitus sit similis vocum Basse et basiatores sonus.]

BASIATUS, a, um, part. a basio, basio affectus. Mart. 12, 59. Hinc sutor modo pelle basiata.

BASICULA, ae, f. parva basis. Not. Tir. p. 163. Basis, basicula. F.]

BASILEA, ae, f. urbs Helvetiorum ad Rhenum media inter Constantiam et Argentoratam. Prima ejus mentio est apud Ammian. 30, 3., ubi al. leg. Basilia.

BASILIA, orum, n. plur. τὰ βασίλεια, hoc est regia, ad reges spectantia. Tert. adv. Marc. 4, 14. Sic et retro in Basiliis, Anna mater Samuilis, etc. h. e. in libris S. Scripturae, qui Regum inscribuntur.

BASILICA, ae, f. βασιλική, vox Graeca est, quae proprie domum regiam significat [\*unde Stat. Silv. 1, 1, 29. verbo Latino facto eam regiam appellavit: Illic belligeri sublimis regia Pauli.]: a βασιλεύς, rex. Est autem per se adjectivum, et intelligitur domus. Quia vero regum aedes ampliores esse solent atque ornatiores, Latini basilicas appellarunt aedes publicas spatiosas membris (mit Säulen) et ambulationibus instructas, portibusque amplis saepe circumdatas: quae multae in Foris Urbis Romae diversis temporibus exstructae, eorum, qui exstruxerunt, nominibus appellatae sunt. Basilicae faciendae rationem pluribus docet Vitr. 5, 1., ex quo earum, quae Romae fuere, formam facile colligere nobis licet. Erant autem hujusmodi aedificia ad populi commodum facta, ut haberet, quo convenire posset ab aeris injuriis munitus, et negotia sua sub tecto agere. Nam in basilicis plura iudiciorum genera exercebantur, v. gr. Centumviralia, ut ex Quint. 12, 5. in f. et ex Plin. ep. 2, 14. et ep. 6, 33. apparet. Tribunos etiam plebis in basilica Porcia jus dixisse, testatur Plut. in Cat. min. [\*Basilicam Porciam primam Romae exstructam esse testis est Auct. de vir. ill. 47. Cf. Drak. ad Liv. 39, 44, 7.] Praeterea conveniebant eo negotiatores, vendendi emendive causa, mercesque suas venales proponebant, ut ex Paul. Dig. 34, 2, 33. colligitur. Cic. Att. 2, 14. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum, h. e. adeo frequentes ad me accedunt Formiani, ut non in villa mea esse, sed in publica basilica videar. Id. Verr. 2, 5, 58. Forum plenum, et basilicas istorum hominum videmus. [\*Lege de basilicis quae Bremi disputavit ad Suet. Caes. 10. Cat. 37.] P. Accipitur aliquando pro parte aedis ampla, columnis ornata, aut pro porticu, in qua ambulare et spatium licet. Capit. Gordian. 32. Villa Gordianorum Praenestina, ducentas columnas in tetrastyleo habens: in qua basilicae centenariae tres, h. e. centum pedum longitudinis. Inscr. ap. Fabrett. p. 704. n. 252. Respublica, populusque Corfinien- sis sacellum Lucejorum vetustate dilapsam adjectis basilicis sua pecunia restituit decreto decurionum, h. e. adjectis porticibus ad sacelli ipsius latera, vel e regione exstructis. P. Pallad. 1, 18. nomen basilicae de cella vinaria usurpavit: fortasse quia latior extrui solet, quam cetera aedium membra. P. Apud christianos scriptores basilica dicitur aedes sacra augustior et celebrior. Sulpic. Sev. Hist. sac. 2, 33. de Helen. Constant. matre. Mox usa regni viribus, basilicam in loco Dominicae passionis, et resurrectionis, et ascensionis constituit. Id. ib. 38. In basilica Martyrum, extra oppidum sita. P. Hieron. ep. ad Heliod. 60. n. 12. appellat basilicas Ecclesiae minora sacella, seu aediculas in ipsa Ecclesia positas.

BASILICARIUS, i, m. qui in basilica frequens est. Gloss. Lat. Gr. Basilicarius, μαλακός, ἀγοράκιος. Cf. Subbasilicanus. B. A.

BASILICE, adv. βασιλικῶς, more regis, regie, magnifice. Pl. Pers. 4, 2, 1. Euge euge, exornatus basilice! Tiara ornatum lepide condecoratum. Id. ib. 1, 1, 29. Basilice agito eleutheria. Et 5, 2, 25. Hui! babae! basilice te intulisti et

facete! h. e. regio quasi fastu. P. Translate. Id. Epid. 1, 1, 54. Dii immortales, ut ego interi basilice! h. e. omnino, funditus, magna ruina perii: nam reges si quando adversa utantur fortuna, de magno statu decidunt.

BASILICE, es. V. v. seq.

BASILICON, i, n. nomen collyrii cujusdam Euelpidis apud Cels. 6, 6. n. 31., quod ad oculos scabros mire facit. P. Apud Scribon. Compos. 210. est basilicon emplastrum nigrum Tryphonis, quod facit ad contusa, ad canis morsus, ad furunculos etc. Hoc ab eodem Compos. 238. appellatur basilice, es. P. [\*Basilicon, genus juglandis. V. Basilicus ad f. B. A.]

BASILICULA, ae, f. parva basilica seu aedes sacra. Paulin. Nolan. ep. ad Sever. 32. n. 17. Basiliculam consecrare.

BASILICUS, a, um, adj. βασιλικός, regalis, splendidus, magnificus. Pl. Ps. 1, 5, 43. Statum vide hominis, Callipho, quasi basilicum. Ca. Bene confidenterque adstittisse intellego. Id. Capt. 4, 2, 31. Basilicas edictiones atque imperiosas habet. Id. Pers. 1, 1, 32. Veni, vives mecum: basilico accipere victu, [\*i. e. ut rex excipieris; regalem apud me habebis victum.] Pl. Trin. 4, 3, 25. Basilica hic quidem facinora inceptat loqui. Id. Rud. 2, 4, 18. At ego basilicus sum, quem nisi oras, guttam non feres, [\*i. e. magnus aliquis vir sum, qui ut alteri aliquid impertiat multum orari vult. Quibus verbis eorum spiritus deridentur, qui quum ad altiorem aliquem gradum pervenerint superbiores fiunt, aliis et pauca tribuentes et nonnisi precibus moti ardentissimis.] P. Apud Eund. Epid. 2, 2, 48. refertur basilicum inter varia vestimentorum nomina: et certe significat vestem quandam magnificam et plane regalem. P. In ludo talorum basilicus jactus dicitur, qui est omnium fortunatissimus, et victoriam dat: et videtur esse idem, qui Venerius. Id. Curc. 2, 3, 79. Talos arripio: invoco almam meam nutricem Herculem: jacto basilicum. P. Basilica dicitur a Dyrrachinis vitis, quam Hispani cocolobin vocant, rariorem ferens uvam, aestus austrosque tolerantem; capiti inimicam, copia largam. Suntque ejus duo genera: unum oblongo acino, alterum rotundo. Plin. 14, 2, 4. n. 4., Colum. 3, 2. P. Tradit idem Plin. 15, 22, 24. inter nucum juglandium genera, quod optimum est, basilicon appellari. Macr. Sat. 2, 14. docet ipsam juglandem a Graecis basilicam vocari.

BASILIDAE, arum, Sarmatiae Europaeae populi, sub Hamaxobiis, ab Hercule et Echidna originem sumentes. Trans Gerrum amnem incolabant, supra isthmum Tauricae Chersonesi. Plin. 4, 12. Mela 2, 1. B. A.

BASILISCA, ae, f. herba est, Latino vocabulo regula dicta, in illis locis nascens, ubi fuerit serpens basiliscus, et vim antidoti contra ejus venenum habens. Est autem similis rutae, foliis oblongioribus, angustis, asperis et nigrioribus, radice pedis ursini simili, flore coloris aurei simul et crocei, lacteque auroso simili chelidoniae. Apul. Herb. 128.

BASILISCUS, i, m. βασιλισκός, genus serpentis, in Cyrenaica Africae regione praecipue nascentis duodenum non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate. Sibilo omnes fugat serpentes: nec flexu multiplici, ut reliquae serpentes, corpus impellit, sed celsus et erectus in medio incedens: necat frutices, non contactos modo, verum etiam afflatus: exurit herbas, rumpit saxa. Haec Plin. 8, 21, 33. Sed Apul. Herb. 128. tria basiliscorum genera enumerat, quorum primus est totus aurei coloris, et afflatu nocet: alter stellatus, nocetque solo visu: tertius coloris sanguinei, ut minium, capite tamen auro: et quidquid viderit vel tetigerit, defluere facit, ut si animal tangat, ossa sola remaneant, carne in tabem resoluta. P. Dicitur autem basiliscus, h. e. parvus rex: id enim sonat Graeca vox. Hinc a quibusdam regulus Latine dicitur. Lucan. 9, 725. late sibi submovet omne Vulgus et in vacua regnat basiliscus arena. Adde ib. 828. P. [\*Fuit etiam cognomen Romanum apud Cic. Verr. 2, 4, 11. Cn. Pompejus Basiliscus. F.]

BASILISSA, ae, f. βασίλισσα, regina. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 813, 3. Omidia Basilissa. F.]

BASILIUM, ii, n. βασίλειον, regia domus. Translate puella appellatur basilium Florae, quae nempe in pueritia obiit. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 293, 2. Licinia Q. F. Lampetiae basilio Florae C. Mussius Chrysonicus et Aurelia Soteris nutritores lactanei. P. Est etiam ornamentum capitis, quod regi, vel reginae convenit. Inscr. ap. Mur. 139, 1. Isidi Fabia L. F. Fabiana avia in honorem Avitae neptis, ornamenta in basilio unio et margarita N. VI., zmaragdi duo, cylindri N. VII., gemma carbunculus, gemma hyacinthus, gemmae cerauniae duae. P. Item collyrium, quod basilicon vocat Galen. De compos. pharm. sec. loc. p. 156. F.]

BASILUS, ii, m. βασιλεύς, regius. Cognomen

Romanum. Inscr. ap. Grut. 839, 14. Saturnius Basilus. F.]

[BASILUS, i, m. fortasse a βασιλεύς, rex. Cognomen Romanum. Cic. Off. 3, 18. L. Minucius Basilius. F. \*Caes. B. G. 6, 29. 7, 90. B. A.]

BASIO, as, avi, atum, a. I. βασίω, basium dare, osculari: et dicitur tum de officiosis, tum de impudicis oculis. Est tamen verbum minus, ut ita dicam, civile, quam oscular, et poeticum magis, quam oratorium. [\*Fortasse rectius statuas, basium vocem esse, quae in vulgari et quotidiano sermone locum habuerit, quemadmodum fere nostrum ein Mäulchen.] Petr. Sat. 18. Basiare aliquem spissius. Et ib. 135. Semel iterumque basiare aliquem. Cat. 7, 9. Basiare basia multa. Mart. 7, 95. Audes tu tamen osculo nivali Omnes obvios hinc et hinc tenere, Et totam, Line, basiare Romam. Id. 1, 95. Basianda non es. Adde 11, 98., ubi morem basiandi obvios acerrime detestatur.

[BASIO, onis, f. βασίωσιον, diminut. basii, ut Ambivia Felicio apud Passionei Iseriz. cl. 10. n. 1. et Aelia Philematio apud Grut. 883, 3. Inscr. ap. Eund. 959, 2. Acilia P. L. Basio sibi et T. Cartorio Scirto uxor viro. Haec Inscriptio adhuc exstat Patavii in Mus. Lapidario. F.]

BASIOLUM, i, n. parvum basium. Petr. Sat. 85. Aliquot basiolis invadere aliquem. Adde Apul. Met. 10. p. 248, 35.

BASIS, is, f. βάσις, fulcrum, et veluti pes, qui a fundamento surgit, et columnas, statuas aliaque hujusmodi sustinet: a βάσις, incedo, ingredior, quia est veluti pes, quo animal sustentur et ingreditur. [\*Proprio sensu basin de infima parte pedis jumentorum saepe legitur apud Script. Rei Rust., ut Colum. 3, 13. Veget. 1, 25. 26. 56. 2, 46. 4, 1.] Cic. Verr. 2, 2, 63. Videmus in basi statuarum maximis litteris incisum. Id. Tusc. 5, 23. Basis columellae. Id. Pis. 38. tropaeorum. Or. Pont. 3, 2, 52. Quoquo minus dubites, stat basis orba Dea. Cic. Q. Fr. 3, 1, 2. Topiarium laudavi: ita omnia convestit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis. Basim villae appellat imam parietum partem, quae super substructionem a solo emergit, [\*nobis die Grundmauer.] P. Cum de columnis sermo est, basis duo significare potest, tum ipsum stylobatam: quo sensu intelligenda est in allato Ciceronis exemplo 5. Tusc., tum ipsas spiras, quae scapo columnae subjunguntur, et stylobatae imponuntur, ut docet Philad. ad Vitr. 4, 1., qua ratione usurpatur a Festo in voce Spira et a Serv. ad A. 2, 217. Quod vero Id. Vitr. l. c. basim scapi appellavit et paulo post basi spiram supposuerunt etc., utroque loco basis intelligenda est de ima parte ipsius scapi, quae ideo basis dicitur, quia est inferior columnae pars. P. Basis arcus est, quam mathematici vocant chordam. Colum. 5, 2. ad f. Esto arcus, cuius basis habeat pedes sexdecim. P. Basis trianguli, ima pars, qua triangulum sedet. Cic. N. D. 2, 49. ad f. Basis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adjunguntur. P. De basibus vasorum V. dicta in ABAX. P. Radix alicujus verbi derivati est ipsa vox simplex, unde illud derivatur: eaque basis dicitur a Varr. apud Non. 2, 86. P. Metiri aliquem cum sua basi proverbiali locutione est prava mensura metiri. Nam si statuam magnitudinem scire volens, metiendo basim quoque comprehendas, justo major illa videbitur. Eleganter hoc proverbio utitur Sen. ep. 76. s. f. P. Valer. Prob. in Cathol. p. 1472. docet etiam basidis in genitivo dici posse: nullum tamen affert exemplum. P. In accusativo habet etiam basem, et in ablat. base, sed rarius. Inscr. ap. Grut. 52, 2. et 63, 3. et Reines. in Append. n. 3.

BASIUM, ii, n. βασίμια, osculum, suavium: inter quae Don. ad Ter. Eun. 3, 2, 3. ita distinguit, ut basium sit pudici affectus, osculum officii, suavium libidinis. Serv. vero ad A. 1, 260. scribit, quosdam docere, osculum filiis dari, uxori basium, scorto suavium. Sed haec discrimina vera non sunt. Nam basium saepissime usurpatur de osculo venereo et impuro: itemque de officioso. V. BASIO, as. Petr. Sat. 110. Dare alicui basium. Id. ib. 31. Spississima basia alicui impingere. Id. ib. 24. Disterere aliquem basias. Et ib. 23. Conspuere aliquem basio immundissimo. Cat. 99, 16. Surripere alicui basium. Mart. 12, 55. Blandiri alicui longo basio. Phaedr. 5, 7. et Juven. 4, 118. Jactare basia, [\*eine Kusshand zuwerfen. Vide Büttiger Sabina Tom. 2. p. 51.] Mart. 11, 98. Nuptiale basium.

\*BASSANIA, ae, oppidum Illyrici, fortasse in Dalmatia. Liv. 44, 30. Hinc Bassanitae, arum, ejus incolae. B. A.

BASSAREUS, i, m. Βασσαρεύς, [est ab Hebr. בצר, vindemiavit F.], vox trisyllaba, quae est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissae, quae fiebat in Bassara, loco Libyae, qua veste utebantur ipsae Bacchae, ob id Bassarides dictae. Ita Acr. et Porph. ad illud Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candidae Bassareu, In-

BASSAREUS, i, m. Βασσαρεύς, [est ab Hebr. בצר, vindemiavit F.], vox trisyllaba, quae est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissae, quae fiebat in Bassara, loco Libyae, qua veste utebantur ipsae Bacchae, ob id Bassarides dictae. Ita Acr. et Porph. ad illud Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candidae Bassareu, In-

BASSAREUS, i, m. Βασσαρεύς, [est ab Hebr. בצר, vindemiavit F.], vox trisyllaba, quae est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissae, quae fiebat in Bassara, loco Libyae, qua veste utebantur ipsae Bacchae, ob id Bassarides dictae. Ita Acr. et Porph. ad illud Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candidae Bassareu, In-

BASSAREUS, i, m. Βασσαρεύς, [est ab Hebr. בצר, vindemiavit F.], vox trisyllaba, quae est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissae, quae fiebat in Bassara, loco Libyae, qua veste utebantur ipsae Bacchae, ob id Bassarides dictae. Ita Acr. et Porph. ad illud Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candidae Bassareu, In-

BASSAREUS, i, m. Βασσαρεύς, [est ab Hebr. בצר, vindemiavit F.], vox trisyllaba, quae est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissae, quae fiebat in Bassara, loco Libyae, qua veste utebantur ipsae Bacchae, ob id Bassarides dictae. Ita Acr. et Porph. ad illud Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candidae Bassareu, In-

vitum quatiā. Bassareū vocativus est Graecae positionis, ὡς Βασσαρεύ. Quidam putant, Bassareū denominatum esse a vulpibus, quae Graece a Thracibus βασσαύται dicuntur, quia earum pelibus Bacchae succingebantur. Vet. Schol. Persii ad 1, 101. P Scribit Macr. Sat. 1, 18. Graecos, qui Bacchum Bassarei nomine colunt, ejus simulacrum barbata et senili specie fingere: cum tamen aliquin juvenis et imberbis esse dicatur, ut in BACCHUS dictum est.

BASSARICUS, a, um, adj. Βασσαρικός, ad Bassareum, id est Bacchum pertinens. Prop. 3, 15, 30. Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.

BASSARIS, idis, f. Βασσαρίς, Baccha. V. dicta in BASSAREUS. Pers. 1, 100. Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

BASSILLUS, a, um, diminut. Bassi. Cognomen Romanum; Inscr. ap. Grut. 698, 10. Oppia T. F. Bassilla mater infelicissima fecit Basso fil. optimo et piissimo. F.]

\*BASSIANA, ae, oppidum Pannoniae inferioris. Anton. Itin. B. A.

\*BASSILITAS, atis, f. Gloss. Gr. Lat. βασίλλης, bassilitas B. A.

BASSINUS, a, um, adj. ad Bassum pertinens. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 46, 2. M. Aurelius Bassinus. F.]

BASSULUS, a, um, diminut. Bassi. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 305, 1. Stertinae L. F. Coccejae Bassulae. F. \*Bassulus, a, um, adj. dimin. a bassus (quod a βάσσω, profundior). Gloss. Lat. Gr. Bassulus, βασύς, βάσσω, profundior. B. A.]

BASSUS, a, um, adj. In multis Romanorum familiis cognomen est, ut apparet ex Indic. Gruteri etc. Aliquando transit in nomen, ut M. Bassus Aquila, ib. 12, 7. Videtur autem duci a basis, geminato ss: unde quidam bassum interpretantur humilem, depressum, quia basis imo loco stat: alii custodem populi, ea ratione, quia βασίλειος dicitur Βάσις τοῦ λέου: alii denique crassum, pinguem, succulentum, quia qui tales sunt, humiliores videntur: unde in Glossis vet. exponitur bassus, ἕγγυλος, παχύς. Hoc vero magis placet. [At potius est a βάσσω Dorice comparativum a βαθύς, profundus, abjectus. F.]

\*BASTA, ae, Calabriae oppidum. Plin. 3, 11. B. A.

BASTĀGĀ vel Bastagia, ae, f. vox a Graeco βαστάζω, hoc est porto, bajulo, veho, deducta, quae significat onus, sarcinam, βασταγή: sumitur in Cod. Justin. pro munere et officio transvehendi jumentis res publicas, aut principis de uno in alium locum, [\*nobis Frohlfahren.] Imp. Arcad. et Honor. Cod. 12, 58, 3. Jubemus eos non ad sollicitudinem bastagae, non ad functionem naviculariam devocandos. Al. leg. bastagiae. [\*Notit. Imp. Orient. c. 74. collocat bastagam privatam sub dispositione comitis largitionum privatarum divinae domus, praepositos vero bastagarum sub dispositione comitis sacrarum largitionum. — Ceterum scribitur etiam Vastaga, nota litterarum V et B permutatione.]

BASTĀGĀRII vel Bastagiārū, orum, m. plur. qui bastagis, hoc est oneribus transvehendis praesunt. Imp. Valentin. et Valens Cod. 11, 7, 4. Quintum animal bastagiariis pro reportatione praebentur. Adde Cod. Theod. 10, 20, 11.

BASTARNAE et Basternae, arum, m. plur. Βασταρναί, populi Sarmatiae Europaeae, [qui regiones nunc Podolia et Ukraina appellatas incolabant. F.] V. Cell. Geogr. antiq. 2, 5. Apud Plin. 4, 12, 25. legitur Basternae: apud Liv. 40, 57, et 58. [\*ad quem locum vide annot. Drak. et ad Liv. 44, 26, 2.] Bastarnae, ut et in Inscr. apud Grut. 453.

\*BASTERBINI, orum, populi Italiae inferioris. Plin. 3, 11. Fortasse sic dicti a Bausta Ptolemaei, quod oppidum fuit Sallentinorum, judice Harduino. B. A.

BASTERNĀ, ae, f. βαστέρνα, genus lecticae muliebris, tectae, binos asseres utrinque prominentes habentis, quae a duobus jumentis gestatur. Inscr. Poet. in Anth. lat. epigr. 3, 183. Aurea matronas claudit basterna pudicas, Quae radians patulum gestat utrinque latus. Hanc geminus portat duplici sub robore burdo, Provehit et modico pendula septa gradu. Provisum est caute, ne per loca publica pergens, Fucetur visis casta marita viris. Pallad. 7, 2. A tergo vehiculi duo brevissimi temones figurantur, velut amites basternarum. Lampr. Elag. 21. Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas et rhedas. Adde Ammian. 14, 6. et Hieron. ep. 22. ad Eustoch. n. 16., ubi caveas basternarum appellat: quia hujusmodi vehicula undique clausa erant et tecta, in caveae modum. Salm. ad Lamprid. l. c. multa disserit de hac voce, et derivari putat a βαστός, quo significari ait quidquid ferendo est: unde et βαστάω ortum esse. [\*Praeter Salm. accuratissime egit de basternis Cujac. Observatt. 13, 30. Jo. Scheffer. de re vehic. velt. 2, 6. p. 115 seqq.] P Aliquando virorum etiam usui fuit, ut colligitur ex Symmacho, cujus verba vide

in v. seq. P [\*Significant basternae s. basternae etiam ambulacra vel exhedrae, ex quibus prospectus esse potest. Cod. 8, 10, 12. §. 4.]

BASTERNĀRIUS, ii, m. auriga mulorum basternam ferentium. Symm. ep. 6, 15. Itaque fratrem vestrum continuo ad vos opto dimittere, cui basternarios mox praebere dignemini, ut festinationi ejus jumentorum adminiculis adjuvetur.

BASTERNINI, orum, m. plur. incolae Bastiae urbis Salentinorum in Italia, nunc Vaste. Plin. 3, 11, 16. Salentinorum Basternini, Neretini, Uxentini. F.]

\*BASTERNIUM. V. basternae in f. B. A.

\*BASTI, oppidum in Hispania Tarraconensi, unde Bastitani dicti. Anton. Itin. Hodie est Baza. B. A.

\*BASTITANI vel Bastetani, orum. V. BASCULI. B. A.

BASTŪLLI. V. BASCULLI.

BAT, Charis. 2. p. 213. ex Cesellio Vindice docet, esse sonum cornicinis litium ex ore eximentis. Usurpat Pl. Ps. 1, 3, 6., sed pro sono vocis, qua irridet alterum, qui at pronunciaverat. Verba Plauti sunt Ps. Potin' aliam rem ut cures? Ca. at. Ps. bat. Ca. crucior. Ps. cor dura.

BATAE, arum, f. plur. Legitur apud Cels. 2, 17. et 3, 21. Sed emendandum esse Bajae, censent Interpp. [et praecipue Leon. Targa. F.]

\*BATALARIA, ae, f. gens bellici navigii. Vet. Schol. ad Juven. sat. 3, 134. Locum V. in Multisonalis. B. A.

\*BATAVA (sc. castra), Vindeliciae oppidum, hodie Passau. Notit. Imp. B. A.

BATAVĀ, ae, f. regio Germaniae inferioris ad Oceanum Germanicum, quae Hollandiae maximam partem constituit. Eumen. pro Restaur. Schol. in f. et Pacat. Paneg. ad Theod. 5. P A. Caes. B. G. 4, 10. et a Plin. 4, 15, 29. dicitur Batavorum insula, quia sita est inter duo cornua Rheni fluvii. P [Etymon Bataviae vide in V. PATAVIUM. F.]

BATAVODORUM, i, n. oppidum Bataviae in Geldriae ducatu. Tac. H. 5, 20.

BATAVUS, a, um, adj. ad Bataviam pertinens. Mart. 8, 33. Et mutat Latias spuma Batava comas, h. e. sapo. P Batavi, orum, sunt Bataviae populi, de quibus Tac. H. 4, 12. et G. 29. P Ambiguae quantitatis est paenultima: saepius tamen producitur. Lucan. 1, 431. Vangiones, Batavique truces, quos aere recurvo etc. Juven. 8, 51. Hic petit Euphraten juvenis, domitique Batavi etc. Sil. 3, 608. Jam puer auricomos praeformidate Batavo. P Aurem Batavam habere est necesse esse aut abhorrentem a dietis lascivioribus et foedis jocis. Batavi enim barbari, rustici, et a luxu alieni. Mart. 6, 82. Cujus nequitas, jocosque novit, Aurem qui modo non habet Batavam. Al. aliter explicant. Al. leg. severam.

\*BATĒNI, orum, populi Asiae, ultra mare Caspium. Plin. 6, 16. B. A.

BATERNAE, arum, m. plur. populi iidem qui Basternae. Val. Fl. 6, 96. Illinc juratos secum trahit Aea Baternas.

\*BATHA, Aethiopiae oppidum. Plin. 6, 29. B. A.

BATHIA. V. BADIA.

BATHYLLUS, i, m. Βάθυλλος, diminut. a βαθύς, profundus, puer Samius ab Anacreonte adamatus. Hor. Epod. 14, 9. P Item Alexandrinus quidam pantomimus celebris Augusti tempore, quem Maecenas, cujus libertus fuit, teste Vet. Persii Schol., effuse dilexit. Habuit hic in eadem arte aemulum Pyladem, cum quo magna contentione, variantibus vulgi studiis, certavit. De eo Tac. A. 1, 54., Juven. 6, 63., Pers. 5, 123. V. plura apud Macr. Sat. 2, 7. Quem enim hic Hylam nominat, Bathyllum esse, multi autantur. P [Est etiam cognomen frequens libertorum. Inscr. ap. Grut. 623, 6. M. Aurelio M. Aug. Lib. Bathyllo. F.]

\*BATHYMI, orum, Arabiae populi. Plin. 6, 28. B. A.

\*BATHYNIAS, ae, flumen Thraciae, juxta Byzantium. Plin. 4, 11. B. A.

\*BATHYS (Βαθύς, i. e. profundus.), Siciliae flumen, ubi Segesta urbs, in mare Tyrrhenum influens. Haec Ptolemaeus. P Item aliud, in Colchide. Plin. 6, 4. B. A.

BATIĀ, ae, f. βάτις, piscis genus, cujus fel auribus est utilissimum. Plin. 32, 7, 25.

BATIĀCA. V. BATIOLA.

BATILLUM, i, n. et Batillus, li, m. βάτιλλον, πυράση, instrumentum ferreum ad palae similitudinem, quo utimur ad ignem circumferendum, vel in foco miscendum. [\*Plurima de hac voce collegit Casaub. ad Script. Hist. Aug. p. 224.] Plin. 33, 8, 44. Batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat probatur. Trebell. Claud. 14. Ligni quotidiani pondo mille: coctilium quotidiana batilla quatuor. Marc. Empir. 27. a med. Deinde super batillum candentem defundes et coques. Hor. Sat. 1, 5, 35. de Auidio Lusco, qui Fundis praetor erat: insani ridentes praemia scribae, Praetextam, et latum clavum,

prunaeque batillum. Ridet Hor. Aufidii insaniam, qui sibi praetori a Fundanis praeferi jubebat focolum in batillo, ad instar virorum principum, quibus ejusmodi ignis praelatus summae potestatis et auctoritatis index erat. Quidam hoc loco docent, jus fuisse hujusmodi praetoribus prunas e publicis balneis in usum culinae accipere. Alii putant, batillum fuisse vasculum ferreum, in quo profelici hospitum adventu accensis odoribus, Jovi hospitali sacra fiebant. Plures editt. et codd. legunt batillum, diminut. a vas. [\*Cf. Heind. ad h. l.] P Est praeterea batillus, quo utuntur rustici ad purgandum et egerendum. Varr. R. R. 3, 6. de pavonibus: Utrumque locum purum esse volunt hae volucres. Itaque pastorem earum cum batillo circumire oportet, ac sterco tollere. P Fuit etiam hoc nomine lignum incurvum, et batilli forma, in extremo habens serrulam ferream, quae comprehendens spicarum fascem desecat, et stramenta stantia relinquit, ut postea subsecuntur. Eo Pices olim usi sunt. Varr. R. R. 1, 50. [At hic Schneid. probat legendum, ut in quibusd. editt. et codd., bacillum. F.] P In quibusdam lib. legitur batillum. Sunt enim valde affines b et v, ut dictum est initio hujus litterae.

BATINUS. V. BANTINUS.

BATIOLA, ae, f. βασίλιον, genus poculi. Pl. fr. ap. Non. 15, 19. Batiolam auream octo pondo habebat. Id. Stich. 5, 4, 11. Quibus divitiae domi sunt, scaphio, et cantharis, batiolis bibunt: at nos nostro Samiolo poterio tamen vivimus. P Al. leg. batioca pro batiola, ut est in Gloss. Isid., ubi habetur: batioca, patera. Alii mallent batiaca, propterea quod apud Athen. 11, 10. βασίλιον et βασίλιον inter poculorum genera enumeratur, et magnum esse, latum, auribusque patulis, significatur. Apud Arnob. quoque 2. p. 59. alii batiaca leg., alii batiola; alii etiam omittunt. P Sunt qui scribant batiola duplici tt.

BĀTIS, is, et idis, m. et f. βάτις, genus piscis marini, alio nomine raja; ita dictum a similitudine rubi, quem βάτον Graeci vocant. Est enim aculeis aspera, praesertim in cauda. Ejus meminit Plin. 32, 11, 53. P Est etiam genus herbae, quam in duo genera dividit Plin. 21, 15, 50. marinam et hortensiam: hanc quidam Gallicum asparagum nominant: illam portulacam sativam, cujus species quaedam est crethmos, de quo V. suo loco. Colum. 12, 7. Flos nepetae et lapsanae et batis. Id. ib. 13. Oulus cordum, quod quidam sativum batim vocant. [\*Gesner. et Schneid. utroque loco scribunt batis. Nostrum Meerfenchel putatur esse.] P Batim vim habere ad emolliendam alvum et adversus podagram, docet Plin. 21, 27, 101. P Apud Isid. 19, 21. est batis inter vestes sacerdotales, nempe linea feminalia usque ad genua pertingentia: [at rectius legitur badim seu baddim ab Hebr. בדים, linea feminalia. F.]

\*BATNAE, arum, oppidum Mesopotamiae. Ammian. 23, 4. Batne audit apud Eund. 14, 9. B. A.

BATRĀCHITES, ae, m. gemma ita dicta a similitudine ranae, quae Graece βάτραχος dicitur. Plin. 37, 10, 55.

BATRĀCHĪUM et Batrachion, ii, n. βασράχιον, herba Latino vocabulo ranunculus appellata, (βάτραχος enim ranam significat; et videtur ideo appellari, quia iis plerumque locis nascitur, ubi ranae degere solent) cujus quatuor genera enumerat Plin. 25, 13, 109. Unum pinguioribus, quam coriandri, foliis, et ad latitudinem malvae accedentibus, colore livido, caule alto, gracili, radice alba: nascens in limitibus humidis et opacis. Alterum genus foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimum omnium, gravi odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo. Omnibus vis caustica, si cruda folia impendantur, pusulasque, ut ignis, faciunt. Ideo ad lepras et psoras eis utuntur, etc. Haec Plin., pergens deinde varios ejus usus in medicina describere. V. etiam Appul. Herb. 8. et 9. [\*Cf. Billerbeck. Flor. Class. p. 144.]

BATRĀCHOMYOMĀCHĪA, ae, f. βασράχομιομάχη, pugna ranarum et murium; a βάτραχος, rana, μάς, ὄς, mus, et μάχομαι, pugno. Hoc nomine inscribitur poemation, quod Hom. tribui solet. Stat. praef. ad Silv. 1. Sed et Culicem legimus, et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus. Adde Mart. 14. in lemnae 183. P Quamvis littera r in hac voce sit natura brevis, tamen metri necessitate produci posse videtur, cum Nicand. Ther. 795. eandem produxerit in V. μυοδόχος.

BATRĀCHUS, i, m. genus piscis marini, inter aculeatos recensitum a Plin. 32, 11, 53. Nomen habet a similitudine ranae, quae Graece βάτραχος.

\*BATTARUS. Scalig. ad Caton. Dir. 1. Anthol. Lat. T. II. p. 650. eum habet fluvium Corsicae, hodie Guattarus, inter Coassinum et Halteriam. Heins. eod. loco dicit idem esse ac βασταγιστής a βαστός, hinc βασταγίστην i. q. βαστολογίτην. Battara ap. Cic. Fam. 7, 9. Jahn.

BATTIADES, ae, m. patronym. Ita cognominatus est Callimachus, poeta Graecus, qui se prae-

dicabat filium Batti Laconis, a quo Cyrene condita est: vel certe cum sui generis auctorem jactabat. *Stat. Silv.* 5, 3, 157. tu pandere doctus Carmina Battiadae. *Or. Ib.* 53. Nunc quo Battiades inimicum devovet tibi, Hoc ego devoveo teque tuosque modo. (V. CALLIMACHUS.) *Id. Trist.* 2, 367. Nec tibi, Battiade, nocuit, quod saepe legenti Delicias versu fassus es ipse tuas. *Or. Battiadae, arum*, sunt incolae Cyrenes urbis a Batto conditae. *Sil.* 3, 252. Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis Battiadas pravos fidei stimulavit in arma. *Adde* 2, 61. et 17, 592.

**BATTIS**, idis, f. *Battis*, puella Coa formosissima, quam Philetas itidem Cous, elegiarum scriptor suis versibus celebravit. *Or. Trist.* 1, 6, 2. Nec tantum Coa Battis amata suo. *Id. Pont.* 3, 1, 58. Inferius Coa Battide nomen habes. P [\*Est etiam genus herbae, quod alii *batio* scribunt. V. *Batis*.]

**BATTOLŒGIA**, ae, f. *βαττολογία*, Graeca vox: vitium est orationis, quo idem verbum, vel eadem sententia sine causa iteratur. Dicta est a quodam *Batto* inepto poeta, qui, ut legitur apud *Suid.*, longos hymnos condidit, et inanis loquacitatis plenos, idem saepe repetens et faciens potius, quam componens. Haec eadem dicitur etiam *tautologia*. Graeca vox utraque adhibetur a grammaticis.

**BATTUARIUM**, i, n. *Gloss. Gr. Lat. Battuarium*, *βαττωαριον*. Al. leg. *batuatorium*. B. A.

**BATTUO**, is. V. **BATUO**.

**BATTUS**, i, m. vir Lacon, qui Cyrenem in Africa condidit, vel eo coloniam deduxit, ibique regnavit, ut est apud *Paus.* in *Laconicis*, et *Sil.* 8, 57. P Fuit etiam hoc nomine pastor quidam, qui quod furtum Mercurii male celasset, postquam accepta mercede se id celaturum promiserat, ab eo in lapidem, qui *Index* dicitur, mutatus est. *Or. Met.* 2, 688. et sqq. et in *Ib.* 586. P Item ineptus quidam poeta, de quo V. in **BATTOLOGIA**.

**BATTUATORES**. V. **BATUALIA**.

**BATUA**, ae, Dalmatiae oppidum, hodie *Budua*, *Tab. Peut. Butua* audit *Plin.* 3, 22. B. A.

**BATUALIA**. *Adamantius* apud *Cassiod.* de *Orthogr.* p. 2300. *Battualia* (*sic*), quae vulgo *battalia* dicuntur, quae B mutam habere cognovimus, exercitationes autem militum vel gladiatorum significant; inde etiam *battuatores τοῦς βατωατορας* dici puto. B. A.

**BATULUM**, i, n. oppidum Campaniae a Samnitibus conditum. *Virg. A.* 7, 739. et *Sil.* 8, 566.

**BATUM** (flumen) vel *Batus* (fluvius) in Italia inferiore fuit, fortasse in Lucania. *Plin.* 3, 5. Oppidum Blanda, flumen *Batum*. Conferri possunt quae nos addidimus in *Metaurus*. B. A.

**BATUO**, is, ui, a. 3. *βαττω*, *καταβω*, concidere, verberare, contundere. *Pl. Cas.* 2, 8, 61. Qui, quaeque, potius, quam sculponeas, quibus *batuatur* tibi os, senex nequissime. P Dicitur etiam de iis, qui velitandi causa pugnant, armisque se invicem verberant. *Suet. Cal.* 54. *Batuabat* pugnantioris armis, aurigabat, etc. Et *ib.* 32. *Mir-millonem* e ludo *rudibus* secum *batuentem*, et sponte prostratum confodit *ferrea sica*. P Habet praeterea obscenum sensum, idemque valet, quod *batuere*: a quo etiam derivari, *Voss.* in *Elym.* existimat. *Cic. Fam.* 9, 22. *Batuere*, inquit, impudenter, deponit multo impudentius. [\**Batuere* hic de coitu dicitur. Sumptum verbum e gladiatoria arte, in qua quid sit *rudibus batuere*, docet *Lipsius Saturn.* 1, 15. Cum *batuere* autem nihil commune habet.] P *Batuere* *ulcera* pro comprimere, arcte stringere, exponi solet in illo *Plin.* 31, 9, 45. Sal imposuere *crocodilorum* morsibus ex aceto in linteolis, ita ut *batuerentur* antehac *ulcera*. *Hard.* tamen ex conjectura aliter legendum putat. P Etiam *battuere* duplici it scriptum legitur, sed minus recte. P Partic. *Batuens*. V. supra. [\*Supino caret. *Ruddim. Instit.* Tom. I. p. 227.]

**BATUS**, genus herbae, inquit *Festus*. Fortasse eadem est ac *batis*: vel significat rubum, sentem, qui Graece *βατος* dicitur. *Gloss. Phil.* *Batum*, *βατος*, h. e. porrum. *Gloss. Isid.* *Batus*, genus oleis. P Apud Hebraeos est mensurae genus, h. e. decima pars cori, quia decem *bati* eorum faciunt, ut [habetur apud *Hieron.* in *Isaj.* 2, 5, 10., *F.*] ubi locum *Ezech.* 45, 14. explicat.

**BAUBOR**, aris, dep. 1. *βαυβο*, latrare [\*nos *knurren*, *knuffen*]: verbum exprimens vocem canum, qui latrantes *bau bau* proferunt: qua ratione etiam Graecum *βαυβο* formatum est. *Lucr.* 5, 1070. Et cum deserti *baubantur* in aedibus. P Differunt autem *baubari* et *latrare*. Latrant canes cum irati sunt: *baubantur* sine ira, sed potius cum queruntur: quod ex ipso *Lucr.* colligitur. V. *ib.* 1058. et sqq. *Vet. Schol. Theor.* ad *Id.* 6. docet, *βαυβο*, quod est latrare, proprie dici de canibus jam adultis: *βαυβο*, quod est *baubari*, catulorum.

**BAUCA**, ae, f. *paterna*. *Anastasio Biblioth.* in *vita Leonis IV.* *Baucas* exauratas tres. *Id.* in *Bened. III.* *Baucas* ex auro purissimo duas pensantes libras. *Vet. Gloss.* *βαυκη*, viniferum, ut *oenophorum*. Haec *Salmas.* ad *Trebell. Poll.* in *Claud.* 14. p. 382. seq. Sed vix (inquit *Gesnerus*) est hu-

jus loci, multo minus *Baucalium* et similia. V. **BACA**. B. A.

**BAUCIDIAS**, adis, f. insula quaedam in mari Aegaeo, Peloponneso, ut credibile, adiacens. *Plin.* 4, 12. P In sinu Saronico ponit doctissimus *Martiniere*. B. A.

**BAUCIS**, idos, f. anus pauperula, quae una cum marito *Philemone Jovem* ac *Mercurium*, humanam speciem mentitos, hospitio pauperrimae casae excepit; a quibus ob id meritum ab aquarum inundatione erepta est; casam suam in templum versam vidit; et post longos felices senectutis annos una cum marito in arborem mutata est. *Or. Met.* 8, 630. et sqq. P *A Pers.* 4, 21. ponitur pro quavis anicula. P [*Baucis* est etiam cognomen Romanum, a *βαυκος*, delicatus. *Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 630. n. 254. *Minucia* *Baucidi*. *F.*]

**BAUCONICA**, ae, oppidum in regione Vangionum, ad *Rhenum* flumen. *Anton. Itin.* *Bononica* appellatur in *Tab. Peut.* Hodie est *Oppenheim*. B. A.

**BAUDOBRIGA**, ae, oppidum Galliae Belgicae, in agro *Trevirensi*. Hodie est *Boppard*. *Anton. Itin.* in *Tab. Peut.* est *Bontobrice*. B. A.

**BAULANUS**, a, um, adj. ad *Baulos* pertinens, Campaniae oppidum. *Inscr.* ap. *Roman.*, *Topogr. Napol.* T. 3, p. 509. Locum emit ab ordine *Baulanorum* *Demetrius villicus*. *F.*

**BAULENSIS**, e, adj. ad *Baulos* pertinens, Campaniae oppidum. *Not. Tir.* p. 136. *Bajae*, *Bajanus*, *Bauli*, *Baulensis*. *F.*

**BAULI**, orum, m. plur. oppidum juxta *Bajas* in Campania, prius dictus *Boaulia*, hoc est boum stabulum, nunc *Bacoli*: a *βοῦς*, bos, et *αὐλή*, caula. Nam eo loco fertur *Hercules* ex Hispania adveniens consedis, et abducta, occiso *Geryone*, armenta boum septo conclusisse. [\**Varr. R. R.* 3, 17. ad *Baulos* piscina *Hortensii*. *Villae Hortensii* ad *Baulos* meminit etiam *Cic. Ac.* 4, 40.] *Symm. ep.* 1, 1. Huc *Deus Alcides* stabulanda armenta coegit, *Eruta* *Geryonis* de *lare tergenini*. Inde recens actas corrupta *Boaulia* *Baulos* *Nuncupat*, occulto nominis indicio. [\**Recens* actas in loco *Symmachi* antiquissimis temporibus opponitur, quod ex *Cic.* loco allato apparet.] *Serv.* ad *A.* 7, 662. hoc idem tradit: sed *Baulas* ponit in femin. genere, et ad *ib.* 6, 107. *Baulias*.

**BAVIUS**, ii, m. malus poeta *Virgili* et *Horatii* aequalis, et ambobus infensus: qui una cum *Maevio*, sui simili versificatore, ausus est ipsum *Virgilium* reprehendere, quod *G.* 1, 210. dixisset *Hordea* in plurali numero, illo versu: *Hordea qui dixit, superest, ut tritica dicat*. *Virg. Ecl.* 3, 90. Qui *Bavium* non odit, amet tua carmina, *Maevi*. *Serv.* tum hoc, tum loco *Georg.* cit.

**BAVO**, insula maris *Hadriatici*, e regione *Tragurii* *Dalmatiae* oppidi, hodie *Bua*. *Plin.* 26, 30. ed. *Hard.* Al. aliter leg. *Boa* audit *Cod. Theod.* 16, 5. leg. 53. *Boae* autem *Ammian.* 22, 3. B. A.

**BAUZANUM**, i, *Rhaetiae* oppidum, hodie *Botzen* in *Tyrol.* *Paul. Diac.* *Longob.* 4, 36. *Dietum* et *Bauxare* (secundum *J. Gothofr.*) in *Cod. Theod.* 6, 30, 3. ubi ablativus *Bauxare* occurrit.

**BAXEAE**, arum, f. plur. genus calceamenti crepidis simile, quo philosophi potissimum uti sunt. *Pl. Men.* 2, 3, 40. *Peniculus*, qui extergitur *baxae*. *Appul. Met.* 2, p. 127, 6. *Linteis* *aniculis* *intectus*, pedesque *palmeis baxeis* *indutus*. *Id. ib.* 11, p. 260, 39. Qui *pallio baculoque*, et *baxeis* et *hircino* *barbitio* *philosophum* *fingeret*. *Id. Flor.* n. 9. *Vestem* de *textrina* *emere*, *baxeas* de *sutrina* *praestinare*. P In *singulari* *numero* *Tert. Pall.* 4. Si *philosophus* in *purpura*, *cur* non in *baxea* *Tyria* *calceare*, etc. *Adde* *Idol.* 8. P *Videtur* orta esse a *Graeco* *βᾶξ*, quod  *Hesych.* interpretatur *ὀσόδημα ὑπόδημα*, hoc est *calceamentum*, quod facile *indui* *potest*. P *Legitur* et *Baxa*.

**BAXEARIUS** vel *Baxiarius*, ii, m. qui *baxeas* conficit. *Inscr.* ap. *Marin.* *Frat. Arv.* p. 12. *Collegium* *fabrum soliarium baxiarium*, h. e. *soleariorum baxeariorum*. *F.*

**BAZARIA**, ae, regio *Scythiae Asiaticae*, cujus caput *Basistris*. *Curt.* 8, 3. B. A.

## BD

**BDELLIUM**, ii, n. *βδέλλιον*, [\**Borassus flabelliformis* L.] arbor nigra est, magnitudine oleae, folio roboris, fructu et natura caprifici, exsudans odoratum gummi, quod quidam eodem nomine appellant, alii aliis: habetque magnum usum in unguentis. *Pl. Curc.* 1, 2, 6. Tu mihi stacte, tu *cinnamomum*, tu *rosa*, tu *crocinum* et *casia* es, tu *bdellium*. [\**Ubi*, quum sit *vox blandientis*, patet non de arbore dici, sed de humore odorato, ex arbore proficiente.] V. *plura* de eo apud *Plin.* 12, 9, 19. [\**Veget.* 4, 14. meminit *bdellii Arabici*, quod cum aliis ad causticum componendum adhibetur. Eandem vocem inferre vult *Morgagn.* *Veget.* 3, 28. ubi quod legitur *depli* corruptum est. P Item genus lapidis, monente *Prisc.* 1, 10, 56. p. 564.]

**BEATE**, adv. *μακαριος*, feliciter, sine ulla calamitate. *Cic. Par.* 1. in *f.* Profecto nihil est aliud bene et beate vivere, nisi honeste et recte vivere. *Id. Catull.* 14, 10. Non est mi male, sed bene ac beate. *Sen. ep.* 92. Rectius vivat oportet, ut *beatius* vivat. *Id. Cons. ad Helv.* 9. *Beattissime* vivens. P In *plausibus* *beate* significat feliciter, prospero successu. *Mart.* 2, 27. Effete, graviter, cito, naviter, euge, beate. P *Trans-late*. *Sen. proem. contr. de Alb. declam.* 3. Locum *beate* implebat, h. e. nihil ei deerat ad implendam orationem, et causam perorandam.

**BEATIFICO**, as, a. *beatum* facio, beo. *August. Trinit.* 14, 14. et *Genes.* ad *lit.* 8, 12. P [*Partic. Beatificatus* in *Not. Tir.* p. 192. *F.*]

**BEATIFICUS**, a, um, adj. qui *beatum* facit. *Appul. Doct. Plat.* 1, p. 3, 29. *Deus* *beatus* et *beatificus*. *Adde* *August. Confess.* 2, 5. [et *Not. Tir.* p. 68. *F.*]

**BEATITAS**, atis, f. *beatitudo*, *felicitas*, *beata vita*, *μακαριότης*. *Cic. N. D.* 1, 34. *vocabula beatitatis et beatitudinis* omnino quidem dura esse ait, veruntamen usu putat posse molliri: quod et *Quint.* 8, 3. adnotavit. [\**Hae* duae voces, ut ex l. d. patet, a *Cicerone* primo usurpatae sunt, nec posterior aetas eas videtur probavisse. Quam ob rem ab earum usu tutius abstinere.] *Maer. Somm. Scip.* 1, 9. Ad *beatitatem* pervenire. *Appul. Doct. Plat.* 2. *Virtutes*, quarum *beatitas* *fructus* est.

**BEATITUDO**, inis, f. *μακαριότης*, *beata vita*, *felicitas*. *Judicium* *Cic.* de hac voce V. in *v. praec.* *Petr. fr. Trag.* 38. *Burm.* *Vides* tot *culcitas*? *nulla* non aut *conchyliatum*, aut *coccineum* *tomentum* habet: tanta est *animi beatitudo*, h. e. *divitiae*: nam et *beatus* saepe pro *divite* ponitur. *Al. leg.* *Tanta est homini beatitudo*. *Appul. Met.* 6. *Vitae* totius *beatitudo*. *Nazar. Paneg. ad Const.* 33. *Cumulatissima* *urbis beatitudo*. *Mamert. Grat. act. ad Julian.* 23. *Beatitudo* *praestantior*. *Imp. Const. Cod.* 12, 47, 1. *Augere* *beatitudinem* *militum*, h. e. *commoda vitae* [\*s. *immunitatem*, quo ipsis melius sit].

**BEATRIX**, icis, f. quae *beat.* *Cognomen* *Romanum*. *Inscr.* ap. *Grut.* 703, 3. *Publiciae* *Beatrix*. *F.*

**BEATULUS**, a, um, adj. *diminut.* a *beatus*. *Pers.* 3, 103. *tandemque* *beatulus* *alto* *Compositus* *lecto*, *crassisque* *lutatus* *amomis*, etc.

**BEATUS**, a, um, adj. *μακαριος*, *felix*, *nullo* *malo* *pressus*, cui bene est ab *omni* parte. *Cic. Tusc.* 5, 10. *Neque* *ulla* *alia* *huic* *verbo*, cum *beatum* *dicimus*, *subjecta* *notio* *est*, nisi, *secretis* *malis* *omnibus*, *cumulata* *bonorum* *complexio*. Et *ib.* 8. *Qui* *beatus* *est*, non *intelligo* *quid* *requirat*, ut *sit* *beatior*. *Si* *est* *enim*, quod *desit*, ne *beatus* *quidem* *est*. [\**Alii* aliter de *notione* *voc. beatus* *disputant*. *Ipsos* *audiamus* *veterum* *philosophos* *apud* *Ciceronem*, ex quo *hos* *locos*, utpote *maxime* *notabiles*, *huc* *transferam*. *Fin.* 2, 28. *Metrodorus*, *paene* *alter* *Epicurus*, *beatum* *esse* *describit* *his* *ferè* *verbis*: *quum* *corpus* *bene* *constitutum* *sit*, et *sit* *exploratum* *ita* *futurum*. *Acad. pr.* 2, 43. *Zeno* in *una* *virtute* *positam* *beatam* *vitam* *putat*. *Quid* *Antiochus?* *Etiam*, inquit, *beatam*, sed non *beatissimam*. *Tusc.* 5, 39. *Si* *omne* *beatum* *est* *cui* *nihil* *deest*, et *quod* *in* *suo* *genere* *expletum* *atque* *cumulatum* *est*, certe *omnes* *virtutis* *composites* *beati* *sunt*. *Tusc.* 5, 14. *Voluum* *eum* *qui* *beatus* *sit* *tutum* *esse*, *inexpugnabilem*, *septum* *atque* *munitum*, non *ut* *parvo* *metu* *praeditus* *sit*, sed *ut* *nullo*. *Tusc.* 5, 6. *illi* *beati* *quos* *nullo* *metu* *terrent*.] *Id. N. D.* 3, 33. *Opulentissima* *et* *beatissima* *civitas*. [\**Qui* *locus* *rectius* *videtur* *ad* §. 2. *referri* *debere*.] *Id. Am.* 7. *Illo* *rum* *beata* *mors* *videtur*, *horum* *vita* *laudabilis*. *Hor. Ep.* 2, 1, 139. *Agricolae* *prisci* *fortes*, *parvoque* *beati*, h. e. *contenti* *et* *felices*. *Or. Met.* 7, 797. *Beatum* *tempus*. P *Quia* *vero* *divites* *omnium* *felicissimi* *videntur*, quod in *divitiis* *omnia* *vitae* *commoda* *constare* *videntur*, *beatus* *saepè* *pro* *divite* *ponitur*. [\**Burm.* *ad* *Prop.* 2, 19, 33. p. 385. *Jahn.*] *Varr. L. L.* 4, 17. *Dives* *a* *Divo*, qui, ut *Deus*, nihil *indigere* *videtur*: *beatus*, qui *multa* *bona* *possidet*. *Nep. Ages.* 8. *Ut* *eorum* *ornatus* *non* *modo* *in* *his* *regem* *neminem* *significaret*, sed *hominis* *non* *beatissimi* *suspicionem* *praerberet*. *Juven.* 1, 39. *Vetulae* *vesica* *beatae*. *Hor. Od.* 3, 7, 3. *Thyna* *merce* *beatus*. *Id. ib.* 1, 29, 1. *Gazae* *beatae* *Arabum*. *Prop.* 2, 16, 25. *Munera* *beata*. *Hor. Od.* 3, 29, 11. *mitte* *mirari* *beatae* *Fumum*, et *opes*, *strepitumque* *Romae*. *Or. Her.* 12, 24. *Regna* *beata*. *Id. Am.* 1, 15, 34. *auriferi* *ripa* *beata* *Tagi*. *Id. Pont.* 2, 8, 5. *Argentum* *felix*, *omni-* *que* *beatius* *auro*, h. e. *pretiosius*. *Mart.* 9, 76. *Idem* *beatas* *lautus* *exstruit* *thermas*, h. e. *sumptuosas*. P *Beatus* *locus* *aut* *res* *dicitur* *aliquando*, quae *beatos* *quodammodo* *facit*. *Hor. Ep.* 1, 10, 14. *Novistine* *locum* *potiorem* *rure* *beato*? *Mart.* 9, 12. *Beatum* *nectar*. *Cat.* 65, 14. *Ne* *amplius* *a* *miserò* *dona* *beata* *petas*, h. e. *carmina* *consolatoria*, quibus a *tristitia* *animum* *tuum* *liberes*. P

Videtur etiam significare nobilem [\*δὲβρον] in illo Hor. Od. 2, 4, 13. Nescias, an te generum beati Phylidis flavae decorent parentes. P Translate ponitur pro affluenti, abundantanti. Quint. 10, 1. Immortalis ingenii beatissima ubertas. Id. ib. Beatissima rerum verborumque copia. Id. 11, 3. Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, h. e. abundans. P Aliquando beati dicuntur mortui, ut Graece μακαρίτων; idque ἐπ' εὐφημοῦ ad evitandum mali ominis vocabulum. Ammian. 25, 3. Anatolium quaesivit Officiorum magistrum: quem cum beatum fuisse Sallustius respondisset praefectus, intellexit occisum. V. FELIX. Huc quidam trahunt etiam illud. Hor. Epod. 8, 11. Esto beata: funus atque imagines Ducant triumphales tuum. P Apud Christianos scriptores beatae memoriae vir dicitur, qui pie vita functus est. Hieron. ep. ad Marc. laud. Asellae 24. et ep. 76. ad Abigauum. [\*Superlativus beatissimus dicitur de patriarchis, archiepiscopis et episcopis. Auct. Collat. 9, 6. Novell. 123, 3. Justin. in Ep. ad Joh. Pappam §. 5. t. C. de summ. trinit. August. Epist. 11, 76, 139.]

BEBER et Bebrinus V. in CASTOR. \*BEBIANA (villa) in Etruria fuit, non procul a Fregenis Lorioque. Tab. Peut. B. A.

\*BEBIANI. Ligures Bebiani populi fuere Italiae inferioris, in Hirpinorum agro. Plin. 3, 11. P Probabile est ita dictos a Bebia quodam oppido. B. A.

BEBRA, ae, f. genus pili, aut hastae, qua Barbari utuntur, et binas ac ternas in proeliis portant: quod teli genus prorsus hoc tempore ignotum esse, docet Stevach. in comm. ad Veg. Mil. 1, 20, ubi haec vox legitur.

BEBRIACENSIS et Bedriacensis, se, adj. ad Bedriacum pertinens. Plin. 10, 49, 69. Bedriacensis bella civilia, h. e. inter Vitellium et Othoem de Imperio Romano decertantes ad Bedriacum oppidum. Suet. Vit. 10. Bedriacensis victoria, h. e. qua Vitellius Othoem devicit. Tac. H. 2, 66. Bedriacensis acies.

BEBRIACUM, ci, n. oppidum inter Veronam et Cremonam, ubi Otho a Vitellio victus est. Cell. Geogr. ant. 2, 9, n. 114. probat fuisse supra confluentes Ollii et Clusii, ubi nunc Caneto. V. Suet. Oth. 9. Hinc Juven. 2, 106. Bebrici in campo spoliū affectare Palati. P Alii rectius scribunt Bedriacum et Plut. Graece habet Βεδριακωρ.

BEBRUS, i, m. idem qui fiber. Haec vox nulum habet alium auctorem Latinum praeter Vet. Schol. Juven. ad 12, 34.

BEBRYCES, ycum, m. plur. Βεβρυκες, populi Asiae in Bithynia, quae ideo Bebrycia dicta est, ut Sola. 42 et Serr. ad A. 5, 373. docent. Nomen habuisse dicuntur a Bebrycy una ex filiis Danaï, quae et ipsa secundum quosdam, una cum Hypermaestra marito suo pepererit, et in haec usque loca ex Graecia profugerit. Val. Fl. 4, 315. Bebrycas extemplo spargit fuga. Adde Plin. 5, 50, 33. P Alii fuerunt in Gallia Narbonensi, ita denominati vel a Bebrycibus Asiaticis, a quibus originem duxerint; vel a Bebrycy rege, qui in ea parte Galliae Narbonensis, quae Pyrenaeos montes tangit, regnavit: cujus filia Pyrene cum Hercule concubuit. Vide Sil. 3, 420. et sqq. P De quantitate paenultima V. in BEBRYX.

BEBRYCIA, ae, f. provincia Asiae minoris postea Bithynia appellata. Val. Fl. 5, 502. Nec tamen aut Phrygios reges, aut arva furentis Bebryciae sperendus adi. V. v. praec.

BEBRYCIUS, a, um, adj. ad Bebryciam regionem Asiae, vel ad Bebryces populos pertinens. Virg. A. 5, 373. Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. Val. Fl. 4, 99. Proxima Bebrycii panduntur litora regni: Rex Amycus, etc. Id. ib. 220. Bebrycium fretum. Stat. Silv. 4, 5, 28. Bebrycia arena, h. e. locus ubi Pollux cum Amyco caestibus pugnavit, eumque occidit. In illo autem Tert. carn. de Sodoma 2. caesusque cruore Fundere Bebrycium; notatur ejusdem Amyci saevus mos, qui cum caestu valeret maxime, hospites quoscumque ad certandum cogebat, et victos occidebat: atque ob id in quodam nemore insidias posuerat, quibus ignaros advenas caperet. Hinc Stat. Th. 3, 352. servatoremque eruentum Bebrycii nemoris. P Est etiam Bebrycius pertinens ad Bebrycem regem, qui in ea parte Galliae Narbonensis regnavit, ubi Pyrenaeis montibus jungitur, ubi etiam Bebryces populi. Sil. 3, 443. Bebryciae Poenus fines transcendenter aulac. Adde 15, 497. P Bebrycia virgo est Pyrene Bebrycis regis filia, quae Pyrenaeis montibus nomen dedit, ab Hercule ibi sepulta. Sil. 3, 420. Nomen Bebrycia duxere a virgine colles.

BEBRYX, yeis, qui est ex Bebrycia seu Bithynia, Asiae provincia. Val. Fl. 4, 315. P Bebryx etiam dicitur Amycus, qui in Bebrycia regnavit, et a Polluce occisus fuit certamine singulari caestibus inito. Id. ib. 261 et 290. P Item rex Galliae Narbonensis, qua Pyrenaeis montibus jungitur. V. BEBRYCES. Sil. 3, 423. Possessus Baccho, saeva Bebrycis in aula. Bebrycis hoc loco paenultimam habet longam, cum apud Val. Fl. 2,

649. et 4, 315. et apud Stat. Ach. 1, 190. corripitur. Ex quo intelligimus ancipitis esse quantitatis, tutius tamen corripi. [\*Nihil interesse dixerim utrum paenultima producatur an corripatur. Nam Graeci poetae ne ipsi quidem sibi sonstant. Cf. notata ad Theocr. Id. 22.]

BECCO, m. Gallica vox, rostrum galli gallinaeci significans, quo cognomine appellatus fuit Antonius Primus, qui Vitellium oppressit. Suet. Vit. 18. Antonius Primus Tolosae natus, cui cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinaeci rostrum. [\*B. Crus. derivat a nomin. Beccus.] P [Item significat hircum, syllaba prima breviori sono pronunciata. Inscr. ap. Amoretti Viagg. ai tre laghi p. 90. Vicius Fecit Becco Moccenis filius sibi, et Utiliae Veccati filiae uxori, et Frontoni filio, et Craccae Livonis filiae uxori, et Mascio filio, et Primae Octavii filiae uxori, et Sexto filio. Hic lapis, qui hodieque Mediolani exstat, apud Grut. 838, 9. habet Vecco pro Becco (facile enim V in B mutatur); eademque in fronte insculptus est hircus, qui nomini Becco ex consuetudine respondet: quemadmodum apud Grut. 624, 2. in scriptio T. Statilii Aprum, et apud Morell. Fam. Rom. nummus Q. Voconii Vituli vitulum habet. Adde Pana pastorum Deum, qui hircipes fuit, eodem nomine fuisse apud Phrygas appellatum. Tert. ad nat. 1, 8. Prima loquela Bekkos renunciata est: interpretatio ejus Panis apud Phrygas nomen est. F. \*Ab hujus loci vera explicatione plane aberravit Furl. Nempe Panis non est a casu recto Pan, sed panem, i. e. alimentum hominum designat. Tertulliani verba lucem unice accipiunt ex iis quae Herod. 2, 2. narrat. Ex quo rectius scribetur Bekos, quam Bekkos.]

BECHION, ii, n. βήχιον, herba eadem quae tusilago (Huflattich): a βήσις, βήσις, tussis, quia tussim sedat. Plin. 26, 6, 16.

\*BECHIRI, orum, populi in Ponto degentes. Avien. descr. orb. terr. 945. Bicheres audiunt Plin. 6, 4. B. A.

\*BEDAIUM, i, oppidum Norici. Tab. Peut. Dicitur et Bidaium Anton. Itin. B. A.

BEDELLA, ae, f. videtur idem esse ac bedellium. Marc. Emp. 19. Balsama, peucedanum, spicam, crocum, atque bedellam.

\*BEDESIS, is, Italiae amnis, Ravennam alluens. Plin. 3, 15. Hodie Bedese appellatur et Ronco. B. A. BEDRIACUM. V. BEBRIACUM.

BEE, vox ovium balantium. Varr. R. R. 2, 1. V. BALO.

BEELO. V. BEE et BELO.

BEELPHEGOR, indecl. Βεελπεγορ, בעל פגור, Moabitarum idolum nomine Bahal, quod Phegor dicebatur vel a monte cognomine, in quo colebatur, vel a פגור, aperuit, quia, ut Priapus apud Romanos, aperiendo virginum hymeni praecerat. Tert. adv. Gnost. 3. Adorant Deos gentis, et Beelphegor initiantur. [Hieron. Nom. Hebraic. de Num. Beelphegor, quod interpretatur simulacrum ignominiae. Est autem idolum Moab, cognomento Baal, super montem Phogor, quem Latini Priapum vocant. Id. in Oseam 2, 9. Denique interpretatur Beelphegor idolum tentiginis, habens in ore, id est in summitate, pellem, ut turpitudinem membri virilis ostenderet. F.]

BEELZEBUB, indecl. et Beelzebub, ūlis, m. Βεελζεβούβ et Βεελζεβούβ, Deus ab Accaronitis cultus, ut abigeret muscas, a quibus vexabantur. Nam בעל dominum significat, et זבוב muscam. Ita Graecis cultus est Ζεὺς ἰσχυρίων, seu μύιας κτος. Dicitur etiam בעל זבוב, quod significat dominum habitaculi. Sed quia זבוב non solum habitaculum valet, sed aliquando etiam stercus, ideo Beelzebub, quasi Deus stercoreus saepe per contemptum vocatus est ab iis, qui Accaronitas eorumque numina irridebant. P In sacris Litteris significat principem daemoniorum, ut Luc. 11, 15. habetur. Tert. secundam appellationem non semel usurpavit adv. Marc. 4, 26. Sic Prud. peri. osep. 2, 267. Sed Beelzebubis callida Commenta Christus destruit.

\*BEGORRITES LACUS in Macedonia fuit. Liv. 42, 53. B. A.

BELA, oves, antiquo nomine. Varr. R. R. 2, 1. Graeci appellaverunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia littera, bela vocarunt. non enim mee, sed bee sonare videntur oves vocem efferentes: a quo belare dicunt, extrita littera, ut in multis.

BELATUCADRUS, i, m. veterum Britannorum Deus; idem fuit ac Mars, nam Cadr apud illos fortem significat. [Inscr. ap. Mur. 43, 1. Deo Marti Belatucadro. F.] Aliae apud Grut. 87, 1. Deo sancto Belatucadro. Et ib. 2. Belatucadro Julius Civilis opt. V. S. L. M.

\*BELBINA, ae, Βελβίνα, insula maris Aegaei, in sinu Saronico, Argolidem inter Atticamque. Plin. 4, 12. P Belbina, oppidum. V. v. seq.

\*BELBINATES vel Belbinites, ae, ad Belbinam pertinens. Fuit autem Belbina oppidum Laconiae,

Βελβίνα Plutarcho et Steph. Byz. Liv. 38, 34. Belbinates ager. Sic ed. Drak. In ed. Gronov. posterior forma obtinet. B. A.

BELBUS, i, m. idem atque hyaena. Capitol. Gordian. 33. Fuerunt sub Gordiano Romae elephantum XXXII., alces X., tigres X., leones LX., leopardi XXX., belbi, id est hyaenae X. Al. leg. belbi, item hyaenae, X., qua ratione essent belbi hyaenis dissimiles. Salm. primam lectionem tuetur, docetque belbos dictos esse pro beluos (facile enim u in b mutatur) beluos autem pro beluas, eo modo quo luscinius et luscinia dicitur, simius et simia, etc. Porro beluas pro hyaenis usurpasse videtur Arnob. 7. p. 223. Cur non et canes, ursos et vulpes, camelos et beluas et leones? Ubi alii leg. benuas eodem sensu: alii belbas, ut sit belba, ae, f. [Gloss. Phil. Taura, ζῶον, bellua. Scribe belca seu belba. F.]

BELÉNA pro Helena dictum est ab antiquissimis, teste Prisc. l. p. 547. qui id confirmat etiam auctoritate Quint. 1, 4., ubi alii male legunt balae-na. [\*Nempe antiquitus digamma habuit.]

\*BELENDI, orum, populi Galliae Aquitanicae. Plin. 4, 19. B. A.

BELÉNUS et Belinus, i, m. Βελένος et Βέλιος, Deus peculiaris Norici provinciae, ut est ap. Tert. Apol. 24., item Aquilejensium. Vet. Inscr. Aquilejae reperta apud Grut. 36, 12. Apollini Beleno C. Aquilejens. Felix. Et ib. 14. Belino Sex. Caesernius Faustus, etc. Et ib. 15. Beleno Aug. Sacr. L. Cornelius L. Fil. Vel. Secundinus Aquil. Evoc. Aug., etc. Ex his colligimus, Belenum eunlem fuisse atque Apollinem: quod confirmatur etiam ex Capitol. Maxim. 22. Etiam Deum Belenum per haruspices spouondisse, Maximinum esse vincendum. Unde etiam postea Maximini milites jaectasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse. P Galli quoque Apollinem suum Belenum appellaverunt, ut indicat Auson. Profess. 4 et 10. P Hanc vocem ductam esse putant aliqui a βέλος, sagitta, quia Apollo sagittis potens passim a poetis laudatur. Philipp. a Turre in Diss. de Beleno conatur probare ducendam esse ab Heleno Trojano, qui Trojanis ea loca, ubi Aquileja est, monstraverit, et ut in iis considerent, persuaserit: illi autem ut pro beneficio gratiam referrent, eum tanquam numen coluerint. V. P In alia Aquilejensi Inscr. ap. Grut. 37, 3. legitur: Fonti Beleno C. Aquilejensis Diadumennis B. V. S., etc., ubi significatur Fons Beleni nomine cultus. Nam et fontibus divinitatem tribuit superstiosa antiquitas.

BELGAE, arum, m. plur. populi Galliae Belgicae, quos olim omnium Gallorum fortissimos fuisse, docet Caes. B. G. 1, 1., propterea quod a cultu et humanitate provinciae longissime aberant, minimeque ad eos mercatores commecabant, qui ea, quae ad effeminandos animos pertinent, importarent. Id. ib. 2, 4. tradit, plerosque eorum ortos esse a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos, propter loci fertilitatem, ibi consedis, Gallosque, qui ea loca incolebant, expulisse. P In singulari numero. Lucan. 1, 426. Et docilis rector rostrati Belgacovini. Claud. Cons. Stich. 1, 226. Pascat Belgacpecus. P [Venta Belgarum, Britanniae urbs, hodie Winchester. Meminit Ptol. B. A.]

BELGICUS, a, um, adj. ad Belgas pertinens. Virg. G. 3, 204. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Sil. 10, 80. Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros. Prop. 2, 14, 30. Turpis Romano Belgicus ore color. Plin. 16, 36, 65. Belgici calami. P Gallia Belgica, quae et Belgica absolute, est ea Galliae pars, quam incolunt Belgae, nimirum tota illa regio, quae Matrona, Sequana, Rheno et Oceano includitur. V. geographos. Plin. 7, 16, 17. Belgicae Galliae rationes procurans. Id. 15, 25, 30. de cerasis: Principatus duracinis, quae Pliniana Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis. Tac. II. 1, 58. Pompejus Propinquus procurator Belgicae. [\*Belgica, ae, oppidum Galliae Belgicae, in regione Ubiorum, medio situ inter Rhenum et Roram fluvios. Anton. Itin. B. A.]

\*BELGINUM, i, oppidum in Gallia Belgica, inter Noviomagum Treverorum et Bingium. Tab. Peut. B. A.

\*BELGITES, Pannoniae populi. Plin. 3, 25. B. A. BELGIUM, ii, n. nunc ponitur pro tota Belgica. Sed Latinis est ejus pars tantummodo, qua comprehenduntur Bellovaci, Atrebatas et Ambiani. Caes. B. G. 5, 24. Tres legiones in Belgio collocavit. Adde Hirt. B. G. 8, 46 et 47.

BELIAL, indecl. et Belia, ae, m. nequam et malignus spiritus. Isid. Orig. 8, 11. interpretatur sine jugo. Hebraice est בְּלִיַּעַל (a בָּלַע, non, et יַלְלַע, profuit; vel בָּלַע, jugum) et exponitur nequitia. Tert. Habit. mul. 2. Quod est commercium damnaturis cum damnandis? opinor, quod Christo et Beliae. Prud. Psych. 714. Praeceptor Belia mihi, domus, et plaga mundus. Al. leg. Praeceptor Belial mihi fit, domus est plaga mundi; qua ratione prima et secunda corripentur. Sed hoc minus placet. Producentur enim ab eod. Hamart. 522. Prin-



cipe Belia, rectoribus horret iniquis. Al. leg. *Belial*.

**BELIAS**, adis, f. patronym. Beli neptis, filia Danaï. *Sen. Herc. Oet.* 959. nec memor castae facis, Stricto cruenta Belias ferro stetit. Al. leg. *Belis in ferro stetit*: ut sit *Belis*, idis. P Est etiam patronym. a *Belial*, seu *Belia* deductum. *Prud. Hamart.* 612., ubi secundam syllabam corripit, cum in *Belial* bis producat. Sed frustra est, qui prosodiae leges a *Prudentio* exigit.

\***BELIAS**, ae, Mesopotamiae fluvius. *Ammian.* 23, 6. *B. A.*

**BELIDES**, ae, m. *Βηλίδης*, patronym. filius vel nepos, vel utcumque a Belo ortum trahens. *Ov. Her.* 14, 73. Surge age, Belide, de tot modo fratribus unus. *Belide* vocativus est, ὦ *Βηλίδη*. Intelligit autem Lynceum Aegypti filium, Beli nepotem. *Virg. A.* 2, 81. si forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen Palamedis. *Servius* hic docet ex *Apollon*. Palamedem septimo gradu a Belo originem ducere. *Stat. Th.* 6, 291. Belidae fratres, h. e. Danaus et Aegyptus Beli filii.

\***BELIPPO**, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin.* 3, 1. *B. A.*

**BELIS**, idis, f. patronym. Beli filia vel neptis. *Ov. A. A.* 1, 73. Quaque parare necem miseris patruclibus ausae Belides, et stricto stat ferus ense pater, h. e. quinquaginta Danaï filiae, Beli neptes, quae maritos suos prima nuptiarum nocte, una excepta, occiderunt; (V. **DANAUS**, i.) eaque historia picta erat Romae in porticu Apollinis Palatini ab Augusto constructa. Adde *Trist.* 3, 1, 61. P Dicuntur hae Belides apud inferos ea poena multari, ut aquam assidue ingerant in dolium pertusum, quod nunquam implere possint. *Ov. Met.* 4, 462. Assidue repetunt, quas perdant Belides undas. Adde *ib.* 10, 43. et *ib.* 177 et 355.

\***BELISAMA**, in *Inscr. Vet. ap. Selden. de Diis Syris syntag.* et 2. p. 246. Regina coeli vel Astoreth. *B. A.*

**BELISANĀ**, ae, f. Gallorum Dea, artium inventrix credita, quam Romani cum Minerva commiscuerunt. *Inscr. ap. Murat.* 53, 13. Minervae Belisanae sacrum Q. Valerius Montanus. *F.*

**BELITĀNUS**, a, um, adj. ad Belitem sive Belejiam pertinens, Tarracoenensis provinciae urbem in Edestania, nunc *Belchite*, a *Ptol.* memoratam. *Belitani*, orum sunt incolae urbis Belitis. *Plin.* 3, 3, 4. Ex his civium Romanorum Belitani, Celsenses. *F.*

**BELLANS**, antis, part. v. bello, qui bellum gerit, aut pugnat. *Hor. Od.* 3, 2, 7. Matrona bellantis tyranni. *Id. Carm. saec.* 51. Imperet bellante prior, jacentem Lenis in hostem. *Hirt. B. A.* 61. Gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit.

**BELLĀRIĀ**, riorum, n. plur. *περὶ ἡμετέρας, τροφίλια, πέμματα*, cupidiarum omne genus, poma, nuges, cibi saccharo aut melle conditi, aliaque hujusmodi irritamenta gulae: qualia sunt, quae secundis mensis inferri solent. Videntur autem ita appellari, quia *bella* sunt, hoc est gulae valde grata, jucundaque stomacho, praesertim si solidioribus cibis satur jam sit. Hinc *bellissimas res* dixit eodem sensu *Ter. Ad.* 4, 2, 51., ut *Don.* adnotavit: et *pulcralia* appellavit *Cato* apud *Fest.* in *Pulcratibus*. Eademque ratione Graeci ὄψαρια dixerunt cupidias, ut *Scalig.* ad *Fest.* in *Etym.* docent: ὄψαρια enim etiam pulcrum significat. *Varr. ap. Gell.* 13, 11. Bellaria ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt. *πέμματα* enim cum *πέμπε* societas infida. *Pl. Truc.* 2, 5, 27. Fer huc verbenam nihil, tus et bellaria. *Suet. Ner.* 25. Incedenti passim victimae caesae, sparso per vias identidem croco, ingestaque aves ac lemnisci et bellaria. P Addit *Gell. l. c.* etiam vina dulciora hoc nomine significata olim fuisse, dictaque esse *Liberi bellaria*: ejusque rei exempla in antiquioribus comœdiis inveniri: quod ab eo exscripsit *Macr. Sat.* 2, 8.

**BELLĀRIUM** et bellaria res aptas bellis appellabant. Ita *Paul.* ex *Fest.* *Scalig.* autem putat legendum: *Bellarium et Bellaria res bellas appellabant*; et significari cupidias secundae mensae. Al. leg. *res aptas epulis appellabant*, eodem sensu. V. v. praec. ab in.

**BELLĀTOR**, oris, m. *πολεμικός*, qui bello est aptus, bellicosus, pugna. *Cic. Tusc.* 4, 24. Quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quaerat aliquid, neque eos existimet sine rabie quidquam fortiter facere posse? [\**Balb.* 23. an accusatori majores nostri majora praemia, quam bellatori esse voluerunt? Notabilis est locus *Cic. Att.* 8, 12. ecqua pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. ubi bellator dicitur is qui ad bellum gerendum instigat. Ceterum rarius videntur pedestres scriptores hac voce uti esse, inprimis vero ubi ipsa actionis notio declaranda erat. Sic apud *Cic.* quae in vicinia collocata sunt, aut opposita *accusator, imperator, orator*, suadebant etiam bellator. Idem statue de *Vell.* 2, 25, 3. bellator et victor dissimilis Sulla, h. e. aliter in bello, aliter post victoriam se gessit.] *Virg. A.* 9, 721.

Bellatorque animos Deus incidit, h. e. Mars. *Liv.* 7, 26. *ad f.* Nec Graeci terra, nec Romanus mari bellator erat. [\*i. e. nec Graeci terrestres, nec Romani maritimi belli gerendi satis gnari erant. *Tac. A.* 1, 67. Equos dehinc, orsus a suis, legatorum tribunorumque . . . fortissimo cuique bellatori tradit, i. e. cuique, qui belli gnarus idemque vir fortis esset.] P De brutis, et de rebus aliis ad pugnandum aptis. *Virg. G.* 2, 145. et *Ov. Fast.* 2, 12. Bellator equus. *Stat. Th.* 12, 603. taurus. *Sil.* 13, 376. ensis. *Stat. Th.* 8, 378. campus. [\*i. e. locus pugnae; quod, quantum ego intelligo, satis insolitum et durum est.] V. **VENATOR**. P Absolute de equo. *Juven.* 7, 126. ipse feroci Bellatore sedens curvatum hastile minatur. P Dicitur etiam de calculis, quibus in ludo utebantur. *Ov. A. A.* 3, 359. Bellatorque suo pressus sine compare bellat Aemulus.

**BELLĀTORIUS**, a, um, adj. ad bellandum pertinens. *Plin. ep.* 7, 9. Sed non ideo semper pugnaem hunc et quasi bellatorum stiliu suaserim. [\*Recentiores id dicendi genus *polemicum* vocant.] *Ammian.* 23, 5. Bellatoria jumenta.

**BELLĀTRIX**, icis, f. bello et pugnae apta, bellicosa, pugna. *Cic. Tusc.* 4, 24. Bellatrix iracundia. [\*i. e. fortitudo bellica, quam esse sine iracundia non posse quidam opinabatur.] *Virg. A.* 1, 497. Pentheseilea bellatrix. *Ov. Trist.* 1, 5, 76. diva, h. e. Pallas. *Id. ib.* 2, 321. Roma. *Stat. Th.* 6, 262. cohors. *Sil.* 9, 576. belua, h. e. elephas. *Stat. Th.* 757. Bellatricesque carinae. Et *Val. Fl.* 7, 612. Bellatrix gleba, h. e. quae armatos viros emittit. V. **VENATOR**.

**BELLĀTŪLUS**, a, um, adj. diminut. idem ac bellulus: et adhibetur in blanditiis. *Pl. Cas.* 4, 4, 28. Bella bellatula. Sunt qui aliter legi mallent. In *Inscr. ap. Grut.* 350, 4. *Bellatula* est nomen propr. mulieris. Et *ib.* 943, 3. cognomen.

**BELLAX**, ācis, adj. bellicosus, *πολεμικός*. *Lucan.* 4, 466. Illic bellaci confisus gente Curetum.

**BELLĒ**, adv. bene, apte, commode, scite, eleganter, *καλῶς, ὀρθῶς, κομψῶς*: diminutive dictum a bene, ut docet *Festus* in *Bellule*. Differt aliquo modo a bene, quia belle commodum, venustatem et convenientiam significat; bene omnimodam perfectionem in genere quolibet. [\*Hinc multum interest, utrum belle an bene aliquid facere dicas. Cf. locum *Mart.* 10, 46., §. 4. allatum. *Doederl. Syn.* III. p. 23.] *Pl. Truc.* 2, 2, 35. Quia istas buccas tam belle purpurissatas habes. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 1. Aquam belle sane fluentem vidi. *Id. Att.* 1, 1. In f. *Hermathena* belle posita. *Id. ib.* 16, 3. Praediola belle aedificata. *Id. Fam.* 16, 9. Inde *Coreyram* bellissime navigavimus. [\*i. e. sine ulla molestia, cum maxima commoditate nostris.] *Id. Att.* 7, 2. Ita belle nobis flavit lenissimus ventus. *Id. Fam.* 14, 14. Modo ut haec vobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum, vel in nostris praediis esse poteritis. *Id. Att.* 4, 16. Dices tu: ergo haec quo modo fers? Belle mehercule: et in eo me valde amo. *Id. ib.* 5, 10. Persuasum est omnibus, servendum esse famae meae, belle adhuc. *Id. ib.* 13, 33. Horum ego vix attigi paenulam: tamen remanserunt; ceciditque belle. *Id. Div.* 2, 31. Haec non tam mirabilia sunt, quam conjecta belle. *Id. Att.* 6, 1. a med. Epistola belle scripta. *Id. ib. sub f.* Haec te volui *προσοχησαι*: sumus enim ambo belle curiosi, scite diligentes in aliorum negotiis perscrutandis. Et *ib.* 12, 37. Attica belle se habet. *Id. Fam.* 9, 9. Terentia minus belle habuit. *Samm. Comp.* 136. Purgat belle chamaelea. *Id. ib.* 150. Calcifraga ad calculosos belle facit, h. e. prodest. [\*Est haec vox propria hom sensu apud medicos de effectu medicinae, quamquam ex vulgari usu saepius bene ita dicitur. *Cato R. R.* 157. id bene faciet, h. e. id vim salutarem exercebit.] *P. Syr.* ap. *Gell.* 17, 14. Pars benefici est, quod petitur si belle neges. [\*i. e. cum gratia, cum bonae voluntatis significatione.] *Quint.* 6, 3. Uti belle aliqua re. [\*i. e. ad eum finem, quem praestare debet res.] *Id. ib.* Verba, quae belle respondent. P *Belle tractare*, et *belle tangere* aliquid apud *Pl. Cas.* 4, 4, 25. et *Rud.* 2, 4, 12. est molliter, placide, et blandiando contrectare et tangere. P *Belle ire* est pedetentim, placideque ingredi, molli quadam gravitate incedere. *Pl. Asin.* 3, 3, 86. I sane bella belle. *Id. Curc.* 4, 2, 35. Sequere istum bella belle. P *Belle facere aliquid* interdum non tam significat bene facere, quam venuste, scite, eleganter et ad speciem jucunde. *Mart.* 2, 7. Causas agis, Attale, belle. Et *Componis* belle mimos, epigrammata belle. Sic *Belle cantare*, belle saltare, *ib.* V. integrum epigramma. Huc pertinet illud *Ejusd.* 10, 46. Omnia vis belle, *Matho*, dicere: dic aliquando Et bene: dic neutrum: dic aliquando male. Apud *Cic.* quoque *Quint.* 30. *belle dicere* hoc sensu legitur. P *Belle nonnunquam* idem est ac *facete*, *salse* et *simul apposite*. *Mart.* 5, 78. Narratur belle quidam dixisse, *Marulle*, Qui te ferre oleum dixit in auriculum. *Sen. praef. Exc. contro.* 3. Declamat tam male, ut videar belle optasse, cum dixi: Nunquam surgas. Et *paulo post*. Id quod bellissime

Censorinus ajebat, etc. P Est etiam vox plaudentium recitantibus. *Pers.* 1, 48. Sed recti finemque, extremumque esse recuso Euge tuum, et belle, nam belle hoc excute totum, etc. *Cic. Or.* 3, 26. Bene et praeclare, quamvis nobis saepe dicatur: belle et festive, nimium saepe nolo, bene et praeclare refertur ad orationem gravem et perfectam; belle et festive ad dulcem et floridam. P *Sup. bellissime*. V. supra.

**BELLĒROPHON**, ontis, m. *Βελλεροφῶν*, et *Bellerophon*, ae, m. *Βελλεροφόντης*, filius Neptuni et Eurynomes Nisi filiae, ut est apud *Hyg. fab.* 157., vel, ut alii volunt, filius Glauci, nepos Sisyphi, pronepos Aeoli. Primum *Hippoonus* dictus, deinde *Bellerophon*, a *Bello* quodam *Corinthio*, quem occidit. Fuit rex *Ephyrae*, sed regno spoliatus a *Proeto Argivorum rege*, apud illum ejus jussu alicam vitam vixit. Corporis pulcritudine excelluit, ornatus simul praeclarissimis maximeque virtutibus. Cum ab *Anthia* seu *Stenoboea* uxore *Proeti* interpellatus esset, veritus hospitalis *Jovis iram*, lascivam feminam repulit. Quare *exardens* repulsa mulier, apud virum, innocentem hospitem accusavit, qui hospitii jure motus illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis ad *Ariobatem* seu *Jobatem* socerum in *Lyciam* misit. Lectis ergo codicillis *Jobates* in ultionem criminis ad *Solymos* domandos *Bellerophontem* misit, ut sub praetextu memorabilis pugnae interiret. Verum cum et *Solymos* facile vicisset, et aliis plerisque periculis objectus semper victor rediisset, postremo ad interimendam *Chimaeam* missus est: quem etiam laborem, nactus *Neptuni* beneficio *Pegasum* equum, summa cum laude superavit. *Jobates* virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiis, *Achimenem* appellatam, cum regni parte uxorem dedit: ex qua *Isandrum*, *Hippolochum* et *Ladoniam* suscepit. Haec cum audisset *Stenoboea* sibi ipsa mortem conscivit. *Bellerophontes* felici rerum successu elatus, cum in caelum evolare cum *Pegaso* conaretur, immisso a *Jove* oestro, equo excussus est, deciditque in eum campum, qui *Alexis* appellatus est. *Hyg. fab.* 57. et 2. *Astron.* 18., item *Sere.* ad *A.* 5, 118. P In recto casu *Bellerophontes* legitur apud *Auson.* ep. 25. in f. et apud *Sere.* tum loc. cit., tum ad *A.* 6, 288., item apud *Hygin.* l. c. At *Bellerophon* habetur apud eund. *Hyg. fab.* 57. et *Fulg. Myth.* 3, 1., ubi etiam *Bellerophonta* in accusativo, Graeca positione. Sed *Bellerophontem* Latino more dixere *Hor. Od.* 4, 11, 28., *Manil.* 5, 97. et *Pl. Bacch.* 4, 7, 11. P Praeterea *Hor. Bellerophonti* dixit in dativo, *Od.* 3, 7, 15., et in ablativo *Bellerophonte*, *ib.* 12, 8., quae sunt a recto *Bellerophon*. P Apud *Pl. l. c.* *Bellerophontem jam tuus me fecit filius*, proverbii modo dicitur, ex eo ducti, quod *Bellerophon* nescius litteras ad eam attulit, a quo occidendus erat. Simile est illud *litteras Uriae ferre*, quod e sacris *Litteris* ductum est, *Reg.* 2, 11.

**BELLĒROPHONTEUS**, a, um, adj. *Βελλεροφοντεύσιος*, ad *Bellerophontem* pertinens. *Prop.* 3, 2, 2. *Bellerophonte* qua fuit humor equi. V. **PEGASUS**. *Rutil. Itin.* 1, 449. Sic nimiae bilis morbum assignavit *Homerus* *Bellerophontis* sollicitudinibus.

\***BELLIĀTUS**, a, um, adj. i. q. bellulus. *Pl. Rud.* 2, 5, 6. Hem ubi aquam, mea tu belliat. Sic *MSS.* et ed. *Junt.* (1514.) optima nota. In aliis, v. g. edd. *Gronov. Parei*, etc. est *bella*. *B. A.*

**BELLICĒUS**, a, um, adj. ad bellicum pertinens. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat.* 1637, 10. C. Asinii C. L. Bellicei hic sita sunt ossa. *F.*

**BELLICINUS**, a, um, adj. ad bellicum pertinens. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 367, 4. *Veponiae Bellicinae*. *F.*

**BELLICOSUS**, a, um, adj. *πολεμικός*, ad bella gerenda aptus, bellica virtute valens. *Cic. Prov. Cons.* 13. Gentes barbarae et bellicosae. *Liv.* 37, 8. Gallograeci bellicosiores ea tempestate erant. *Nep. Ham.* 4. et *Caes. B. C.* 3, 1. Bellicosissima gens. [\**Cic. Manil.* 10. bellum Hispaniense mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus.] *Liv.* 9, 6. in f. Cepise eos non Romam, sicut ante Gallos, sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque, h. e. quod magis bellicam virtutem ostenderit. *Id.* 10, 9. Bellicosus annus. [\*i. e. in quo plurima bella gesta sunt.]

**BELLICRĒPAM SALTATIONEM** (*ἐνόπιον ὄρμησον*) dicebant quando cum armis saltabant: quod a *Romulo* institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum a ludis *Sabinorum* virgines rapuit. *Festus*.

**BELLICUS**, a, um, adj. *πολεμικός, πολέμιος*, ad bellum pertinens. *Cic. Div.* 2, 36. Rem bellicam administrare. *Id. Leg.* 2, 18. Insignia bellica. *Prop.* 2, 15, 43. Bellica navis. *Id.* 4, 4, 14. Bellicus equus. *Cic. Leg.* 2, 24. Bellica mors, h. e. in bello obita. [\*Ubi conjunguntur bellica peregrinaque mors. Utrumque suntum ex *Legg.* XII. tabb.] *Id. N. D.* 2, 64. disciplina. *Id. Off.* 3, 29. Jus bellicum. *Id. Mur.* 10. Bellica virtus. *Id. Brut.* 21. laus. *Tac. A.* 1, 52. gloria. *Flor.* 3, 8. Bellica nomina, h. e. bello parta, ut *Africanus*,

*Macedonicus, Creticus, etc.* *Plin.* 16, 4, 4. Bellicae coronae, h. e. quae in bello dantur victoribus. *P* Bellica columna quae fuerit, V. in BELLONA. *P* Bellicum absolute dicitur sonus tubae ad arma vocans. Hinc bellicum canere est milites tubae cantu ad bellum et proelia animare. *Liv.* 35, 18. A Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum [\**bei dem ersten Aufruf werde er die Waffen ergreifen.*]. *Cic. Mur.* 14. Simul atque aliquis motus novus bellicum canere coepit. *Justin.* 12, 15. Bellicum canere inter aliquos. *P* Translate. [\**Cic. Phil.* 7, 1. idem me bellicum cecinisse dicunt, i. e. ad bellum invitasse. *Id. Mur.* 14. omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simul atque aliquis motus novus bellicum canere coepit.]. *Cic. Or.* 12. Thueydides incitator fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. [\**De historici genere dicendi gravi et vehementi.*]. *P* Est etiam bellicus idem ac bellicosus. [\**Hac tamen significatione in oratione pedestri cautius abstinere, licet Vell. ita scripserit.*]. *Vell.* 2, 38. Bellica civitas. *Or. Fast.* 2, 814. Dea, h. e. Pallas. [\**Quae apud Virg. A. 1, 14. Studiis asperrima belli dicitur.*]. *Id. ib.* 478. Bellicus Deus, h. e. Romulus. Et *ib.* 3, 1. Bellicus Mars.

**BELLIFER**, a, um, adj. belliger, bellicosus. *Claud. Eutrop.* 1, 429. quid belliferam communibus urunt Italiam maculis? etc.

**BELLIFICOR**, aris, atus sum, dep. I. idem quod gratificor, belle alicui facio, belle cum aliquo ago. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 10. Quare tibi suadeo, quicumque est iste status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut bellificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. *Vellificatus* leg. plerique alii, et quidem rectius.

**BELLIGER**, a, um, adj. qui bellum gerit, bellicus, bellicosus. *Or. Trist.* 3, 11, 13. Belligerae gentes. *Id. Met.* 3, 534. Belliger ensis. *Id. A. A.* 2, 672. Belligerae manus. *Mart.* 5, 25. Hasta belligera. *Stat. Th.* 12, 717. Belligerae acies. *Sil.* 3, 124. viris ignobile letum Belligeris in pace mori. Et *ib.* 162. Belligera mens. *Val. Fl.* 5, 617. Belligeri labores. *Sil.* 8, 261. Ars belligera. *Id.* 11, 567. Fera belligera, h. e. elephas, qui et armatos gerit, et in acie pugnat.

**BELLIGERATOR**, oris, m. πολεμιστής, bellator, bellicosus. *Avien. Perieg.* 55. Belligeratores nutrit tellus Arimaspa. *Venant. De vita Martini.* 3, 370. Belligeratori valeat ne femina jungi.

**BELLIGERO**, as, avi, atum, n. I. πολεμέω, πολεμίζω, bellum gero, bello, pugno. [\**Liv.* 21, 16, 4. Cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum. In aliis tamen locis belligerare et bellum gerere confunduntur a librariis. *V. Drak. ad Liv.* 22, 39, 9. 24, 48, 4. 25, 38, 21.]. *Cic. Font.* 12. Excitandum nobis erit ab inferis C. Marius, qui Indutionario isti par in belligerando esse possit. [\**Id. Off.* 1, 12. nec cauponantes bellum, sed belligerantes. Locus ex *Ennii Annalibus de sumtus videtur.*]. *Tac. A.* 4, 46. Belligerare adversum accolas. *P* Translate. *Cic. ad Quir.* 8. Belligerare cum fortuna. *Pl. Truc.* 1, 2, 80. Isti, qui cum genis suis belligerant, parcipromi. *P* Deponentis forma, *Hyg. fab.* 274. in f. Belus Neptuni filius gladio belligeratus est. *P* Particip. *Belligerans.* V. supra.

**BELLILLA**, ae, f. diminut. bellae. Nomen Romanum servile. *Inscr. ap. Gud.* 353, 13. Coelia C. L. Hilara sibi et Bellillae libertae. F.]

**BELLINUS**, i, m. derivat. belli. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 918, 13. T. Messius Bellinus. F.]

**BELLIO**, onis, m. flos pratensis, lutei coloris, pastillicantibus quinquagenis quinque barbulis, ut est apud *Plin.* 21, 8, 25. *P* Est etiam cognomen diminutivum belli. *Inscr. ap. Grut.* 951, 5. Polinius Bellio.

**BELLIPOTENS**, entis, adj. in bello potens, εὐπολίμιος. *Virg. A.* 11, 8. tibi, magne, tropaeum Bellipotens, h. e. Mars. *Stat. Th.* 2, 715. Diva bellipotens, h. e. Pallas. *Enn. ap. Cic. Div.* 2, 56. stolidum genus Aecidarum Bellipotentes sunt magi, quam sapientipotentes. *Adde Val. Fl.* 1, 529.

**BELLIS**, idis, f. [\**Bellis perennis L. Gänseblümchen, Maasslieben*], herba in pratis nascentis, flore albo, aliquatenus rubente. *Plin.* 26, 5, 13.

**BELLISONUS**, a, um, adj. bella sonans. *Pavlin. Nolan. Natal. S. Felicis, carm.* 8, 23. sub f. Sic modo bellisono venientes flumine pugnas De nostris avertit locis.

**BELLITUDINEM**, sicut magnitudinem *Verrius* dixit. *Festus.*

**BELLO**, as, avi, atum, n. I. πολεμέω, πολεμίζω, bellum gero, belligero. [\**Liv.* 35, 18, 3. Tanquam non, utrum bellandum esset, necne, consuleretur; sed ubi, et qua ratione bellum gereretur. V. alios locos congestos a *Drak.* ad *Liv.* 40, 47, 3.]. *Cic. Man.* 12. Longe a domo bellare. *Id. Verr.* 2, 4, 33. Cum illa civitas cum Poenis suo nomine, ac sua sponte bellaret. *Tac. A.* 12, 60. Bellare de aliqua re. [\**Notabilis inprimis*

structura apud *Tac. H.* 1, 89. in unius sollicitudinem aut decus populus Romanus bellaverat.]. *Curt.* 9, 4. inter se. *Val. Fl.* 6, 373. contra aliquem. *Nep. Them.* 9. adversus aliquem. *Id. Con.* 2. Cum Agesilaum bellatum misissent in Asiam. *Id. Ann.* 1. Bellare animo cum aliquo. *Liv.* 8, 39. in f. Hoc bellum a consilibus bellatum est. Est qui legat debellatum. [\**Tac. H.* 2, 40. non ut ad pugnam, sed ad bellandum profecti. Ubi frustra agunt qui debellandum scribendum putant. Vulgata bene se habet; cuius sensus etiam ita exprimi poterat: profecti erant non ad pugnam aliquam subeundam, sed ad bellum gerendum, ad bellum igitur, quo res ipsa dirimeretur. Etiam apud *Liv.* 6, 31., qui locus mox afferetur, vulgata frustra sollicitatur.]. *Front. Princ. hist.* Bella igitur duo maxima a duobus maximis imperatoribus adversum Parthos nostra memoria pari eventu bellata contendere inter sese pergant. *Or. A. A.* 3, 359. Bellatorque sua prensus sine compare bellat. [\**Liv.* 6, 31. donec bellatum esset; i. e. donec bello finis impositus esset.]. *Tac. H.* 1, 1. Postquam bellatum est apud Actium. *Plin.* 5, 1, 1. Romana arma primum, Claudio principe, in Mauritania bellare. *P* Significat etiam pugnare, apud poetas. *Stat. Th.* 6, 829. Bellare caestu. *Sil.* 3, 235. ense. *Id.* 8, 498. manu. [\**Saeptus apud pedestres scriptores bellare latiore sensu ponitur, ut pugnare substitui posse videatur. Inde factum, ut nonnumquam librarii hoc ipsum ex interpretatione scriberent. *V. Drak. ad Liv.* 8, 2, 13.]. *P* Cum dativo poetice. [\**Nempe ad Graecorum structuram hoc dictum, qui πολεμίζω, alia habent.]. *Stat. Th.* 8, 505. citius me fulmina contra (Infandum) ruere et magno bellare parenti Aspicat. *Sil.* 9, 503. et bellare manibus Jussa laetatur rabie. *Adde* 16, 565. *P* Deponentis forma. *Virg. A.* 11, 660. et pictis bellantur Amazonis armis. *P* Particip. *Bellaturus* apud *Claud. Cons. Stil.* 1, 321. Messis cum proprio mox bellatura colono.**

**BELLOCASSI**, orum, *Caes. B. G.* 7, 75. Etiam *Velocasses* et *Velocasses* dicti. Habitabant in Gallia ad dextrum Sequanae litus. Urbs eorum fuit *Rothomagus* (*Rouen*). Secundum *d'Anville* est hodie is tractus, qui appellatur *Le Vex* in *Francois* et *Normand.*

**BELLONA**, ae, f. Έρνώ, Dea praeses armorum et belli (*Duellona* olim dicta, ut *duellum* pro *bellum*. *Varr. L. L.* 6, 3. a *med.*) dissidiis gaudens, caedibus et sanguine. Alii dicunt, esse sororem Martis, alii nutricem, alii aurigam: quidam ejus filiam, quidam uxorem faciunt. Nonnulli putant, esse ipsam Palladem, quae belli inventrix habetur. *Lact.* 1, 21. tradit, Bellonam Romanis eandem esse ac *Virtutem*. *Pl.* tamen distinguit *Amph. prol.* 42. *P* *Tartaream* dicit *Sil.* 5, 222., quia ex Tartaro prodire creditur: unde omnia mala in genus humanum. *V. Petr. Sat.* 124., *Sen. Herc. Oet.* 1311. et *Claud. Eutrop.* 2, 145. *P* Romae templum habuit in nona regione non procul a Circo Maximo ante portam Carmentalem, ab Appio Claudio Coeco exstructum: quod ante posita erat columella, quae bellica dicebatur, super quam hastam jaciebant bellum indicturi, ut *Fest.* in *Bellona*, et *Or. Fast.* 6, 201. et *seqq.* tradunt. Cujus rei ratio est, quia cum olim Romani bellum indicabant finitimis populis, faciem mittere solebant, in qui eorum fines hastam jaceret, eaque caeremonia bellum indiceret. Prolato deinde imperio, cum trans mare quoque bellum aliquando inferendum esset, nec inveniretur locus, ubi is hastae jaciendae ritus fieret, columnam ad id ante Bellonae aedem consecraverunt. *P* In hoc templo dabatur senatus iis, quos in Urbem admittere volebant. Nam regio nona tota fuit olim extra Urbem. *P* Describitur Bellona a poetis facem et hastam aut flagellum quatiens, tuba sonans, bellicum canens, ac per acies discurrens ad pugnam concendam. Ejus sacerdotes proprio cruore ei faciebant. *V. BELLONARII.* *Virg. A.* 8, 700. Saevit medio in certamine Mavors Caelatus ferro, tristesque ex aethere dirae, Et scissa gaudens vadit Discordia palla, Quam cum sanguine sequitur Bellona flagello. *Hor. Sat.* 2, 3, 223. gaudens Bellona cruentis.

**BELLONARIÄ**, ae, f. dicta est herba solanum, sive solata, quia ea utebantur olim in bello ad tingendas cuspides: vel potius quia eam adhibebant Bellonarii, putantes ejus auxilio facilius se vaticinatos. *Appul. Herb.* 74.

**BELLONARII**, orum, m. plur. sacerdotes Bellonae. Hi statis temporibus (praesertim IX. cal. April. qui dicebatur *dies sanguinis*, teste *Trebell. Claud.* 6.) sacra ei faciebant, oestroque perciti, quem ab ipsa Dea sibi immitti credebant, cultris humeros et brachia sua secabant, proprio cruore se aliosque aspergentes: quo tempore futura etiam vaticinabantur. Cujus rei meminere *Juven.* 4, 123., *Lucan.* 1, 565., *Tert. Apol.* 9., *Lact.* 1, 21. et alii. Apud *Lamprid.* *Comm.* 9. legitur, Commodum ex studio crudelitatis praecepisse, ut Bellonae servientes vere execerent brachia. Ex quo intelligimus, plerumque ficta et simulata fuisse

tantum vulnera Bellonariorum. *P* Ipsa vox *Bellonarii* legitur apud *Acron. Vet. Hor. Schol.* ad *Sat.* 2, 3, 223., ut est in *ejus edit. Bas.* apud *Valent. Curion.* 1527, 8. p. 685.

[**BELLONARIS**, re, adj. ad Bellonam pertinens. *Not. Tir.* p. 133. Bellona, bellonaris. F.]

**BELLONE**, es, f. quae legitur apud *Hyg. fab.* 274. et prima acum invenisse dicitur, videtur esse eadem, quae *Bellona*. Sed fortasse legendum est *Belone*, a Graeco βελώνη, quod acum significat. Unde et piscis quidam, qui *acus* Latine dicitur, Graece *belone* appellatus, ut est apud *Plin.* 9, 51, 76. V. ACUS, i.

**BELLOR**, aris. V. in BELLO, as.

**BELLOSUS**, a, um, adj. idem quod bellicosus. *Caecil. ap. Non.* 2, 96. Tantum bellum suscitare conari adversarios contra bellosum genus.

**BELLOVACI**, orum, m. plur. [\**Strab. Βελλοάκιοι. Ptol. Βελλονάκιοι, ὡν πόλις Κιαισαριόμαχος. Hodie Beauvois.*]. populi Galliae Belgicae, quorum praecipua urbs *Bellovacum*. Fuere inter Parisios, Velocasses, Belgium et Suessones. *Plin.* 4, 17, 33., *Caes. B. G.* 2, 4.

**BELLUA** et *Belua*, ae, f. θήρ, θηρίον, proprie dicitur de fera immani et formidabili, ut sunt leones, elephantis, tigres, apri, item pisces majores, ut balaenae, delphini, phocae et hujusmodi. Hinc distinguitur a *fera* et *bestia*, quae ampliorem significationem habent, et dicuntur etiam de minoribus brutis animalibus. *Suet. Aug.* 72. in f. Immanium belluarum ferarumque membra praegrandia. *Cic. N. D.* 1, 35. Elephantum belluarum nulla prudentior. *Id. Ac.* 4, 34. Fera et immanis bellua. *Id. Div.* 1, 25. vasta et immanis. [\**Id. N. D.* 3, 16. Singulas stellas numeras deos, eosque aut belluarum nomine appellas, ut Capram, ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem, aut rerum inanimatarum.]. *Hor. Od.* 1, 12, 23. saeva. *Sen. Hippol.* 1047. squamosa. *P* Frequenter usurpatur de elephantis, ut apud *Flor.* 1, 18., *Arnob.* 7. p. 223. et apud *Curt.* multis in locis. Sic Gaetula bellua *Juven.* 10, 158., *Inda Ov. Trist.* 4, 6, 7. *Adde Ter. Eun.* 3, 1, 25. et *Cic. Fam.* 7, 1. a *med.* [\**Graec. ad Flor.* 2, 6. p. 323. *Ruhnck. dict.* in *Terent.* p. 113.]. *P* Saepissime tamen ponitur pro quocumque animali bruto. *Pl. Aut.* 3, 6, 26. Quo quidem agno sat scio magis curiosam nusquam esse ullam belluam. *Cic. N. D.* 2, 39. In mari quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et innantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium! [\**Id. Off.* 2, 5. Belluarum repentina multitudo. Ubi recte *Heusinger.* interpretatur non tantum ferarum, sed et minorum bestiarum, murium, ranarum, scorpionum, serpentium, talparum, locustarum. *Id.* 1, 30. Quantum natura hominis pecudibus reliquisque belluis antecedit. Quo loco tamen nonnulli codd. et editi. vett. habent *bestiis.*]. *P* Crebro adhibetur in conviciis, [\**de homine fero, immani, crudeli.*]. *Cic. Verr.* 2, 5, 42. Sed quid ego hospitii jura in hac tam immani bellua commemo? *Id. Pis.* 1. Jamne vides bellua, jamne sentis, quae sit hominum querela frontis tuae? [\**Legg.* 3, 9. de Clodio: Sed ille quas strages edidit? Eas videlicet quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere potuit impurae belluae, multorum inflammatus furoribus.]. *Liv.* 7, 10. Si tu permittis, volo ego illi belluae ostendere, me ex ea familia ortum, quae etc. *Pl. Rud.* 2, 6, 59. Impurata bellua. *Ter. Ph.* 4, 2, 11. Sed quid pertimui autem bellua? *P* Translate. *Suet. Tib.* 24. Principatum recusavit, adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset imperium. *Sall. Orat. ad Caes. De rep. ord.* 2, 51. Avaritia bellua fera, immanis, intoleranda est. *P* Rectius scribitur duplici *ll*: ita enim frequentius legitur, placetque *Man. et Cellar.* Confirmatur auctoritate *Festi*, qui bellum a belluis ductum putat. Si unico scribatur, prima corripit potest. *Varr. ap. Non.* 3, 69. Quid dubitatis, utrum nunc sitis cereopitheci, An colubrae, an beluae?

**BELLUALIS**, le, adj. belluinus. *Macr. Sat.* 5, 11. Educatio bellualis et aspera.

**BELLUATUS**, a, um, adj. *Pl. Ps.* 1, 2, 14. Alexandrina belluata conchyliata tapetia, h. e. belluarum imaginibus picta. V. BELLUTUS et POLYMITUS.

[**BELLULIS** et *Beluilis*, le, adj. idem ac belluinus. *Jul. Valer. Res gest. Alex. M.* 3, 88. Ac prorsus belluile [\**Cod. habet beluile. B. A.*]. saevientes. *Gloss. Philox. Belluile, θηριώδες. F.*]

**BELLUINUS**, a, um, adj. θηριώδης, ad belluas pertinens, belluae similis. *Gell.* 19, 2. Qui istis belluinis voluptatibus sese dederunt. *Prud. Cath.* 7, 114. Belluinae fauces.

**BELLULÉ**, adv. diminut. a *belle*. *Appul. Met.* 11. p. 272, 34. Liberali Deum providentia jam stipendiis forensibus bellule fatus. *Id. ib.* 10. p. 246, 23. Bellule suffarcinatus. *Id. ib.* 5. in f. Aetatem portat bellule. *Plautus* quoque hac voce usus est, teste *Festo*. [\**ut Appul., quod saepe fecit, comici vocem denuo in usum vocasse putandus sit.*]

BELLULUS, a, um, adj. pulchellus: diminut. a bellus. *Pl. Mil.* 4, 1, 42. Aedepol haec quidem bellula est. Adde *Cas.* 4, 4, 22. [*Inscr.* apud *Murat.* 1514, 3. Bellule cresce puer. *F.*]

BELLUM, li, n. πόλεμος, dissensio populorum, cum arma sibi mutuo inferunt. Olim *duellum* dictum est, ut est apud *Varr. L. L.* 6, 3, a *med.*, *Cic. Or.* 45, et *Quint.* 1, 4, ea nimirum ratione, qua a *duis* factum est *bis*, a *duonum bonum*, a *Duellona Bellona*. Putat *Festus* ductum esse a belluis, quia earum propria est dissensio. Alii tradidere *bellum* dictum esse, quia sit minime bellum. Sed haec levia sunt. [*Bellum* est quum populi armorum vi inter se decertant, sed ex jure gentium. Hinc *bellum* opponitur *latrocinio*. *V. Drak.* ad *Liv.* 21, 35, 2. idem *justum* *piumque* dicitur *Liv.* 30, 31, 4.] *Cic. Verr.* 2, 3, 18. Hae terrae, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est. *Id. Att.* 9, 10. crudelissimum et maximum. *Id. Div.* 1, 47. triste ac turbulentum. *Id. Att.* 8, 14. pestiferum. *Id. Manil.* 2. grave et periculosum. *Id. Balb.* 2. durissimum. *Suet. Caes.* 35. difficillimum. *Or. Ib.* 646. Bella aceria. *Hor. Ep.* 2, 1, 7. aspera. *Cic. Fam.* 9, 13. Commovere bellum. *Id. Att.* 9, 13. parare. *Id. ib.* 10, 4. terra et mari comparare. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 23. alere. *Cic. Off.* 1, 11. a *med.* denunciare et indicere. *Id. Sext.* 27. Magna belli contentione superare aliquem. *Id. Manil.* 20. in *f.* Administrare bellum cum aliquo, *h. e.* contra aliquem. *Sic. Id. Div.* 1, 46. gerere cum aliquo, *eodem sensu*. (*V. alia* huc pertinentia in *GERO.*) [*Haec* satis diversa sunt: bellum gerere, agere, administrare. Accurate de harum locutionum discrimine exposuerunt *Herzog.* ad *Caes. B. G.* 3, 27. *Ramshorn. Gr. Lat.* p. 586. Notabilis est in primis locus *Nep. Chabr.* 2. Chabrias multa bella in Europa administravit, quum dux Atheniensium esset. Multa in Aegypto sua sponte gessit.] *Cic. Pis.* 24. conficere, *h. e.* finire. *Id. Fam.* 7, 3. ducere, *h. e.* in longum trahere. *Id. Dom.* 23. et *Phil.* 2, 22. inferre alicui et contra aliquem. *Id. Agr.* 2, 28. facere atque instruere. *Id. Mil.* 23. et *Cat.* 3, 9, *Caes. B. G.* 3, 29., *Liv.* 1, 38. et *Nep. Dion.* 4. facere alicui. (*Hoc sensu bellum agere* dixere *Id. Nep. Ann.* 8. et *Caes. B. G.* 3, 28.) [*Vide* quae modo adnotavimus *coll. V. AGO.* Injuria *Senec. Ep.* 114. locutionem *bellum facere* pro solocismo habet. Contrarium docent *Liv.* 1, 32. *Caes. B. G.* 5, 28. 7, 2, 3, 29.] *Nep. Dat.* 8. in *f.* Sedare bellum. *Id. Hamilc.* 1. componere. *Id. Con.* 4. Bello persequi aliquem. *Id. Ann.* 3. subigere gentes. *Id. Chabr.* 2. devincere insulam. *Id. Dat.* 1. Vir manu fortis et bello strenuus. *Id. Epam.* 5. Bello exercitatus. *P. Deferre bellum ad aliquem* est belli gerendi facultatem atque imperium tradere. *Sic Dare alicui bellum.* Utraque phrasid est *Cic. Phil.* 11, 8. *P. Genitivus belli* (quemadmodum et *militiae*) significat in bello: et jungi solet cum *domi*, cui opponitur. *Cic. Off.* 2, 24. Praeterea quibuscunque rebus vel belli, vel *domi* poterunt, republicam augeant. *Sall. Jug.* 45. Paucorum arbitrio belli domique agitabatur. Adde *Liv.* 1, 36. et 3, 43. *Id.* tamen 9, 26. *sub f.* Post res tot *domi* belloque gestas [*et Drak.* ad hos locos.] *P. Si vox domi* non sequatur, pro *belli* dicimus in bello. *Cic. Fam.* 9, 5. Magis illos, qui in bello occiderunt. Adde *ib.* 12, 10. et alibi. At legitur *belli* tantum, non sequente vocabulo *domi*, apud *Ter. Heaut.* 1, 1, 60. Simul et rem et gloriam armis belli repperi. [*ubi vide Ruhk.* in dictat. p. 147.] *P. Ablativus bello* saepe significat tempore belli. *Cic. N. D.* 2, 2. Ut apud *Regillum*, bello Latinorum, cum *Postumius* cum *Octavio Mamilio* proelio dimicaret. *Id. Div.* 1, 44. Veventi bello, cum *lacus Albanus* praeter modum crevisset. Imo idem quandoque significat ac genitivus *belli*. *Liv.* 1, 33. ad *f.* Notitiamque eam brevi in familiaris amicitiae adduxerat jura, ut publicis pariter ac privatis consiliis bello domique interesset. *Drak.* *ma* vult legere *belli*. *P. Dicitur aliquando bellum navigare, ascendere* etc. *Cic. Man.* 12. Quam celementer, *Pompejo* duce, belli impetus navigavit! *Flor.* 2, 2. *Regulo* duce jam in *Africam* navigabat bellum. *Id. ib.* *Serpente* latius bello. *Id.* 4, 12. *Alpes* et *nives*, quo bellum non posset ascendere. *P. De* iis rebus, quibus bellum geritur. *Oo. Met.* 12, 24. *Permanet Aoniis Nereus* violentus in undis, *Bellaque* non transfert. *Heins.* *ma* vult legi *relaque*: fatetur tamen, in omnibus libris *bella* haberi. Huc trahi potest illud *Sili* 7, 472. Sed *victae fera bella* *Deae* vexere per aequor etc., *h. e.* arma et milites. *Stat. Th.* 9, 490. quid faciat bellis obsessus et undis? *h. e.* armis et hostibus. *P. Differt a proelio*, quod *bellum* significat totum illud tempus, quo homines sunt in armis, etiamsi cesset a conflictu: *proelium* vero est, cum acies utriusque congregiuntur: itaque *proelium* belli pars est. *Cic. N. D.* 2, 28. *Nec vero Dii* bellis proelisque caruerunt. *Id. Or.* 9. *Thucydides* et *bella* narrat et *proelia*. *Liv.* 30, 35. *extr.* *Annibal* *fas* in curia est, non *proelio* modo se, sed bello victum. *Id.* 9, 18. et *Lucil.* ap. *Non.* 5, 61. Quod

populus *R.* etsi nullo bello, multis tamen proeliis victus sit. [*Tac. A.* 2, 88. belli et proelii discrimen. *Cf. ib.* 12, 39.] Adde *Virg. A.* 11, 541. *P. Aliquando bellum pro proelio* ponitur. [*Drak.* ad *Liv.* 3, 61, 2. multis exemplis accurate examinatis docet, probis scriptoribus non dici *bellum pro proelio*, eamque consuetudinem posteriore demum aetate invaluisse, ut librarii, sui saeculi lingua abrepti, saepe hoc perperam substituerint. Idem *Drak.* *l. l.* observat infimae aetatis scriptores eo usque progressos esse, ut *bellum de certamine singulari* adeo usurpaverint. *Cf. Du Cange Gloss. med. Latin.* s. h. v.] *Varr. L. L.* 6, 3, a *m.* *Rorarii* dicti a *rore*: qui bellum committebant ante. *Justin.* 2, 12. *Artemisia* inter primos duces bellum acerrime ciebat. Adde 18, 1. in *f.* et 24, 8., *Virg. A.* 2, 439. et *Stat. Th.* 3, 666. [*Bellum*, ut *πόλεμος* saepe est *pugna*, *πολεμειν* *pugnare*. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 109. *Kuinoel.* ad *Or. Her.* 1, 69. *Jahn.*] *P. Et vicissim proelium pro bello*. *Liv.* 31, 2. Consultatio de *Macedonico bello* integra ad consules, qui in proelio cum *Bojis* erant, rejecta est. *Petr. Sat.* 89. *Decenne proelium, h. e.* bellum *Trojanum*. Adde *Justin.* 3, 6. [*Noli* putare, in his locis *proelium pro bello* positum esse, quod nunquam fit. *Proelium* idem valet quod *dimicatio*. *Sic* in loco *Liviano* *proelium* cum *Bojis* dicitur, quoniam non *justum* bellum erat, sed *dimicatio tantum s. contentio*.] *P. Pro oppugnatione*. *Liv.* 21, 8. Itaque acrius de integro obortum est bellum. *V. integr. loc.* *P. Translate.* [*Tac. H.* 3, 13. bellum interre provinciae. De legato turbas in sua provincia movente.] *Cic. Sull.* 9. *extr.* Suscipere aeternum bellum cum *improbis*. [*Liv.* 3, 24. hoc bello perfecto, *tribunicium domi* bellum *Patres* territat. De contentione *tribunicii* ibi agit. *Locutioni paulo insolentiori* occasionem videntur dedisse verba quae praecedunt *hoc bello confecto*, cui deinde alterum quasi bellum, quod *domi* gestum est, opponitur. *Miro errore verba tribunicium bellum* tanquam ex *Cicerone* petita afferuntur in *Clac. Cic. Schütz.* s. v. *Bellum*.] *Cic. N. D.* 2, 49. *Milvo* est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. *Id. Or.* 2, 37. *Philosophiae bellum* indicere. [*Cic. Fam.* 12, 22. *Bellum gerimus*, sed non pari conditione, contra arma verbis.] *Hor. Sat.* 1, 5, 7. *ventri*. *Liv.* 3, 25. *falsum* *testem* *justo* ac *pio bello* persequatur.

BELLUOSUS, a, um, adj. belluis abundans. *Hor. Od.* 4, 14, 47. belluosus qui remotis *Obstreperit Oceanus Britannis*. Adde *Arien. Ora marit.* 204.

BELLUS, a, um, adj. καλός, aptus, commodus, appositus, congruens, idoneus: diminutive factum a bonus (ut docet *Prisc.* 3. *sub f.*) [*et* 1, 7, 39. p. 556. *Jahn.*] pro quo *bonus* olim dictum fuisse, et inde *bellus*, docet *Voss.* in *Etym.* Itaque minus significat, quam *bonus*. Nam *bona* dicimus ea, quae perfectionem habent in quolibet genere: *bella* autem non item. Alii docent esse ab obsoleto *duellus*, quod idem significat. *Varr.* ap. *Non.* 4, 45. *Socius bellum* ita geris, ut *bella* omnia domum auferas. *Petr. Sat.* 25. *Bellissima* occasio. *Cic. Att.* 5, 17. *Illum pueris* locum esse *bellissimum* duximus. *Id. ib.* 13, 20. *Theatrum* quidem sane bellum habuisti, *h. e.* locum et occasionem commodam. *Id. Or.* 1, 60. *Subsidium bellissimum* existimo esse *senectuti* otium. *Id. Att.* 15, 11. *Bella* est *hujus juris* *quinquennii* licentia. *Id. ib.* 10, 14. *Haec* potius *conquire* de *Hispaniis*, de *Massilia*: quae quidem satis *bella* *Servius* affert. *Id. ib.* 4, 16. *med.* *Recordor* enim *quam bella paulisper*, nobis *gubernantibus*, *civitas* fuerit, *h. e.* quam *tranquillus* et *jucundus* *reipublicae* status [*Cic. Rep.* 2, 40. *Est* tibi *ex* *iis* *ipsis*, qui *ad* *sunt*, *bella* *copia*.] *P. Epistolam valde bellam* vocat *Cic. Att.* 4, 6. in *f.* quae *scite* *scripta* est et *apposite* ad *impetrandum*. *P. Bellum est*, commodum est, utile, *jucundum* est. *Cic. Fam.* 9, 2. *Mihi jam pridem* venit in mentem, *bellum* esse aliquo *exire*, ut ea, quae *agebantur* *hic*, quaeque dicebantur, *nec* *viderem*, *nec* *audirem*. *Id. Or.* 1, 58. *Etiam* *sine* *cognitione* *juris*, *quam* *sit* *bellum* *cavere* *malum*, *scire* *possumus*. *Id. Att.* 13, 49. *Est* *bellum* *aliquem* *libenter* *odisse*. *P. Belli cibi* dicuntur qui *suaves* et *delicati* sunt. *Ex* *qua* *notione* *bellariorum* *nomen* *ortum* est. *Ter. Ad.* 4, 2, 51. *Unumquodque*, quod *erit* *bellissimum*, *carpam*. [*Locus* est *de* *cibus*, qui *ad* *prandium* *untum* *quicquid*, quod *quidem* *erit* *bellissimum*, *carpam*. *Cf. Ruhk. dict.* p. 198.] *Colum.* 12, 19. *Vinum bellissimum*. *P. Dicitur* *nonnunquam* *de* *rebus* *afabre* *factis*. *Varr. L. L.* 7, 16. *Non* *solum* *vasa* *ad* *victum* *habilia*, *sed* *etiam* *figura* *bella*. *P. Saep* *transfertur* *ad* *mores*. *Hinc* *bellus* *homo* *dicitur*, qui *lepidus* est, *facetus*, *festivus*, *urbanus*, *blandus*, *suavis*, *ἀστεῖος*, *ἀστεῖος*, *οὐρμικρός*. *Cic. Fin.* 2, 31. *Haec* *non* *possum* *dicere*, *non* *esse* *hominis* *et* *belli* *et* *humani*: *sapientis* *vero* *nullo* *modo*. *Id. Fam.* 14, 7. *Cicero* *bellissimus* *tibi* *salutem* *plurimam* *dicit*. *Id. Att.* 1, 1. *Durius* *accipere* *hoc* *mih* *visus* *est*, *quam* *hominis* *belli*

solent. *Pl. Capt.* 5, 2, 3. *Fui* *ego* *bellus*, *lepidus*; *bonus* *vir* *nunquam*. [*ubi* *vides* *quantum* *intersit* *inter* *bellus* *et* *bonus*. *Illud* *refertur* *ad* *externam* *formam* *morumque* *elegantiam*, *hoc* *ad* *indolem*.] *Id. Merc.* 4, 5, 10. *Tuus* *pater* *bellissimus* *amicam* *adduxit* *intro* *in* *aedes*. *εἰσενεὶκος*. Adde *ib.* 4, 1, 22. *Jocus* *est* *in* *illo* *Mart.* 1, 10. *Bellus* *homo* *et* *magnus* *vis* *idem* *Cotta* *videri*: *Sed* *qui* *bellus* *homo* *est*, *Cotta*, *pusillus* *homo* *est*. *bellus* *enim* *cum* *sit* *diminutivum* *a* *bonus*, *ut* *dictum* *est*; *diminutiva* *autem* *de* *rebus* *parvis* *dicantur*, *non* *potest* *idem* *et* *bellus* *et* *magnus* *esse*. [*Locus* *est* *notatu* *dignus* *apud* *Cic. Att.* 5, 10. *haec* *ipse* *fero* *quidem* *fronte* *ac* *vultu* *bellis*, *sed* *angor* *intimis* *sensibus*, *h. e.* *vultu* *meo* *non* *prodo* *animi* *auxietatem* (*ich* *mache* *äusserlich* *eine* *gute* *Miene* *dazu*).] *P. Bellus* *quoque* *est*, *qui* *bene* *se* *habet*, *et* *sano* *corpore* *ac* *mente* *hilari* *est*. *Cic. Fam.* 16, 18. *Fac*, *bellus* *revertare*. Adde *Pl. Curc.* 1, 1, 20. *Hinc* *belle* *habere*, *hoc* *est* *valere*. *V. BELLE*. *P. Dicitur* *de* *rebus* *in* *speciem* *elegantibus* *et* *ingeniosis*. *Mart.* 2, 7. *Historias* *bellas*, *carmina* *bella* *facis*. *P. Bella fama* *est* *bona* *fama*. *Hor. Sat.* 1, 4, 114. *P. Refertur* *aliquando* *ad* *pulcritudinem* *corporis*, *ὀραῖος*: *sed* *hoc* *saepius* *apud* *poetas*. [*Cic. Att.* 6, 4. *Puella* *Caecilia* *bellissima*.] *Varr.* ap. *Non.* 4, 45. *Quid* *enim* *est*, *quod* *homo* *masculus* *lubentius* *videre* *debeat*, *quam* *bellam* *uxorem*? *Pl. Asin.* 3, 3, 84. *Nimis* *bella* *es* *atque* *amabilis*. *Id. Rud.* 2, 5, 6. *Accipe* *aquam*, *mea* *tu* *bella*. *Mart.* 2, 87. *Dicis* *amore* *tui* *bellas* *ardere* *puellas*. Adde 1, 65. et *Or. Amor.* 1, 9, 6. *P. Comp. Bellior* *perarrum* *est*. *Varr.* apud *Non.* 2, 74. *In* *quo* *Graeci* *belliores*, *quam* *Romani* *nostri*, *h. e.* *meliores*, *ut* *ipse* *Non.* *exponit*. [*Scilicet* *bellior* *obsoleta* *forma* *est*, *ex* *qua* *melior* *ortum* *videtur*. *Döderl. Syn.* 1. p. 45.] *Sup. Bellissimus*. *V. supra*.

BELLUTUS, bellucae similis. *Festus*. *Suspica* *Voss.* in *Etym.* *legendum* *esse* *belluatus*. *At* *potius* *idem* *est* *ac* *vellutus*, *qui* *nempe* *ob* *pilorum* *densitatem* *ac* *prolixitatem* *bellucae* *similis* *est*. *V. VELLUTUS*.

BELLUUS, a, um, adj. belluinus, θηριώδης. *Legitur* *tum* *in* *Gloss. Isid.*, *tum* *apud* *August. Gramm. c. de partic.* p. 1012.

BELLO, as, n. idem quod balo. *Varr. R. R.* 2, 1. *V. BALO*.

[BELOACOS seu Belotocos, herba, alias dicta *mmus*. *Appul. Herb.* 62. *F.*]

\*BELON vel Baelon, Βελών, Βαλιών, oppidum (cum fluvio cognomine) in Hispania Baetica, ubi initium freti Gaditani. *Plin.* 3, 1. ubi *Belon* legitur. *Belo, onis*, habet *Mela* 2, 6. et ablativus *Belone* occurrit apud *Plin.* 5, 1. *B. A.*

BELONE. *V. BELLONE*.

\*BELSINUM, i, oppidum in Hispania Tarracoenensi, non procul ab Ibero flumine, interque Bilbilimque oppidum. Meminit *Ptol.* Fortasse idem est quod *Balsio* audit *Anton. Itin.* *B. A.*

BELUA cum derivatis. *V. BELLUA*.

BELLUNUM et Bellunum, i, n. urbs Venetiae in Marchia Tarvisina ad Plavim fluvium, h. *Belluno*. *Plin.* 3, 19, 23. [*Inscr.* ap. *Oderic. Syllog.* p. 196. *M. Orejus* *M. F. Pap.* *Secundus* *Belluno*. *F.*]

BELUS, li, m. Βήλος, per simplex l, Nembroth filius Chusan, nepos Cham, pronepos Noe, pater Nini, primus rex Assyriorum, ita nominatus a sole, qui illorum lingua *Bel* dicitur. Huic vita functo templum crexere *Babylonii* et *divinis* honoribus illum coluere. Alii illum *Saturnum*, alii primum *Jovem* appellant. *P. Alius* item fuit cognomento *Priscus*, filius *Epaphi*, nepos *primi* *Jovis*, frater *Libyes*, quae *ex* *Neptuno* *Basiridem* peperit, pater *Danai*, *Aegypti*, seu *Aegisthi*, et *Aegnoris*, avus *Phoenicis*, proavus *Beli* junioris, et *Philisthenis*, qui *Sichaeum* genuit *Didonis* maritum. *Dominatus* est in *Aegypto*, ubi *verum* *caelestium* *scientia* *inventum* *templum* *meritus* *est* *Babylone*, nomine *Jovis* *Beli*. *Sunt* *qui* *Belum* *Priscum* *Jovem* *secundum* *existunt*. *Ab* *illius* *nomine* *quingenta* *Danai* *filiae* *Belides* *appellatae* *sunt*. *P. Est* *etiam* *hoc* *nomine* *parvus* *fluvius* *in* *Phoenice*, qui *et* *palude* *Cendevia*, a *radicibus* *Carmeli* *profluit*, *vitri* *fertiles* *arenas* *parvo* *litori* *miscens*. *Plin.* 5, 19, 17. *P. Est* *etiam* *gemma* *Beli* *oculus* *dicta*, *quam* *vulgo* *felis* *oculum* *appellant*, *albicanti* *colore* *pupillam* *cingens* *nigram*, *et* *e* *medio* *aureo* *fulgore* *lucentem*. *Id.* 37, 10, 55.

\*BEMBINATIA (sc. regio), alias *Nemea* dicta, in *Peloponneso* fuit, in *Argolide*. *Plin.* 4, 6. *B. A.*

\*BEMMARIS, Syriae oppidum, in *Cyrrhastica*. *Anton. Itin.* *B. A.*

BENACENSIS, se, adj. ad *Benacum* pertinens. *Benacenses*, *ium*, *Benaci* *accolae*. *Inscr.* ap. *Grut.* 260, 2. etc.

BENACUS, i, m. Lago di Garda, Βηνάκος, lacus Venetiae in finibus *Cenomanorum*, inter *Brixiam* et *Veronam*, ex quo *Mincius* *fluvius* *effusus* *Mantuam* *defertur*. *Plin.* 2, 103, 106. *Virg. G.* 2, 160. *teque* *Fluctibus* *et* *fremitu* *adsurgens* *Benace* *marino*.

\*BENDIDIUS, a, um, adj. ad *Bendin* pertinens,

quae lingua Thracum Diana seu Luna erat, ut narrat Hesych. *Bēdis ἢ Ἀρτεμὶς Θρακικῶν. Παρὰ δὲ Ἀθηναίους ἰσογῆ Βενδίδεια.* In honorem hujus Deae feriae Athenis Bendidia vocabantur; nam ejus sacra ex Thracia adsciverant Athenienses, et in Piraeo celebrabant vigesimo die mensis Thargelionis. *Liv. 38, 41.* Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit. Hic *Livius* narrat bellum quod Cn. Manlius consul Thracibus intulerat. *B. A. et F.*

**BENĒ,** καλῶς, *eu*, recte, probe, cum ratione: adverbium ab antiquo et obsoleto *benus*, quo pro *bonus* usus fuisse veteres, tradunt etymologi: quemadmodum et *homo* pro *homo*, et *Apello* pro *Apollo* dixere. Latissime autem patet ejus vis et significatio: dicitur enim de omnibus iis rebus, quae aliquo modo bona sunt. *Ter. And. 1, 1, 78.* O factum bene! *Id. Hec. 3, 5, 6.* Bene factum, te advenisse, Pamphile. *Id. Ad. 5, 8, 25.* Bene facere aliquid alicui. *Pl. Asin. in f. sibi. Cic. Att. 1, 24.* Bene fecit Silius, qui transegerit. *Gell. 5, 3.* Ingenium bene faciendi habere. [\*i. e. voluntatem in alios beneficia conferendi promtam.] *Cic. Att. 13, 6.* Quod coheredes convenisti, plane bene. *Id. ib. 33.* Sane bene narras. *Id. Fam. 1, 8.* Rem valde bene gerere. [\**Liv. 28, 9, 7.* bene et feliciter rem gerere. Cf. infra sub f. *Id. 31, 48, 12.* rempublicam bene gerere.] *Ter. Ad. 5, 8, 30.* Bene et sapienter dicere. *Id. Andr. 2, 2, 36.* Bene mones. *Id. Ad. 3, 4, 70.* Bene praecipere aliquid. *Id. Andr. 1, 1, 145.* adsimulare nuptias. [\**Id. ib. 1, 1, 104.* bene dissimulatum amorem.] *Bene est docte, perite, callide, opponitur male dissimulatus. Ruhnck. dict. ad Ter. p. 21.] Ter. Hec. 3, 5, 11, et Cic. Tusc. 5, 5, vivere. [\*i. e. recte vivere. Tac. A. 6, 48, bene usus est morte, i. e. bene fecit s. recte egit, quod mortem sibi intulit. At Cic. Fin. 2, 8, bene vivere, i. e. vitae comoditatibus frui, jucunde vivere.] *Pl. Asin. 1, 3, 23.* agere cum aliquo. *Id. Most. 1, 3, 82.* loqui in aliquem. *Ps. 4, 3, 7.* velle alicui. *Virg. A. 4, 316.* Si bene quid de te merui. *Cic. Sen. 14, in f. Viri prudentes et bene instituti. Et ib. 16.* Ager bene cultus. *Id. Fat. 15.* Viator bene vestitus. *Caes. ad Cic. post. ep. 16, l. 9. ad Att. Bene cognitus. Cato R. R. 130.* Ligna neque fumosa erunt et ardeunt bene. *P Bene dicere alicui. V. in BENEDICO. P Bene mereri, bene audire. V. in MEREOR, AUDIO. P Bene vendere aut emere, [\*i. e. ita emere aut vendere ut quaestum inde facias.] *Pl. Curc. 4, 2, 34. et Pers. 4, 4, 38.* [\*Ceterum non *Plautus* tantum hac locutione usus est, sed locum habet in vulgari sermone. Saepius igitur reperitur in libris jure consultorum. Apud eosdem etiam frequenter dicitur *bene collocare pecuniam*, i. e. tuto s. bonis nominibus collocare. Porro *bene credere*, i. e. sine ullo periculo et damni metu, cui contrarium est *male credere.*] *P Bene esse alicui est eum bene tractari, bene cum eo agi, pulere esse. Pl. Curc. 4, 2, 31.* Quaeso, ut hanc cures, bene ut sit isti. *Id. Ps. 4, 7, 36.* Qui neque tibi bene esse patere, et illis, quibus est, invidet. *Id. Men. 3, 2, 20.* Minore nusquam bene fui dispendio. *Hor. Ep. 1, 1, 88.* jurat, bene solis esse maritis. *P Bene esse alicui aliqua re est abundare. Hor. Sat. 2, 2, 120.* bene erat, non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque haedo. *Pl. Cas. 2, 3, 37.* Ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo, vestimentis. *P Bene habere est bene vivere, bene se tractare. Pl. Mil. 3, 1, 129.* Huic homini dignum est divitias esse, qui et rem servat, et qui bene habet, suisque amicis vult bene. *Id. Aut. 2, 8, 2.* Ut bene haberem filiae nuptias. *P Item bene nobiscum agitur, res nobis bene procedunt. Cic. Att. 2, 8.* Bene habemus: nos, si in his spes est, opinor, aliud agamus. Est autem hoc loco ironia. *P Bene, aut male habere aliquem. Pl. Men. 5, 2, 50. et 4, 1, 11.* *P Bene est, bene habet. Cic. saepe in principibus epistolar. Si vales, bene est; ego valeo. Id. Mur. 6.* Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis. *Liv. 8, 6.* Bene habet: Dii pium movete bellum. *Juven. 10, 72.* bene habet: nil plus interrogo. *Stat. Th. 11, 557.* bene habet: non irrita vovi. Sic *Ter. Ph. 2, 3, 82.* Bene habent tibi principia, *h. e.* succedunt. *Pl. Ps. 4, 1, 24.* Ornatus hic satis me concedet? *Pseud. Optime habet. P Bene facis est approbantis, laudantis et gratias agentis. [\*Liv. 6, 18, 9, bene facitis, quod abominamini.] Ter. Eun. 5, 9, 61.* Bene fecisti: gratiam habeo maximam. *Id. ib. 1, 2, 106.* Merito te amo. *Ph. bene facis. Ubi Don.: in consuetudinem venit, bene facis et bene fecisti non judicantis esse, sed gratias agentis. [\*Etiam bene dicitur est gratias agentis; contra male dicitur querentis et indignantis. Bentl. ad Ter. Andr. 4, 4, 15.] P Bene facere dicuntur etiam medicamenta, quae prosunt et sanant. Cato R. R. 157.* Id bene faciet et mali nihil sinet in corpore consistere. *Scribon. Compos. 1.* Ad capitis dolorem bene facit serpyllum. *Adde ib. 5, 9, 13, 41, 42.* etc., ubi etiam *benefacit* junctis vocibus scriptum legitur. [\*Etiam *belle facere* in hunc sensum dicitur.**

*ter. V. belle.] P Frequenter bene locum habet in plausibus et acclamationibus. Cic. Or. 3, 26.* Bene et praeclare quamvis nobis saepe dicitur: *belle et festive nimium saepe nolo. V. BELLE.* *P Item in precationibus et ominibus, quae a bibentibus fieri solent: cum accusativo aut dativo. Or. Fast. 2, 636.* Parca precaturae sumite vina manus, Et, bene nos, patriae, bene te, pater, Optime Caesar, Dicite: suffuso sint rata verba mero. *Pl. Pers. 5, 1, 20.* Bene mihi, bene vobis, bene amicae meae. *Adde Stich. 5, 4, 27, Tib. 2, 1, 31. et Or. Art. Am. 1, 601.* *P Interdum accipitur pro large, liberaliter. Sall. Cat. 42.* Bene polliceri. [\**gute Versprechungen machen. V. Herz. ad h. l.] Pl. Men. 1, 2, 12.* Lanam, aurum, vestem bene praebere. *P Item pro prospere. Cic. Div. 2, 17.* Quae autem inconstantia Deorum, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? *Pl. Truc. 2, 4, 33.* Cumque bene provenisti salva, gaudeo. *Cato R. R. 141.* Quod bene eveniat. *P Item saepe pro valde. Cic. Att. 14, 7.* Litterae bene longae. *Id. Tusc. 2, 19.* Dolor bene plane magnus. [\**ubi nota bene cum alio adverbio conjunctum. Id. Verr. 2, 2, 70.* bene penitus in istius familiaritatem se dedit.] *Id. Fam. 10, 33.* Inermes bene multi. *Id. Att. 4, 9.* Bene mane haec scripsi. *P Jungitur eleganter cum aliis adverbis. Cic. Phil. 5, 15.* Republica et bene et feliciter gesta. *Id. Fam. 5, 12.* Bene et naviter esse impudentem. *Pl. Most. 3, 2, 129.* Bene benigneque facere. *Id. Cas. 5, 1, 1.* Bene et comode accipere aliquem. *Sall. Cat. 55.* Bene et composite disserere. *Plin. in Paneg. Bene ac sapienter majores instituerunt. P Gradus hujus adverbii melius, optime. V. suis locis.*

**BENEDICE,** adv. *εὐφημῶς, εὐχρόως*, bonis et lenibus verbis. *Pl. Asin. 1, 3, 54.* Cum illiciebas me ad te blande ac benedice.

**BENEDICO** et Bene dico, is, xi, ctum, a. 3. *εὐλογέω*, bene de aliquo loquor, laudo. *Cic. Sext. 52.* Cui bene dixit unquam bono? bene dixit? immo quem fortem et bonum civem non petulantissime est insectatus? *Or. Trist. 5, 9, 9.* Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector. *P Quidam his locis benedico scribunt junctis vocibus: rectius tamen divisim scribitur. Hinc interjectis etiam aliis verbis usurpari solet. Pl. Mil. 4, 8, 31.* Omnes bene valete, et vivite: bene, quaeso, inter vos dicatis, et mihi absenti tamen. *Id. Rud. 3, 2, 31.* Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant, precor. *P Bene dicere absolute est bona verba dicere, et boni ominis, εὐφημεῖν. Pl. Asin. 3, 3, 155.* Heja bene dicite: ite intro cito, valete. *Id. Aul. 4, 10, 57.* Bono animo es, et benedice, *ἀγαθῶς pro benedic. Id. Cas. 2, 5, 38.* Quid si sors aliter, quam voles, evenerit? *St. benedice: Dii sum fretus: Deos sperabimus. Bona verba quaeso dicebant hoc eodem sensu. P Bene dicere pro ornate dicere, semper divisim scribendum est. Cic. Or. 2, 2, et ib. 1, 6.* *P Reperitur etiam cum accusativo, sed apud inferioris aevi scriptores: atque hoc sensu fere junctim scribitur. Appul. Trismeg. sub f. Restat hoc solum nobis, ut benedictentes Deum, orantesque, ad curam corporis redeamus. Et passive. Tert. Or. 3.* Benedicere Deum omni tempore concedet ob debitam memoriam beneficiorum ejus. *Adde Sulpic. Sever. Hist. sacr. 1, 5.* *P Hinc particip. benedictendus. Appul. l. c. Nomen unum, quo solus Deus benedictendus. P Pro consecrare, sanctum reddere. Lact. 7, 14.* Perfectis operibus, requievit die septimo, eumque benedixit. *Sulpic. Sever. De vita S. Martini, dial. 2, c. 2.* Cum altarium benediceret. *P Sunt qui putant cum accusativo legi etiam apud Tib. 2, 1, 31.* Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat. Sed illud *bene Messalam* formula est bene precantis, in computationibus usurpata. *V. in BENE sub f.*

**[BENEDICTĀ,** ae, f. Est nomen dignitatis, sive gradus in sacris Mithriaciis. *Inscr. ap. Don. 79, 1.* Claudia Januaria benedicta sacrorum hic sita est. *F.]*

**BENĒDICTĪO,** onis, f. *εὐλογία*, actus benedictendi, laus. *Appul. Trism. p. 92, 11.* Deus ab hominibus laudum praeconiis, benedictionibusque celebratur. *Adde Tert. Testim. anim. 2.* *P Quemadmodum apud Graecos εὐλογία aliquando sumitur pro re benedicta et consecrata, ita apud Christianos scriptores benedictio. Hinc Paulin. Nolan. ep. 32, c. 8.* benedictionem crucis vocat frustum sanctae crucis pro sacra reliquia asservatum. *P Et quemadmodum eadem εὐλογία donum aliquando significat, ita et benedictio. Sulpic. Sever. De vita S. Martini, dial. 2, c. 12.* Dicens, benedictionem illius minime respiciendam, quae etc.

**BENĒDICTUM** et Bene dictum, i, n. *εὐλογία*, bona verba. *Ter. Ph. prol. 20.* Benedictis si certasset, audisset bene. *Pl. Curc. 4, 2, 27.* Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico: verum si dignis dicitur, benedictum est, meo quidem animo. *Adde Pers. 4, 3, 25.* *P Benedictum pro benedictione. Paulin. Nolan. Ep. 43, c. 4.* Ut ficus quae sterilis fuerat benedicto Domini, fieret

arida maledicto. *P Bene dictum, recte, prudenter, aut ornate dictum. Cic. Brut. 93.* Philosophia mater omnium benefactorum, beneque dicatorum. *Pompon. Dig. 1, 2, 2. ad f. Cascellii scripta non exstant, nisi unus liber Bene dicatorum.*

**BENĒDICTUS,** a, um, part. ex *benedico*, consecratus, sanctus, *εὐλογητός*, apud Ecclesiae scriptores. *Hieron. Vit. Hilar. a med. Oleum benedictum. Tert. Martyr. 1.* Benedicti martyres. *P Item laudatus, hoc est, de quo bene loquuntur homines. Inscr. ap. Grut. 875, 3.* Hic super ossa, cineresque tuos benedicta quiescis. *P Herba benedicta dicitur ab Appul. Herb. 61.* quae *lagopus* et *leporinus pes* appellatur.

**BENĒFACĪO** et Bene facio, is, eci, actum, a. 3. *εὐποιῶ, εὐεργετῶ*, boni aliquid facio, bene meo, beneficium confero. *Cic. Inv. 1, 55.* Quod ab iis, a quibus minime conveniat, male tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus. *Pl. Poen. 3, 3, 22.* Malo si quid bene facias, id beneficium interit. *Id. Trin. 5, 2, 4.* Si quid amicum erga bene feci. *Id. Mil. a. 5, v. 27. et Pers. 4, 3, 18.* Dii tibi benefaciant. *P Bene facere* pro recte facere, fere divisim scribitur. *V. in BENE. P Benefacere ad aliquid junctis vocibus, usurpatur de medicamentis, quae prosunt et sanant: et saepissime legitur apud Scribon. ut in BENE indicavimus. Sic benefacientes compositiones apud Eund. in perorat.*

**BENĒFACĪO,** onis, f. *εὐεργεσία*, actus benefacendi, beneficium. *Tert. c. Marcion. 4, 12. sub f.* Ipsum sabbati diem benedictionem patris a primordio sanctum, benefactione sua efficit sanctionem.

**BENĒFACTOR,** oris, m. *εὐεργετής*, qui benefacit. *Coripp. Laud. Anast. Quaest. 19.* fons maximus aulae Communis benefactor herus. *Adde Laud. Justin. 1, 314.*

**BENĒFACTUM** et Bene factum, i, n. beneficium, *εὐεργεσία.* Adhibetur fere in plurali numero. *Enn. ap. Cic. Off. 2, 18.* Benefacta male locata, malefacta arbitror. *Pl. Capt. 5, 1, 20.* Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere. [\**Hac significatione tantum apud poetas reperies. P Item recte, prudenter, honeste, fortiter factum. Cic. Sen. 3. in f. Conscientia bene actae vitae, multorumque benefactorum recordatio. [\*Id. Tusc. 2, 25.* omnia benefacta in luce se collocari volunt.] *Prop. 2, 1, 24.* Cimbrorumque minas et benefacta Mari. *Sall. Jug. 87.* Benefacta mea reipublicae procedunt. *Marius ipse loquitur. [\*Rectius ex meo judicio haec significatio primo loco ponitur.]*

**BENĒFACTUS** et Bene factus, a, um, part. a *benefacio*, recte et sapienter factus, perfectus. *Cic. Univ. 13.* Nisi quatenus ipse (*humanus animus, vel homo*) benefactus, sua culpa sibi aliquid miseriae quaereret. *Al. leg. beneficium sua culpa: al. beneficium suo, h. e. culpa sua.*

**BENĒFICE,** adv. cum beneficentia, liberaliter, benigne. *Gell. 17, 5. ad f. Benefice liberaliterque facere.*

**BENĒFICENTĪA,** ae, f. *εὐεργεσία*, benignitas, liberalitas, propensio ad benefaciendum et bene merendum. *Cic. N. D. 1, 43.* Quid enim est melius, aut quid praestantius bonitate et beneficentia? [\**ubi beneficentia est studium aliis bene faciendi. Id. Or. 2, 84.* Virtutes in moribus hominum et quadam comitate et beneficentia positae. Ubi significat recte agendi studium praesertim erga alios, quo continentur elementia, justitia, benignitas, alia. Quo sensu rectius scriberetur *beneficentia. V. Forc. in seqq.] Id. Off. 1, 7.* Justitiae conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. (*Beneficentia hoc loco legitur in quibusdam MSS.; est enim a beneficiens ea ratione, qua ab efficiens efficiuntur fit, et a despiciens despicientia. Consuetudo tamen in beneficentia medium i extrivit; recte enim deducitur a beneficius.*) *Tac. A. 12, 20.* Uti beneficentia adversus aliquem.

**BENĒFICIARIUS,** ii, m. *εὐεργετούμενος*, qui beneficium accipit. In militia *beneficarii* dicuntur, qui ad militarem aliquem gradum aut commodum beneficio tribuni, praetoris, proconsulis, aut consulis alteriusve magistratus promoti sunt. *Caes. B. C. 1, 75.* Petrejus (*qui legatus Pompeji erat*) cum praetoria cohorte barbarisque equitibus, beneficariis suis, quos suae custodiae causa habere consueverat, improvise ad vallum advolat. *Veg. Milit. 2, 7.* Beneficarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum. *Inscr. ap. Grut. 525, 3. L. Aufidio Felici B. F. Cos. etc., h. e. beneficiario consulis. Alia ib. 130, 5. P. Aelius Veranus B. F. Proc., h. e. beneficiarius proconsulis. Alia ib. 555, 4. L. Octavius L. F. Pob. Marcellinus beneficiarius Praetor etc. Ib. 393, 5. C. Coelio Aniceto Mil. Coh. II. Pr. sing. Trib. spe beneficiar. etc., h. e. cui tribunus promiserat, eum se promoturum. P Dicebantur etiam *beneficarii*, qui militaris muneris vocationem praemii loco acceperant, ut est apud *Paul. ex Festo.* De quibus intelligendum quidam putant illud *Caes. B. C. 3, 88.* Cohortes evocatorum circiter duae, quae ex*

beneficiarii superiorum exercituum ad eum conveniant. In loco Pauli allato ubi legitur: *Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio*; sententia obscura videtur Lips. De mil. Rom. 5, 6. Quare legendum putat, qui vacabant muneribus, beneficio (quin potius lege munere, ducis beneficio). Docet autem, duo fuisse immunitum genera in militia: unum eorum, qui ex lege et more ab opere faciundo vacabant, ut tribuni, centuriones, equites, veterani, evocati: alterum eorum, qui beneficio imperatorum eam immunitatem obtinebant, quos *beneficiarios* hoc loco Paulus vocat. [\*Nomen assumebant ab eo, cujus beneficio illam immunitatem fuerant consecuti. V. Grut. Inscr. p. 458. 4. 445. 4. 1102. 2. Ceterum istud beneficium ratum non fuisse, nisi, simul ac in urbem venirent, apud aerarium profiterentur ostendit Casaub. ad Suet. Tib. 12.] P Hujusmodi beneficiarii militaribus varia officia posterioribus temporibus assignata fuisse leguntur. Nam et exhibitio cursus publici, et vectigalium exactio, reorum conquisitio, et alia id genus munera iis demandabantur, ut est apud Tert. Fug. in persec. 13, Cod. Theod. 8, 4, 7. et Spart. Hadr. 2., ubi V. quae adnotavit Salm. [\*Reines. ad Inscr. p. 524.] P Praeter milites, qui muneris vacationem acciperent, dicti sunt etiam, ut aliquibus placet, *beneficiarii* quicumque magistratibus et curatoribus negotiorum publicorum apparebant; quo sensu vox haec nihil militare sonat. [\*Nimirum quum beneficiarii plerumque in urbe vel in provinciis in magistratum vel ducum, quorum beneficio immunitatem obtinebant, comitatu essent, factum est inde, ut beneficiarii, tempore procedente, dicerent magistratuum officiales, adiutores, apparitores.] Hoc vero colligi videtur ex iis, quae scribit Plin. ad Traj. ep. 10, 36. Maximus libertus et procurator tuus, Domine, praeter decem beneficiarios, quos assignari a me Gemellino, optimo viro, jussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites. Plinius enim de Virbio Gemellino loquitur procuratore Augusti ad comparationem frumentorum; quo in munere a Maximo ejusdem Augusti liberti adjuvabatur, ut apparet ex Trajani responso ejusd. lib. ep. 37. Verum hoc etiam in loco beneficiarii militares, h. e. milites, qui a munere vacabant, intelligi possunt, quibus, uti diximus, alia atque alia hujusmodi officia posterioribus temporibus demandata sunt; videturque proinde hoc verbum ad eos semper referri, quibus stipendia dabantur vel ob honestiorem in militia locum, in quo alicujus beneficio essent, vel ob exactam de more ac secundum leges militiam, vel ob immunitatem a militia muneribus imperatorum dono acceptam. F.]

[BENEFICIOSUS, a, um, adj. beneficia largiens. Not. Tir. p. 56. Beneficiosus, beneficiarius. F.]

BENEFICIUM, ii, n. εὐεργεσία, εὐεργετήματα, benevola actio dantis aliquid liberaliter juvandi causa, benefactum, munus, meritum. Quomodo differat beneficium ab officio, et a ministerio, statuit Sen. Ben. 3, 18. Sunt qui ita distinguunt, quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria. Beneficium esse, quod alienus det: officium esse filii, uxoris et earum personarum, quas necessitudo suscitatur, et ferre opem jubet: ministerium esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quae praestat, imputet superiori. [\*Opponitur maleficium. Cic. ad Fam. 6, 5. Praestat beneficium quam maleficium memorem esse. V. Drak. ad Liv. 37, 1, 2.] Cic. Fam. 13, 8. Dare beneficium alicui. Id. ib. 8, 8. Dare alicui aliquid pro beneficio. Id. Off. 1, 15. ad f. Deferre beneficium. Et ib. 14. in f. conferre in aliquem. Et ib. 2, 20. collocare apud aliquem. Id. Fam. 13, 54. ponere apud gratos homines. [\*Id. Fin. 2, 35. Non si tuam ob causam cuiquam commodes beneficium illud habendum est, sed foeneratio.] Id. Agr. 1, 4. ad f. Allicere aliquem beneficio. Id. Planc. 33. complecti aliquem. Id. ad Quirit. 5. Ornare aliquem maximis beneficiis. Coel. ad Cic. Fam. 8, 12. Debere alicui magna beneficia. Petr. Sat. 126. Effice, ut beneficium debeam. Sall. Jug. 9. Vincere aliquem beneficiis. Ter. Ad. 2, 3, 1. Accipere beneficium ab aliquo. Id. ib. 1, 1, 47. Adungere sibi aliquem beneficio. Id. Heaut. 2, 4, 14. devincire aliquem. Cic. Fam. 13, 4. Obligare sibi aliquem beneficio in perpetuum. Id. Verr. 2, 2, 11. Deferre aliquid alicui in beneficii loco, h. e. tribuere alicui aliquid beneficii nomine. Sic Id. ib. 5, 48. Petere aliquid ab aliquo in beneficii loco. Liv. 4, 7. ad f. Tribuni plebis certamen sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. Cic. Verr. 2, 3, 48. Impetrare aliquid in summo beneficio. Id. ib. Concedere aliquid alicui beneficii gratiaeque causa. Id. ib. 83. Concedere aliquid alicui per beneficium et gratiam. [\*Plurali numero apud Cic. Manil. 24. Ego me hoc honore (praeturae) praeditum, tantis vestris beneficiis affectum statui, Quirites etc., de studiis civium, honores suffragiis suis deferen-

tium. Suet. Claud. 15. beneficia liberorum sunt comoda, quae patribus ob plures liberos susceptos conceduntur. V. Brem. ad h. l.] P Beneficium est idem ac bonum factum, [\*καλοῦ ποιοῦν.] Cato R. R. 5. Si villicus passus erit familiam male facere, dominus impune ne sinat esse; pro beneficio gratiam referat, ut aliis recte facere libeat. P Beneficium alicui facere legitur apud Gell. 7, 20. P Facere aliquid beneficii sui est aliquid ita administrare et distribuere, ut tanquam beneficium ab aliis accipiatur. Justin. 13, 4. Reversus inde inter principes provincias dividit, simul ut et removeret aemulos, et munus imperii beneficii sui faceret. P Ablativus beneficio eleganter ponitur pro per beneficium, per auxilium. Cic. Fam. 11, 22. Nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. Id. Q. Fr. 1, 1, 1. in f. Nostri consulatus beneficio se incolentes fortunas habere arbitrantur. Caes. B. G. 1, 53. Sortium beneficio se esse incolumem. [\*Etiam Cic. Q. Fr. 1, 1. sortium beneficio.] Quint. 3, 1. Gorgias Leontinus beneficio longissimae aetatis cum multis simul floruit. P Saepae apud Jctos accipitur pro privilegio, aut jure. Triphon. Dig. 48, 5, 42. Beneficium aulorum. Ulp. ib. 29, 1, 3. Qui voluit jure comuni testari, statim beneficio militari renunciavit. Modestin. ib. 3, 3, 18. Beneficium religionis. P Est etiam militaris vox, et significat promotionem ad aliquem militiae gradum, vel commodum, quod qui adepti essent, beneficiarii dicti sunt. Ideo autem beneficium vocatur, quia ex gratuita promotionis benignitate provenit: nam si virtute sua quis ad altiores ascendat gradus, minus proprie beneficium id dicitur. Hirt. B. Afr. 54. Cum ordines in meo exercitu beneficio, non virtute consecuti, ita vos gesseritis etc. Tac. H. 1, 25. Primores militum, per beneficia Nymphidii, ut suspectos stimulant. Id. ib. 4, 48. Aequatus inter duos beneficiorum numerus, [\*i. e. numerus locorum militarium, quae assignabantur arbitrio proconsulis, inter utrumque ita dividebatur, ut uterque totidem crearet. Haec sunt Ernestii ad h. l. verba, cujus error annotationem legas, qua vulgaris multorum error corrigitur, qui diversis vocis beneficii significationes confundunt.] Suet. Tib. 12. Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones, [i. e. a se ad centurionatum promotos. Cf. Lips. ad Tac. H. 4, 48. De beneficiariis est etiam Casaub. et Salm. ad Spart. Adr. 2. quos laudat B. Crus. in cl.] P Usurpat etiam generatim pro jure et facultate promovendi seu eligendi aliquem ad aliquod munus: item pro ipsa promotione sine electione. Cic. Amic. 25. Meministis quam popularis lex de sacerdotibus C. Licinii Crassi videbatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferbatur. Id. Phil. 2, 36. Ne qua post idus Martias immunitatis tabula, neve cuius beneficii fingeretur. Adde Liv. 9, 30. P Praeterea beneficium dictum opera laudabiliter impensa in rempublicam ab eo, qui magistratui in provincia praesto fuisse, diligenterque inservisset. Ipse autem magistratus in Urbem reversus hujusmodi bene meritum nomina deferre ad aerarium solebat tum honoris, tum commendationis causa, ut prodesset illis aliquando quod publicae rei adiutores fuissent. Cic. Arch. 5. Et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo praetore et consule. Id. Fam. 5, 20. Quod scribis de beneficiis, scito, a me et tribunos militares et praefectos et contubernales dumtaxat meos delatos esse etc. V. AERARIUM. Liv. 9, 30. Ut tribuni XVI. a populo crearentur, quae antea dictorum et consulum ferme fuerant beneficia. P Liber beneficiorum, cujus meminit Hygin. Limit. constit. p. 193. Goes., erat, in quo prescripti erant agri beneficio principis concessi, aut assignati coloniis. Hic liber dictus est etiam beneficium. Arcad. Aug. inter var. auctor. De limit. ib. p. 260. Qui beneficium nostrum legerit, hoc observet etc. Huc pertinet servus a commentariis beneficiorum in Inscr. ap. Grut. 578, 1., qui commentarii non solum, quot agros princeps concessisset, sed alia quaecumque largitus esset, continere poterant. P Beneficium et Poenam Deos esse, credi voluit Democritus, teste Plin. 2, 7, 5. P Denique beneficium per quandam ironiam pro maleficio, fraude, culpa, malitia ponitur. Ulp. Dig. 39, 2, 40. Consequens est dicere detrimentum hoc, quod beneficio ejus contigit, ipsum sarcire debere. Id. ib. 47, 2, 47. Res quae beneficio furis abfuit. [\*Rectius dixeris beneficium latiore significato de facti occasione poni. Quo sensu ut usurparent Jcti hanc vocem, iis locutionibus permotus videntur, de quibus supra dictum beneficium sortium etc. Omnem autem ironiam a legibus abesse debere, non est ut multis ostendatur.] P Huc pertinere quidam putant Inscr. ap. Grut. 687, 5. Mater misera et in luctu aeternali beneficio novercae. Sed verius est beneficio scriptum esse pro veneficio. Nam saepe b et v in lapidib. commutantur.

BENEFICUS, a, um, adj. εὐεργετής, εὐεργός, qui bene alicui facit, benignus, liberalis. Cic. Leg. 1, 18. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causa

benigne facit? Id. Off. 1, 14. Qui gratificantur cuiquam quod obsit, non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores judicandi sunt. Id. ib. 2, 9. Benefica voluntas. [\*Cic. N. D. 2, 25. Jupiter a majoribus nostris optimus maximus, et quidem ante optimus, id est beneficentissimus, quam maximus.] Pl. Epid. 1, 2, 14. Beneficus oratione. P Gradus sunt beneficiorum, beneficissimus. Cato ap. Prisc. 3. p. 603. De Ptolemaeo rege optimo et beneficentissimo. P Usitatiora sunt beneficentior, beneficentissimus ab inusitato beneficentis, extrita i littera. Cic. Amic. 14. Liberalissimum esse et beneficentissimum. Sen. Benef. 4. Me aliquid eorum doce, per quae beneficentior gratiorque adversus bene merentes fiam. Voss. Gramm. 4, 25. docet, in quibusdam MSS. Cic. Amic. et Senecae scriptum esse beneficentior, beneficentissimus. P Grammatico cuidam apud Vel. Long. Orthogr. p. 2235. placebat, ut beneficis per i scriberetur: sed hoc quoque consuetudo repudiavit.

\*BENEFICIO vel Bene fio, is, pass. Pl. Capt. 2, 2, 108. Quod bonis benefit beneficium. [\*Lind. ad h. l. cum Lamb. conjunctim scribendum esse censent. Graece enim dictum esse, ut πλοῦτερον πλοῦτον et simm. Comici vero ita loqui amant. Non idem valet de loco seq.] Plin. Pan. 70. Quidquid a quoque in provinciis beneficiet, scire. B. A.

[BENEGESTUS, i, m. vox composita a bene et gestus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Fabrett. p. 251. n. 30. Q. Venonius Benegestus. F.]

\*BENEHARNUM, i, oppidum in Gallia Aquitania, sub Pyrenaeis montibus. Anton. Itin. Hodie forsitan Lescaur nuncupatur. B. A.

BENEMERENS. V. MERENS.

BENEMEREO. V. MEREO.

BENEMERITUS. V. MERITO.

BENEOLENS, entis, partic. ab inusit. qui bene olet, εὐοδής, εὐοσμος. Virg. Ecl. 2, 48. Narcissum et florem jungit beneolenti anethi. Prop. 3, 15, 27. per medium beneolenti flumine Naxon. P Saepius divisim scribitur bene olens.

BENESUADUS, a, um, adj. qui bona suadet, ἀγαθοῦ συμβουλος. Appul. Apol. Paupertas habitu securo, cultu simplex, consilio benesuada. [\*Rectius duabus vocibus scribitur. V. SUADUS.]

BENEVALENS, entis, partic. ab inusit. bene valeo qui bene valet. August. ap. Gell. 15, 7. Quem spero lactum et benevalentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Al. leg. benevolentem. P Scribitur et divisim bene valens.

BENEVENTANUS, a, um, adj. ad Beneventum pertinens. Cic. Verr. 2, 1, 15. Beneventanus ager. Juven. 5, 46. Beneventanus sutor. V. NASUS. Ascon. in Verr. 2, 1, 15. Beneventani plerique Sullani erant.

BENEVENTUM, ti, n. oppidum et colonia Hirpinorum ad Calorem et Sabatum fluvios confluentes: conditum a Diomede. Pius Maleventum dictum est, dum incolebatur a Graecis, postea, cum eo colonia Romanorum deduceretur, auspiciatus mutato nomine, Beneventum, ut docent Liv. 9, 27, Plin. 3, 11, 16. et Festus.

BENEVOLE et Benivolē, adv. cum benevolentia, amice, εὐμενῶς, εὐνοικῶς. Cic. Fin. 1, 10. Amice et benevole facere aliquid. Id. Fam. 13, 21. Fideliter benevoleque praesto esse alicui. P Gradus sunt benevolentis, benevolentissime a benevolens. August. ad Aurel. 64. Benevolentissime accipere. P De ratione scribendi V. in BENEVOLUS.

BENEVOLENS et Benivolēns, entis, adv. εὐμενῶς, εὐνοικῶς, qui bene vult alicui. Pl. Bacch. 3, 6, 24. Quis is est? Mnes. benevolens vivit tibi. Id. Merc. 5, 2, 46. Amicus multum benevolens. Id. Truc. 2, 2, 61. At pol hero benevolens ut is est suo! (Est qui hoc loco legit benevolentus, sed minus recte.) Cic. Fam. 13, 60. Benevolentior, quam semper fui, esse non possum. Id. ib. 5, 16. in f. Fungi officio benevolentissimi atque amicissimi. Pl. Mil. 4, 8, 41. Ite cum Diis benevolentibus, h. e. propitiis. P Absolute more substantivi. Pl. Cist. 2, 3, 42. Se quandam ajebat mulierem suam benevolentem convenire. Adde Trin. 1, 2, 8. P De ratione scribendi V. in BENEVOLUS. P Comp. Benevolentior, et Sup. Benevolentissimus. V. supra.

BENEVOLENTIA et Benivolēntiā, ae, f, εὐνοία, εὐμενεία, benevolus animus, amor, caritas. Cic. Off. 2, 9. Benevolentia quidem beneficiis capitur maxime: secundo autem loco voluntate beneficia benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetit. Id. ib. 1, 15. Habere benevolentiam erga aliquem. [\*Suet. Cal. 3. benevolentia singularis (inter Germanici virtutes) nos ein wohlwollendes Gemüth.] Id. Fam. 4, 11. Praestare alicui benevolentiam. Id. ib. 10, 20. Esse benevolentiam singulari in aliquem. Id. ib. 6, 14. Complecti aliquem summa benevolentia. Id. ib. 10, 5. Conferre benevolentiam erga aliquem. Id. Or. 2, 43. Conciliare aliquem ad benevolentiam erga alium. Et mox. Conciliare benevolentiam. Id. Off. 2, 14. Oratione benigna animos multitudinis ad benevolentiam allicere. Id. ad Quir. 10. Colere memoriam beneficii benevolentia sempiterna. Id. Fam. 13, 60. Bo-

nam benevolentiam hominum et fidem perspicere. Id. ib. 1, 5. Experiri fidem et benevolentiam alicujus erga se. Id. Mur. 20. Adjungere sibi benevolentiam alicujus. Id. Off. 2, 15. comparare. Auct. ad Her. 1, 5. captare. Nep. Dat. 5. consequi. Quint. 3, 8. acquirere sibi. Auct. ad Her. 1, 4. colligere civium. P In plurali num. [\*Quo significat res benevolenti animo factas, ut haud multum differat a beneficiis. Sed posterioris aevi est hic usus.] Arnob. 6. sub in. Individuas cunctis benevolentias exhibere. Spart. Carac. 1. Non ille in litteris tardus, non in benevolentis segnis. P Inter benevolentiam, caritatem, et amorem quid differat, diximus in AMOR ab in. P Idem est ac desiderium satisfaciendi. Cic. Or. 1. Quod quoniam me saepius rogas, aggrediar, non tam perficiendi spe, quam experiendi voluntate. Malo enim, cum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te prudentiam meam, quam, si id non fecerim, benevolentiam [\*der gute Wille.]. P Aliquando sumitur pro benignitate, facilitate. Marc. Dig. 29, 2, 52. Interponere se suam benevolentiam, divus Pius rescripsit, ut si filiusfamilias adierit, perinde habeatur, atque si paterfamilias adisset. Justin. Institut. tit. 2, 20. a med. Quod plerique prudentum contra benevolentiam introducebant, h. e. aequitatem et benignam juris interpretationem [\*die Gerechtigkeit, mehr die Billigkeit als das strenge Recht eintreten zu lassen.]. P De ratione scribendi V. in BENEVOLENTUS.

BENEVOLENTUS. V. in BENEVOLENS. BENEVOLENTUS et BENEVOLENTIA, a, um, adj. εὐμενής, benevolens, amicus, animo in aliquem propensus. Cic. Or. 2, 19. Ut eum, qui audit, benevolentum nobis faciamus et docilem et attentum. [\*Id. Or. 2, 79. Judices benevolos beneque existimantes efficeret.] Id. Cluent. 63. Illum servum et sibi benevolentum esse et patri fuisse arbitratur. [\*Ubi animadvertit benevolentiam servo tribui erga dominum. Est enim benevolentissimus sensu de studio hominis de alio bene merendi. Alias benevolus est is, qui alteri favet.] Id. Verr. 1, 2, 8. in f. Benevolus animo facere aliquid. Ter. Hec. 5, 1, 35. Reddere aliquem sibi facilem et benevolentum. Pl. Capt. 2, 2, 100. Benevolentum esse erga aliquem. Val. Max. 6, 8. fin. Benevolus studio facere aliquid. P Benevolus, Benevolentia, etc. rectius scribatur, an benevolus, benevolentia, difficilius diremptu controversia est. Eutyches ap. Putsch. p. 2152. Bada ib. p. 2331., Isid. Orig. 12, 1., Lips., Voss. et Dausquius malunt i in secunda vocali, confirmantque tum auctoritate multorum vet. libror., Pandect. Florent., et inser. apud Grut. 443, 6., ubi benevolentiae, et 651., ubi benevolentibus legitur; tum ratione, quia in compositionibus verborum fere e in i mutatur. [\*Benevolentia habent optimi libri apud Suet. Aug. 66. ubi V. Oud.] Sed quia vox bene in aliis compositis e retinet, ut in beneficium, benedico, videtur omnino consuetudo adhuc recepta retineri posse: quae Cellarii, praeter alios, sententia est.

\*BENI, orum, populi Thraciae, quos alluit Hebrus, Bessorum vicini. Plin. 4, 11. B. A.

BENIGNE, adv. εὐμενῶς, φιλανθρώπως, εὐεργετικῶς, liberaliter, comiter, benefice, libenti et propenso animo. Cic. Verr. 2, 3, 85. Benigne ac liberaliter facere aliquid. [\*Id. Balb. 16. viam comiter monstrare, benigne et non gravate (höflich.) Id. Fam. 4, 13. Nigidio ne benigne quidem polliceri possum.] Id. Verr. 1, 1, 11. Benignissime communicare aliquid cum aliquo. Id. Att. 3, 4. Benigne invitari. [\*Suet. Aug. 89, 6. et patienter audire.] Id. Leg. 1, 18. et Off. 1, 14. facere alicui. [\*Etiam benigne facere absolute, pro: liberalem et munificum esse. Ruhnck. ad Rutil. Lup. 11. p. 127. Dictat. in Ter. p. 206.] Ter. Hec. 5, 2, 2. praebere quod opus est. Cic. Flacc. 23. defendere aliquem. Id. Phil. 13, 2. (et Pl. Aul. 1, 2, 36.) salutare. Id. Cluent. 3. in f. Benigne attenteque audire. Sall. Jug. 11. Benigne respondere. Et ib. 101. appellare aliquem. Id. ib. 121. habere aliquem. Curt. 8, 6. Benignus alloqui. Tac. A. 1, 57. Benigne excipere aliquem. Hor. Ep. 1, 17, 11. Benignus tractare se. [\*i. e. plus sibi tribuere, magis genio suo indulgere.] Plin. 33, 11, 50. Benigne vivere inter se [\*h. e. ita ut alter alteri lubenter officia praestet]. Liv. 3, 26. Plebs benigne arma cepit, h. e. libenter. Hor. Ep. 1, 16, 8. si rubicunda benigne Corna vepres et pruna ferant, h. e. abundanter, feraciter. Plin. 31, 2, 2. Aquae emicant benigne, passimque in plurimis terris, h. e. abundanter et in utilitatem telluris. Ter. Hec. 5, 2. Quod opus sit, benigne praebatur. Hor. Od. 1, 9, 6. Atque benignus Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota, h. e. largius. (Contra Liv. 39, 9. Maligne omnia praebentibus suis, h. e. parce.) Cat. 67, 3. Janua, quam Balbo dicunt servisse benigne. [\*Ruhnck. dict. ad Ter. p. 232.] P Nonnunquam benigne in responsionibus est gratias agentis pro benignitate et comitate. Ter. Ph. sub f. At ego ecastor posthac tibi, quod poterit, et quae voles, faciamque et dicam. Ph. benigne dicis. P Recusantes etiam cum gratiarum

actione oblatum beneficium, hac formula eleganter utimur. [\*Cic. Verr. 2, 3, 85. benigne ac liberaliter: nam ego tribus sestertiis non possum vendere.] Hor. Ep. 1, 7, 61. dic Ad coenam veniat, non sane credere Mena: Mirari secum tacitus, quid multa? benigne, Respondet. Negat ille mihi? etc. Et ib. 15. vescere sodes. Jam satis est, at tu quantumvis tolle. benigne. [\*Urbanitatis hoc est. Eodem sensu ponitur recte apud Latinos. Cf. Donat. ad Ter. Hec. 3, 2, 20. Bentl. ad Heaut. 3, 2, 7. Graecis est αἰνῶ σε, εὐχρῶ σε. Valcken. ad Adon. p. 415. Brunck. ad Eurip. Med. 59. Blomf. ad Aesch. Prom. 338. Gloss. p. 133.] P Benigne pro ex aequo et bono, seu clementer. Paul. Dig. 50, 17, 155. In poenalibus causis benignius interpretandum est. [\*Hac significatione saepissime legitur in libris Jure consultorum. Marc. Dig. 37, 14, 4. benignissime rescripserunt. Gaj. Dig. 44, 7, 1, §. 13. benignius acceptum est.]

BENIGNITAS, atis, f. εὐμενία, εὐεργεσία, liberalitas, propensus ad beneficiendum animus. Cic. Off. 1, 14. Videndum ne major benignitas sit, quam facultates. [\*Id. Off. 2, 15. Largitio quae fit ex re familiari fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate benignitas tollitur, i. e. nimia liberalitate bene faciendi facultas auferitur.] Id. Verr. 2, 3, 83. Qui benignitate adducti, per beneficium et gratiam civitatibus concesserunt, ut, etc. Id. N. D. 2, 53. Quanta benignitas naturae, quod tam multa ad vescendum gignit! Id. Att. 4, 2. in f. Amicorum benignitas exhausta. Ter. Eun. 1, 2, 83. Num solus ille dona dat? nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier? [\*Cic. Off. 1, 16. plurimum benignitatis in aliquem conferre, h. e. liberalem ac propensum animum alicui praestare.] P In plurali num. Pl. Stich. 4, 2, 53. Benignitates hominum perire et prothymiae. P Sumitur etiam generatim pro humanitate, comitate, facilitate, clementia. [\*Ter. Andr. 5, 1, 7. neque modum benignitatis cogitas, i. e. neque finem humanitati meae s. facilitati statuis. Ruhnck. dict. p. 78.] Cic. Sext. 13. Etsi me attentissimis animi summa cum benignitate auditis. Id. Caec. 3. Nimiae vestrae benignitati pareremus, si alia ratione jus nostrum recuperare possemus. Id. Rosc. C. 12. Nunc, Deum immortalium benignitate, omnium fortunae sunt certae. [\*Tac. H. 2, 30. benignitas animi (Guthmüthigkeit) qua promitri habebatur.] Mart. Dig. 48, 19, 11. In gravioribus poenis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. [\*Modest. Dig. 1, 3, 25. nulla juris ratio aut aequitatis benignitas, quae opponitur duriori interpretationi. Cf. Benigne in f.] P Si stricta significatione accipiuntur, differunt inter se liberalitas et benignitas. Nam liberalitas versatur tantummodo in largitione: benignitas significat inclinationem ad beneficiendum quocumque modo possumus. Differunt etiam a comitate. Haec enim consistit in blandis ac benevolis verbis: illae in re et factis. Cic. Fin. 5, 23. Justitia, cui adjunctae sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas.

BENIGNITER, adv. Benigne. Titinn. ap. Non. 11, 9. Nimium te patrocinari censeo benigniter.

\*BENIGNOR. In Gesneri thesauro affertur haec vox ex Vulg. Esdr. 2, 4, 39.

BENIGNUS, a, um, adj. εὐεργετικός, εὐεργετικός, idem fere ac liberalis: nisi quod benignus est is, qui ad quocumque modo juvandum propensus est, latiusque patet, cum liberalis in largiendo tantummodo spectetur. Benigno opponitur malignus, qui parum illiberalemque significat. Cic. Leg. 1, 18. Quid? liberalitas gratuita est, an mercenaria? si sine praemio benigna est, gratuita; si cum mercede, conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis benignusve dicitur, officium, non fructum sequatur. Id. N. D. 1, 45. Homines benefici et benigni. Id. Off. 1, 14. Qui benigniores volunt esse, quam res patitur, in eo peccant, etc. Id. Verr. 2, 4, 3. Benignus ad commodandum. Pl. Rud. 5, 3, 33. Benignum esse erga aliquem. Id. Trin. 3, 3, 12. et Hor. Od. 3, 29, 52. alicui. Ter. Hec. 3, 5, 22. Benigno animo esse in aliquem. Plin. 35, 2, 2. Benignissimum inventum, h. e. beneficentissimum. [\*Sen. in fragm. a Niebuhr edit. p. 102. Cogitationibus pessimis facies benignissima obducitur. F.] P Videtur aliquando in malam partem sumi pro prodigo. Pl. Truc. 1, 1, 20. Atque est benignus potius, quam frugi bonae. [\*Certe ponitur pro: nimium facilis, comis apud Ter. Ph. 5, 2, 2. ubi bonus atque benignus junguntur. Burn. ad Petron. 44. Ruhnck. dict. in Ter. p. 262.] P Praeterea saepe accipitur pro largo, abundanti, copioso. Hor. Od. 1, 17, 15. hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Raris honorem opulenta cornu. Id. ib. 2, 18, 10. ingenii benigna vena. Et Epod. 17, 66. Egens benignae Tantalus semper dapis. P Item pro feraci, fertili. Plin. 18, 1, 1. Quaeque alia praeter arbores, aut fructices benigna tellure proveniunt. Tib. 3, 3, 6. Et magnas messes terra benigna daret. Ov. Am. 1, 10, 56. Benignus ager. Mela Prooem. Materia benigna, h. e. quae dicendo facile excoli et facunde tractari potest. P Item

pro propitio, favente. Hor. Od. 4, 4, 74. Quas et benigno numine Juppiter Defendit. Id. Ep. 1, 11, 20. vultum servat fortuna benignum. Gell. 7, 3. Benevolos benignosque sibi auditores parare. P Item pro blando, placido, benevolentiae pleno. Liv. 30, 14. Benigno vultu excipere aliquem. Cic. Off. 2, 14. Oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam allicere. Prop. 1, 10, 24. Verba benigna. P Item pro jucundo, grato. Hor. Ep. 1, 5, 11. Aestivam sermone benigno tendere noctem. P Item pro facili, comi, humano, acquo, placido. [\*Attende ad gradationem, quae apud Cic. Balb. 16. est: Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur.] Plin. 35, 10, 37. n. 13. Appelles et in aemulis benignus. Id. Prooem. H. N. Est enim benignum et plenum pudoris fateri, per quos profeceris. [\*i. e. est hominis ingenui ac liberalis] Huc referuntur illa Ulp. Dig. 39, 5, 46. Dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere dixi, h. e. ex aequitate. [\*Opponitur interpretatio dura, quae ad ipsa legis verba exigitur. Cf. Benigne et Benignitas.] Id. ib. 32, 5. Fideicommissum valere, benignum est. Papin. ib. 37, 6, 8. Benignior sententia, Caj. ib. 36, 1, 10. Benignus est, intelligi tunc translata videri actione. [\*Ulp. Dig. 50, 17, 56. Semper in dubiis benigniora praefenda sunt.] P Item pro fausto, felici. Stat. Silv. 5, 1, 108. Benignus dies. Id. Th. 10, 116. Benigna nox. P Cum genitivo, Graeca constructione. Hor. Sat. 2, 3, 3. vini somnique benignus, h. e. vino et somno large indulgens.

BENNA, ae, f. Gallica vox, qua significatur genus quoddam vehiculi, ut Festus docet. Addit Voss. in Etym. hodieque a Gallis et Belgis vocari benne vel potius banne (ut et a rusticis nostris benna) corbem, cistam, item vehiculum vimineum quadratum, duabus rotis volubile. Legitur apud Cat. R. R. 23, ubi enumerat, quae ad vindemiam opus sunt. In Edit. Jenson. 1472. habetur hoc loco maenae pro bennae, quod mire placet Auson. Popmae [et Pontederiae, atque adeo Schneid. qui ita edendum curavit. F. Cf. Scheffer. de re vehic. 2, 21.] P Hinc combenones dicuntur in eadem benna sedentes. Fest. ib.

\*BENNARIUS, σκηναρχος. Gloss. Lat. Gr. B. A.

\*BENNAVENNA vel Bennaventa, ae, oppidum in Britannia. Anton. Itin. B. A.

BEŌ, as, avi, atum, a. I. μακάριον ποιῆν, beatum facio, laetum et felicem reddo. Hor. Od. 2, 3, 6. Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatam bearis Interiore nota falerni. Id. ib. 4, 8, 29. Caelo Musa beat. Id. Ep. 1, 18, 75. Beare aliquem munere. Ter. Andr. 1, 1, 78. O factum bene! beasti: metui a Chryside. Beasti responsum est audientis bonum nuncium. Sic Id. Eun. 2, 2, 46. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam: Ecquid beo te? h. e. afferone tibi laetum ac jucundum nuncium, ac talem prorsus, ut beatus et felix tibi videaris? [\*Scilicet apud Comicos beare significat alicui grata sive facere sive dicere. Ruhnck. dict. ad Ter. p. 17.] Pro solari, recreare. Pl. Amph. 2, 2, 12. Hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, et domum laudis compos revenit: id solatio est. Id. Capt. 1, 2, 34. Neque unquam quicquam me juvat, quod edo domi: Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. P Pro prodesse, utilem esse. Ulp. Dig. 50, 16, 49. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatus faciunt: beare est prodesse. P Et quia divitiae maxime omnium recreant et prosunt, accipitur etiam pro ditare: eademque ratione beatus pro divite ponitur. Translate. Hor. Ep. 2, 2, 121. Fundet opes Latiumque beabit divite lingua.

BERBECULUS, i, m. parvus berbex. Petr. fr. Trag. 37. et 67. Burn. et Arnob. 4. p. 141., sed utroque loco incerta est lectio. V. BABECALUS.

BERBEX pro Vervex legitur apud Petr. fr. Trag. 57. Burn. Apud Vopisc. Aurel. fin. legitur berbicum in accusativo pro berbexem in quodam optimo cod., ut adnotavit Salm.

\*BERCORCATES, ium, populi Galliae Aquitanicae, quorum meminit unus Plin. 4, 19. B. A.

BERECYNTIA, ae. V. BERECYNTIUS.

BERECYNTIACUS, a, um, adj. idem ac Berecyntius. Prud. c. Symm. 2, 51. Cur Berecyntiacus perdit truncata sacerdos Inguina?

BERECYNTIADAS, ae, m. Ov. Ib. 508. ut legit Heins. Phryx tu venator sis Berecyntiades, h. e. venator quidam Phrygius in Berecynto monte. Quid autem Ov. significet, obscurum est. Alii aliter legunt.

mor, et inflato Berecynthia tibia cornu, Tympanaque, plaususque et Bacchei ululatus) *Mart.* 4, 43. Berecynthii furores. *Pers.* 1, 93. Berecynthius Attin, h. e. Cybele adamatus, eodem ob id cognomine dictus. [*Op. Met.* 2, 106. Berecynthius heros, i. e. Midas, sive quod Cybeles filius fuit, sive quod in regione ad montem Berecynthum regnum obtinuit.] *Berecynthia mater*, et absolute *Berecynthia* est ipsa Cybele. *Or. Fast.* 4, 355. Quod bene mutarit sedem Berecynthia, etc. *Virg. A.* 6, 785. qualis Berecynthia mater invenitur curru Phrygias turrita per urbes. *Id. ib.* 9, 82. Deum genitrix Berecynthia. *Servius* hoc loco, et *Pier.* ad *A.* 9, 619. recte moment scribendum esse sine aspiratione, quia etiam *Berecynthus* ea caret. Neque enim est a Cyntho Deli monte, qui Apollini sacer est, et th aspiratam semper habet. Nihilominus saepissime in libris tum editis, tum MSS *Berecynthius* legitur.

**BERECYNTUS**, i, m. *Βερέκυντος*, mons Phrygiae cum oppido cognomine, ad Sangarium fluvium, ut *Serv.* ad *A.* 6, 785. et ad *ib.* 9, 82. et *Vib. Sequ. de montib.* docent. Ibi Cybele Deum mater a Phrygiis culta fuit. *P. Scribitur et Berecynthus*, sed minus recte. *V. v. praec. in f.*

**BEREGRANUS**, a, um, adj. ad Beregram pertinens, colonia Piceni in agro Praetutiano, nunc *Civitella del Tronto*, vel secundum alios *Montorio*. *Plin.* 3, 13, 18. Intus Auximates, Beregrani, Cingulani. *Front. De col.* p. 126. Veragrani (lege *Beregranus*) ager ea lege continetur, qua et ager Teatinus. *F. et B. A.*

**BERELIDES INSULAE** Sardiniam circumjacentes. *Plin.* 3, 12. *B. A.*

**BERENICE**, es, f. *Βερενίκη*, Ptolemaei Philadelphii et Arsinoes filia, quae Ptolemaeo Evergetae fratri nupsit. [*At E. Q. Viscont. Iconogr. Gr. T.* 3, p. 320. ed. *Med.* probat, hanc Berenice fuisse filiam Maga, fratris Ptolemaei Philadelphii, regis Cyrenarum, et Apames uxoris ejus, quae Ptolemaeo Evergetae fratri patri nupsit. *F.*] Haec cum Ptolemaeus expeditionem in Asiam suscepisset, vovit, se comam sibi detonsuram, qua nihil pulchrius unquam visum est, Venerique dicaturam, si incolumis reverteretur. Igitur Ptolemaeo reverso Berenice abscissos crines tulit in templum Veneris. Cum postridie coma non apparuisset, aegre id ferente rege, Conon mathematicus regis gratiam per adulationem captans, inter sidera collocatam adinvenit, septem ei figura vacuas ad caudam leonis ostendens stellas, in quas Berenices comam mutata asserebat. Haec et alia etiam narrat *Hyg. Astr.* 2, 24. Exstat etiam de hac Berenices coma elegans Catulli carmen, n. 66. *P. Etiam Plin.* 2, 70, 71. memorat *crinem Berenices*, sed cum stellam esse dicat, quam Italia non videt, procul dubio aliam a *coma Berenices* intelligit, ut et *Hard.* adnotavit. *P. Berenice*, Ptolemaei Lagi uxor, mater Philadelphii, rara mulier forma, et viro dilectissima, memoratur a *Theocrito*. Urbem cognominem eam condidisse narrat *Plin.* 6, 29. *P. Alia*, Herodis Ascalonitae filia, Agrippae fratri nupsit. *Juven.* 6, 156. *P. Item alia*, Herodis, Antipatri filii ex sorore Salome, neptis, Aristobuli, Herodis ejusdem filii, uxor. *P. Fuit et Graecorum Berenice*, cognomine Callipatra, spectatrix certaminum gymnorum prae caeteris omnibus mulieribus sola, quod et mater, et soror, et filia esset Olympionicarum. *Val. Max.* 8. c. ult. Berenice contigit, quod nulli alii mulieri, ut Gymnico spectaculo interesse contigerit. Adde *Plin.* 7, 41. *P. Item filia Ptolemaei Auletae*, uxor Archelai. *P. Berenice regina* amata Tito Vespasiano, florens aetate fama, seni quoque Vespasiano magnificentia munerum fuit grata. *P. Item uxor Ptolemaei III.* quae de suo nomine urbem appellavit, cui et Hesperis et Hesperides prius nomen erat. *Steph. Byz. Ἐσπερὶς πόλις Αἰθῶνς, ἢ νῦν Βερενίκη.* *Plin.* 5, 1. *Solin.* 27. *P. Fuit et urbs Berenice dicta in Aegypto superiore*, ad mare rubrum. *Plin.* 6, 23. *Mela* 3, 8. *P. Et alia urbs*, in terra Troglodytica, ad maris rubri ostium, Epidicos cognominata. *Plin.* 6, 29. *P. Alia demum*, Panchrysos cognominata, eodem fere loco sita. *Plin. ib. B. A.* *P. Legitur et Berenice*, et Graece *Βερενίκη*. Utraque autem scribendi ratio suos habet auctores, ut videre est apud *Dausq. in Orthogr.*, qui eo inclinare videtur, ut *Berenice* praeferat. *Berenice* videtur esse *Βερενίκη*, victoriam referens. Sed *Beronice* scribitur etiam cognomen Ulpiae in *Inscr.* ap. *Grut.* 926, 12.

**BERENICEUS**, a, um, adj. ad Berenice pertinens, *Βερενικεῖος*. *Cat.* 66, 8. E Bereniceo vertice caesariem.

**BERENICIS**, idis, f. *Lucan.* 9, 523. nam quid pulvere sicco Separat ardentem tepida Bereniceida Lepti, etc., h. e. regionem Pentapolitanam Libyae, dictam a *Berenice*, quae una est ex quinque ejus urbibus. *Sil.* 3, 249. Affuit undosa cretus Berenice miles.

**BERGE**, Africae oppidum, in regione Syrtica. *Anton. Itin. B. A.*

**BERGI**, orum, insula Germaniae septentrionali adiacens. *Plin.* 4, 16. *B. A.*

**BERGIDUM**, i, oppidum in Hispania Tarraconensi, in regione Asturum. *Anton. Itin. Inscr.* ap. *Grut.* p. 478. C. Valesio Albino Flamini E Bergido. *B. A.*

**BERGIMUS**, i, m. ita est appellatum quoddam numen a Gallis Cenomanis, ac praecipue a Brixianis cultum, qui ei templum, aram et sacerdotes tribuerunt. Hujusmodi nomen componitur ex Celticis, nunc Germanis vocabulis *Berg*, mons, et *heim*, habitatio: inde etiam Bergomum Gallorum, item urbs Brixiae proxima nomen traxit, cujus incolae a *Plin.* 3, 17, 21. *Orobii* appellantur, h. e. montium habitatores, ab *ōgos*, mons, et *βios*, vita, item populus. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 89, 6. Sex Nigidius Fab. Primus aedilis Brixiae, decurio honore gratuito, Decreto Decurionum ex postulatione plebis aram Bergimo restituit. Alia ap. *Eund. ib.* 99, 1. L. Vibius Visci L. Nymphodotus Bergimo votum, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino Cos., L. Salvio Apro, C. Postumio Costa II. viris Quinquennialibus. (Hi consules pertinent ad an. U. C. 746.) Item alia apud *Spon. Misc.* p. 117. Noniae Macrinae sacerdoti Bergimi bene merenti Camuni. Adde alias apud *Eund. ib.* et apud *Murat.* 97, 3. et 5. *F.*

**BERGION**, onis, m. filius Neptuni, qui una cum fratre Albione contra Herculeum pugnavit. *Mela* 2, 5. **ALBION**. *P. Ejus etymon est a lingua Celtica*: nam *Berg* significat montem; is vero dicitur pugnasse lapidibus e proximo monte sumptis. *F.*

**BERGISTANI** et Bergitani, orum, populi Hispaniae Tarraconensis; inter Hergetas. *Liv.* 34, 16 et 17. Forte a Bergista oppido quodam sic dicti, vel a Vergio, cujus nomen meminit *Liv.* 34, 21, unde et Vergiani et Vergitani, ut credibile, audivere. *P. de Marca Hisp.* 23, 7. Ad montes Bergitanos est Vergium. *B. A.*

**BERGOMATES**, um, m. plur. populi Bergomi, quod est oppidum Italiae in Cenomanis in edito loco situm. Et populorum et oppidi mentio fit a *Plin.* 3, 17, 21. Adde 34, 1, 2., ubi *Bergomatium* ager legitur. **V. BERGIMUS.**

**BERGOMUM**, i, *Βεργόμου*, oppidum Italiae superioris, in Gallia transpadana, hodie *Bergamo*. *Plin.* 3, 17. *Justin.* 20, 5. *B. A.*

**BERGULA**, ae, vel Bergule, es, oppidum Thraciae, trans Hebrum flumen, ultra Hadrianopolim, *Bergulae* appellatum. *Anton. Itin. B. A.*

**BERGUSIANUS**, a, um, adj. ad Bergusiam pertinens, mansione inter Augustum et Viennam in Gallia, nunc *Bourguin*, de qua mentio est in *Itin. Anton.* *P. Bergusianus* est incola Bergusiae. *Inscr.* ap. *Murat.* 1032, 9. T. Vipongius Homullus Bergusianus hic sepultus est. *F.*

**BERINUS**. **V. CERINUS.**

**BERMIUS**, i, mons Thessaliae. *Plin.* 4, 8. *B. A.*

**BERNA**, pro *verna* scribi volunt *Cassiod.* et *Beda* *De orthogr.* p. 2299. et 2330., quando significat domi genitum, *verna* vero a *vere*, ut *verna* tempora. Sed contra est consuetudo. [Ceterum legitur in *Inscr.* apud *Fabrett.* p. 651. n. 437. M. Titucius Daphnus bernis suis B. M. F. Ita vero lapidem insculptum fatetur *Petrus Del-Signore*, *Marmi Riccard.* p. 315., qui etiamnum Florentiae exstat. *F.*]

**BEROE**, es, f. *Βεροή*, Semeles, matris Bacchi, nutrix. *Or. Met.* 3, 278. Ipsaque fit Beroe, Semeles Epidauria nutrix. *P. Beroe* fuit etiam mulier Trojana, conjux Dorycli apud *Virg. A.* 5, 620. Iris fit Beroe, Tmarii conjux longaeva Dorycli. *P. Beroe* altera nympha Penei filia Oceani, soror Clus. *Virg. G.* 4, 341. Clisque et Beroe soror, Oceanitides ambae. *F.*

**BEROEA** vel Berrhoea, ae, Macedoniae oppidum, inter Axium et Aliacmonem fluvios, ad radices Bermii montis. *Liv.* 44, 45. 45. 29. *Cic. Pis.* 36. *extr. Plin.* 4, 10. ubi passim *Beroea* scribitur. *P. Beroea*, oppidum Syriae. Hinc *Beroeae*. *B. A.*

**BEROEAESUS**, a, um, ad Beroeam pertinens, Macedoniae oppidum. *Liv.* 42, 5. et 58. et 23, 39. ed. *Drak.* In ed. *Gronov.* est *Berraesus*. *B. A.*

**BEROENSIS**, se, adj. ad Beroeam pertinens, Cyrrhasticae regionis in Syria urbem, nunc *Aleppo*. In nummis apud *Eckhel.* D. N. V. T. 3. p. 259. est *ΒΕΡΟΛΑΙΩΝ*. *Plin.* 5, 23, 19. Arethusii, Beroeensis, Epiphaneensis. *F.*

**BERO** falsa lectio in *Dig.* 19, 2, 31. ubi nunc recte editur *aero*, q. v.

**BERONES**, um, m. plur. *Βήρωνες*, inter Hispaniae populos enumerantur a *Strab.* 3. Hinc quod scribit *Auct. B. Al.* 53. Cassium semper berones, compluresque evocatos cum telis secum habere consuevisse; multi ita interpretantur, ut ex ea gente custodes corporis habuerit: verum alii legunt *barones*, quos *Vet. Schol. Pers.* ad 5, 138. docet, Gallica lingua servos militum significare. **V. BARO.**

**BEROSUS** vel Berosus, i, m. *Βηρωσός*, Babylonius, Beli sacerdos, scripsit tempore Ptolemaei Philadelphii historiam Babyloniam vel Chaldaeam et Medicam. Fuit et astronomus, et horologium invenisse traditur *Vitruvio* tale, cujusmodi astrologi veteres in suis supputationibus utebantur, quod diebus tantum aequinoctialibus duodecim partes

ostendebat. Ejus meminere *Plin.* 7, 37, 37., *Vitr.* 9, 9., *Tert. Apol.* 19. *B. A.*

**BEROUS**, i, m. collis Taurorum, tres habens fontes sine remedio et sine dolore mortiferos. *Plin.* 2, 103. *B. A.*

**BERUENSIS**, se, adj. ad Beruam pertinens, excisam Rhaetiae urbem, cujus mentio est in *Inscr.* ap. *Fea, Fasti Cons.* p. 82. C. Antonius C. F. Antullus Beruae. *P. Beruenses*, ium, sunt incolae urbis Beruae. *Inscr.* ap. *Grut.* 409, 8. C. Firmio C. F. Menen. Rufino patrono collegiorum Fabr. Centonariorum Dendrophororum Feltriae, itemque Beruensium. *Plin.* 3, 19, 23. Fertini, Tridentini, et Beruenses, Rhaetica oppida. *F.*

**BERULA**, ae, f. herba quaedam ap. *Marc. Empir.* 36. *med.* Appones herbam, quae in aquae jugis decursu nascitur, quam Latine berulam, Graece cardaminem vocant. *F.*

**BERYLLUS**, li, m. *βήρυλλος*, gemmae, seu lapidis pretiosi nomen. Beryllorum multa genera *Plin.* 37, 5, 20. enumerat. Probatissimos dicit esse, qui colore viriditatem puri maris imitentur: proximis qui vocantur chrysoberylli, et sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vide ibi reliqua. *Id. ib.* India beryllos gignit, raro alibi repertos. *Et ib.* Indi et aliae quidem gentes adulterare repperunt, sed praecipue beryllos. [*Quem Plin. beryllum aeroidem dicit, eum lapidem hodie Sapphirum appellamus.*] *Juven.* 5, 37. ipse capaces Heliadum crustas, et inaequales beryllo Virro tenet phialas, h. e. beryllo undique inserto asperas. *Prop.* 4, 7, 9. Et solitum digito beryllon adederat ignis. [*In Dig.* 39, 5, 7. beryllus refertur inter eas res, quae ad vectigal pertinent. Adde de beryllo *Solin.* 53. *Isid. Etym.* 16, 7.] *P. Primam corripuit Prud. Psych.* 855. Hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum.

**BERYTENSIS**, e, adj. idem ac Berytius, ut *Berytensis colonia* ap. *Ulp. Dig.* 50, 15, 1., ut legitur in *ed. Torrent.*; nam apud *Haloandr.* est *Berytensis*: quod habetur etiam in *Praef. Justin.* ad *Sen. et omn. pop. init. Digest. ante. med. Inscr.* ap. *Murat.* 231, 4. Imp. Caesari Divi Nerae F. Nerae Trajana Opt. Aug. Cultores Jovis Aeliopolitani Berytenses, qui Puteolis consistunt.

**BERYTIUS**, a, um, adj. ad Berytum pertinens. Est autem Berytus, i, f. nunc *Baruti*, *Βήρυτος*, urbs Phoenices ad montem Libanum quondam colonia Romanorum, ab Agrippa Augusti genero deducta, et Felix Julia appellata. Ejus ager vinum producit inter laudatiora enumeratum a *Plin.*, apud quem legitur 14, 7, 9. Berytium vinum. *Et ib.* 15, 17, 18. Coa uva et Berytia nullius suavitati postferenda. [*Eadem urbs legum studii celebrata est; scholaque ibi constituta a Dioeletiani aetate per aliquot saecula floruit. Constit.* 10, 49, 1. Sed in *Dig.* 50, 15, 1. Berytensis colonia jam Augusti beneficiis gratiosa dicitur.] *P. Paenultima in Berytus corripitur ab Avien. Descr. orb. terr.* 1080. Hic Tyrus est opulens, et Berytus optima, Biblos etc. *Prisc.* vero recte produxit *Perieg.* 853. Antiquamque Tyrum, Beryti et moenia gratae, et *Auson. Praef. ad Sygar.* 20. Aemilium aut Scaurum, Berytiumque Probum.

**BES**, besis, m. *δίμοιος, δίμοιρα*, pars assis octo uncias significans: de cujus etymologia haec habet *Varr. L. L.* 4, 36., ubi de assis partibus verba facit. Reliqua obscuriora, quod a deminutione; et ea, quae deminuntur, ita sunt, ut extremas syllabas habeant, ut a duodecim una dempta, deunx; dextans dempto sextante; dodrans dempto quadrante; bes, ut olim des dempto triente. *Festus* docet, bes dictum esse, quod bis triens sit: sed ineptam et durum esse ajunt *Voss.* et *Scal.*, qui proinde priorem *Varronis* probant. Tertium etymon ponit *Voss.*, quod dicitur ab obsoleto des, quasi de asse, quia partes assis (quas V. in AS) usque ad septimam nominantur ab unciam additione et augmento, reliquae deinceps detrahendo ab asse appellationem trahunt, ut est etiam in allatis verbis *Varronis*. Alii denique afferunt quartum, quod bes conflatum sit ex bis, et as, quia ex tribus assis partibus, quae sunt trientes, duas continet. Sed de etymologia jam plus satis. *P. Accipitur bes* pro pondere et pro mensura. Cum as pro libra ponitur, bes significat pondus octo unciarum. *Plin.* 18, 11, 26. In binos semodios farinae satis esse besses fermenti. *Scrib. Compos.* 157. Cerae pondo libram et trientem, magnatis pondo bessem. *P. Cum as* mensuram aliquam significat, bes est ejus partes duae tertiae. Sic bes jugeri est duae tertiae partes jugeri apud *Colum.* 5, 1. Et bes sextarii est octo cyathorum mensura apud *Scrib. Compos.* 126. *P. Universim* significat duas tertiae partes totius aliquid, adhibita ea proportione, quae est octavi numeri ad duodecimum. Hinc bes usurarum, bes hereditatis, societatis, pretii etc. *Cic. Att.* 4, 15. Fenus ex triente Idib. Quint. factum erat bessim. [*h. e. quum antea pro centenis numis singulis mensibus triens usurae nomine solveretur, nunc bessimus erant solvendae, qua ratione usurae duplicatae sunt, sive: von vier Procent war es auf acht Pro-*





κείστρον, ψυχροτρόφον, (Betonic, Betonienkraut) herba de qua Plin. 25, 8, 46. Vettones in Hispania invenerunt eam, quae vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, a Graecis cestron, aut psychrotrophon, ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule cubitorum duum, a radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. Folia siccantur in farinam ad plurimos usus. Fit vinum ex ea, et acetum stomacho, et claritati oculorum. Tantumque gloriae habet, ut domus, in qua sata sit, tuta existimetur a piaculis omnibus. Haec Plin., qui aliis in locis passim infinitos prope ejus usus in medicina refert. [\*Scribon. Larg. Compos. 153.] Seren. Sammon. 14, 202. Vettonicae mansus siccabit lumina succus. [\*ib. 821.] P Ad descriptionem quod attinet, rectius vettonica scribitur, cum sit a Vettonibus: reperitur tamen et vetonica; et propter affinitatem litterarum b et v, etiam betonica. P Exstat de ea libellus Antonii Musae, qui Augusti medicus fuit, nomen praeferebat: indignus tamen ea aetate, in qua Latina lingua maxime floruit.

BETULLA, ae, f. (die Birke) arbor Gallica lentissima, mirabili candore, atque tenuitate: ex qua olim consulares fasces plerumque fiebant. Eadem circulis flexilis, item corbium costis, hoc est crassioribus et firmioribus viminibus, quibus reliqua, quae tenuiora sunt et subtiliora, firmantur atque nectuntur. Bitumen quoque ex ea Galliae excoquant. Plin. 16, 18, 30. [\*et 16, 37, 69.] P Scribitur et betula unico l.

[BETULONENSIS vel Baetulonensis, se, adj. ad Betulonem pertinens, Hispaniae Tarraconensis urbem, nunc Badaelona in Catalonia. P Betulonenses, ium sunt incolae illius urbis. Inscr. ap. Murat. 1033, 3, et 4. Ordo Betulonensium. Alii rectius leg. Baetulonensium. F.]

BETULUS. V. BAETYLUS.  
 \*BEUDOS VETUS, Βεῦδος παλαιὸν Ptol., oppidum in Pisia. Liv. 38, 15. extr. B. A.  
 \*BEVUS, i, Macedoniae fluvius. Liv. 31, 33. B. A.  
 \*BEZABDE, es, vel Bezabda, ae, oppidum Mesopotamiae, cum castello. Ammian. 20, 15. et 26. B. A.

BI

BIAEON vinum. V. BION.  
 BIAEOTHANATOS. V. AHORUS et BIOTHANATOS.

\*BIANOR, oris, m. Βιάνωρ, Centaurus. Ov. Met. 12, 345. P Bianor, cognomento Ocnus, Tiberis et Mantus filius, Mantum condidit. V. Serv. ad Virg. Ecl. 9. v. 60. et notam Heynii. B. A. P [Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 610, 1. Ti. Claudius Bianor. F.]

BIARCHIA, ae, f. Βιαρχία, officium biarchi. Imper. Constant. Cod. 1, 31, 1. Ad biarchiam nemo suffragio perveniat.

BIARCHUS, i, m. Βιαρχος, militaris gradus est ejus, qui commeatibus comparandis praestit [\*Proviandocommissar]: a βίος, victus, annona, et ἀρχον, praefectus. Hieron. adv. Joann. Hieros. n. 19. Ante primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tiro. Imp. Leo Cod. 14, 20, 3. Biarchorum nomen meritumque.

\*BIAS, antis, Βίος, unus ex septem Graeciae sapientibus, philosophus Prienaes, Solonis temporibus vixit. Cic. Parad. 1, 1. Id. Amic. 16. Val. Max. 7, 2. Cf. Laert. 1, 82. P Item Priami filius, non autem ex Hecuba. Biantes audit Hygin. fab. 90. B. A.

\*BIBACTA, insula Gedrosiae adjacens, ut refert Ptolemaeus, Bibaga dicta Plin. 6, 21. B. A.

BIBACULUS, i, m. qui strenuus potator est. Ita cognominati sunt quidam apud Romanos, quod largis poculis delectarentur, ut M. Furius, quem inter grammaticos Suet. referre videtur de Gr. 4. et inter poetas Quint. 10, 1. enumerat: de quo Plin. Prooem. H. N. Ut qui Bibaculus erat et vocabatur. P De L. Furio Bibaculo V. Val. Max. 1, 1. n. 9. Adde Liv. 22, 49.

\*BIBALI, orum, Βιβάλιοι, populi Hispaniae Tarraconensis, oceanum Atlanticum versus, Braccarum pars. Plin. 3, 3. B. A.

[BIBARIUS, a, um, adj. qui bibendo aptus est. Hinc bibaria, orum, n. plur. ea omnia, quibus animantes et homines in bibendo utuntur, ut cibaria sunt ea, quibus utuntur in cibo. Not. Tir. p. 169. Bibit, bibaria, bibulus. F.]

BIBAX, ācis, comm. gen. adj. βιβλότης, bibendi avidus. Gell. 3, 12. Bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis bibacem et bibosum dicit. Bibacem ego, ut edacem, a plerisque aliis dictum lego: bibosum dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Haec Gellius.

BIBER, vox indecl., quae ab infinito bibere mutilata videtur, et significat potum. Hinc dare alicui biber. Titinn. ap. Charis. 1. p. 99. Date illi biber: iracunda haec est. Fannius 8. Ann. ib. Jubeat biber dari. Adde Cat. Orig. ib.

BIBERIUS pro Tiberius joculariter dictus est

Tiberius Nero imperator ob nimiam vini aviditatem. Appellabatur enim Biberius Cadius Mero pro Tiberius Claudius Nero, ut est apud Suet. in ejus Vita, 42.

BIBESIA, ae, f. Festus in Peredia. Perediam et Bibesiam Plautus cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi. Plauti locus est Curc. a. 3. v. 74., ubi Curculio ridicule refert inter varia provinciarum et populorum nomina has etiam voces, quasi et ipsae provinciae sint: sed pro bibesia legitur passim peribesia.

\*BIBIBILIS, e, adj. i. q. bibilis. Gloss. Gr. Lat. βίβιμος, bibibile. B. A.

BIBILIS, le, adj. qui bibi potest. Coel. Aurel. Acut. 2, 11. fin. Cibum damus varium atque bibilem, ut ovum sorbibile etc.

BIBIO, onis, m. parva musca, quae in vino nascitur. Isid. Orig. 12, 8. Bibiones sunt, qui in vino nascuntur, quos vulgo mustiones a musto appellant, unde et Afranius: Ad me cum spectas, fabularique incipis, Ex ore in oculos tuos bibiones involant. Salm. ad Spart. in Hadr. 16. legit bibiones, et interpretatur culices; at culex genus est, cujus species est bibio ex vino natus. P Bibiones legitur etiam apud Plin. H. N. 1. in indice l. 10. n. 69., sed ibi significat vipiones, hoc est minores grues, ut est apud Eund. 10, 49, 69.

BIBITOR, oris, m. qui bibit, βίβης. Sidon. ep. 1, 8. Quem utique raro bibitor Araricus inspercerim.

BIBITUS, a, um, partic. verbi bibo, potus. Aemil. Macer c. de porro. Commixtus porri succus lacti muliebri, Et bibitus tussim fertur sedare vetustam. Plin. Valer. 2, 18. Equi lingua inveterata ex vino bibita valet: [\*Fuerunt qui substantivum bibitus, ūs, usurparent. Sed hoc inauditum, observante Ruhnck. ad Muret. Opp. Tom. II. p. 65.]

BIBLINUS, a, um, adj. βύβλιμος, qui est ex biblo, seu papyro, ut epistolae biblinae, apud Hieron. ep. 51. n. 1. h. e. papyraceae. V. hic interpretes.

BIBLIOPOLA, lae, m. βιβλιοπώλης, librorum venditor: Graeca vox a βιβλίον, liber, et πωλέω, vendo. Plin. ep. 9, 11. Bibliopolas Lugduni esse non putabam. Mart. 4, 72. Exigis, ut donem nostros tibi, Quincte, libellos: Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. P Legitur et bybliopola. Inscr. ap. Fabrett. c. 10. n. 386. M. Ulpianus Aug. Lib. Dionysius bybliopola F. S. et S. Vide vocem sequent.

BIBLIOTHECA, cae, f. βιβλιοθήκη, βιβλιοφυλάκιον, locus, in quo libri studiorum causa asservantur: Graeca vox a βιβλίον, liber, et θήκη, repositorium. Cic. Fam. 7, 28. Abdere se in bibliothecam. Adde Vitr. 1, 2, 6, 7, et 10. etc. [\*Fest. s. h. v.: Bibliothecae et apud Graecos et apud Latinos tam librorum magnus pro se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellatur.] P Interdum dicitur de armario, seu pluteo, in quo libri ponuntur. Paul. Dig. 30. l. 41. Bibliothecae parietibus inhaerentes. Adde Ulp. ib. 32. l. 50. med. [\*Memorabilis est locus apud Eund. ib. 32, 3, 52. §. 8. Si bibliothecam legaverit, utrum armorum solum vel armaria, an vero libri quoque contineantur, quaeritur? et eleganter Nerva ait, interesse id quod testator senserit: nam et locum significari bibliothecam; eo alias armarium (sicuti dicimus, eboram bibliothecam emit) alias libros (sicuti dicimus, bibliothecam, emisse). Quod igitur scribit Sabinus, libros bibliothecam non sequi, non per omnia verum est: nam interdum armaria quoque debentur, quae plerique bibliothecas appellant. — Nec desunt loci, in quibus libri opponuntur bibliothecae. Sic Ulp. Dig. 33, 7, 12, 34. Paull. Sentent. 3, 6, 51.] P Sumitur etiam pro ipsa librorum multitudine. Cic. Fam. 13, 77. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum numerorum tractavit, cum multis libros surripisset, aufugit. Id. Att. 1, 7. Conficere bibliothecam. [\*Id. ib. 1, 8. Bibliothecam tuam cave cuique despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris.] Vitr. praef. 7. instituere. Suet. Aug. 56. fin. et Gr. 22. ordinare. Et ib. 21. Praesesse bibliothecae. Plin. Prooem. H. N. narrat, Diodorum, Graecum scriptorem, historiam suam βιβλιοθήκην inscripsisse. P Servus a bibliotheca est, qui bibliothecae custodiendae et curandae praepositus est, βιβλιοφύλαξ. Inscr. ap. Grut. 584, 6. Antiochus Ti. Claudii Caesaris a bybliotheca Latina Apollinis. Et ib. 4. Hymenaeus medicus a bybliothecis. Adde ib. 7. et 576, 9. et 578, 5. Quod vero ubique bybliotheca per Graecam v. scribitur ex eo factum est, quia charta, ex qua libri constant, ex papyro olim fiebat: papyrum autem Graeci βύβλον vocant, eodemque vocabulo librum significant. Quia tamen consuetudo obtinuit, ut etiam βίβλος (et quidem saepius) per i. scriberetur, etiam Latine bibliotheca ex eadem consuetudine scribi consuevit. Quare ea scribendi ratio, quae y adhibet, neque improbari omnino potest, neque sane contra consuetudinem passim imitanda videtur. P Dicitur etiam bybliotheca, es, positione Graeca. Inscr. ap. Grut. 584, 2. Alexio Caesaris Aug. ab bybliotheca.

BIBLIOTHECALIS, le, adj. ad bibliothecam pertinens. Sidon. ep. 8, 4. Thesauris bibliothecalibus large refertus, h. e. ampla bibliotheca instructus. Capell. 2. p. 55. Bibliothecalis copia.

[BIBLIOTHECARIUS, ii, m. bibliothecae custos, a bibliotheca. M. Aur. apud Front. ad M. Caes. 4, 5. Tiberianus bibliothecarius tibi subigitandus. Adde Gloss. Isid. Bibliothecarius, qui codices secat (corrige servat). F.]

BIBLIOTHECULA, lae, f. parva bibliotheca. Symm. ep. 4, 18. Sume ephemeridem C. Caesaris decerptam bibliotheculae meae, ut tibi muneri mitteretur.

BIBLIS. V. BYBLIS.

BIBLUS, i, f. βύβλος, papyrus, ex qua charta primum facta est. Ita enim significat Graeca vox allata. Lucan. 3, 222. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat; flumineas biblos dixit, quia papyrus in palustribus Aegypti locis circa Nilum nascitur, ut Plin. 13, 11, 22. docet. Sedul. 1, 6. Plurima Niliacis tradunt mendacia biblis, h. e. litteris mandant. P Quod vero biblus scribitur, non byblus, ut est in Graeca voce, id consuetudini tribuendum est. V. dicta in BIBLIOTHECA.

BIBO, is, bibi, bibitum, a. 3. πίνω, potum ore assumere. [\*Bibere et potare quomodo diversa sint, docent hi loci. Plaut. Curc. 1, 1, 88. Agite, bibite, festivae fores, Potate, fite mihi volentes, propitiae. Fronto de Fer. Alsiens. p. 209. Proavus vester summus bellator . . tamen potavit satis strenue; tamen ejus opera P. R. in triumphis mulsum saepius bibit. Cf. Doederl. Synon. Fasc. 1. p. 149. Fasc. III. p. 313.] Cic. Tusc. 5, 34. Darius in fuga cum aquam turbidam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius: nunquam videlicet sitiens biberat. Id. Att. 13, 52. Edere et bibere ἀδεδῶς et jucunde. Plin. 10, 34, 52. Bibere large. Ov. Fast. 3, 274. exiguis haustibus. Prop. 2, 20, 32. ex aqua. Mart. 12, 11. amne. Prop. 4, 4, 14. ex fonte. [\*At Plin. ep. 4, 30, 3. ex ipso fonte potas, ubi haec vox cum delectu posita est. Scilicet bibimus ex fonte, quum aquam poculo aliare re haustam sumimus; potamus ex fonte, quum, animalium instar, aquam ex ipso statim fonte sorbemus. Cf. Doederl. Synon. Fasc. III. p. 313.] Juven. 10, 25. ficitilibus. Virg. G. 2, 506. gemma, h. e. poculo ex gemma facto. Prop. 3, 3, 26. e gemma. L. Varius ap. Macr. Sat. 6, 1. med. ex solido auro. Et Sen. Thyest. 453. in auro, h. e. in poculis aureis. [\*Sic etiam Flor. 3, 4. in ossibus caput bibere, pro quo Plin. 7, 2, 2. dicit: ossibus caput bibere. Pompon. Dig. 34, 2, 21. in argento potorio, in quo bibi potest.] Pl. Stich. 5, 4, 27. Bibe, si bibis, formula hortantis alium, ut sine mora bibat: cui similis est illa, ite, si itis apud Eund. Poen. 5, 4, 67. [\*Vide alia hujus formulae exempla apud Par. Lex. crit. v. Age p. 62. et quae Forc. habet sub AGO et AGE. Ex graeco fonte derivanda est. V. notata ad Theocr. Id. 5, 78.] P Bibere Graeco more est merum cyathis libare, salutando Deos primum, deinde amicos nominatim, et ad singula nomina bibendo, ut Ascon. exponit ad illud Cic. Ferr. 2, 1, 26. Discumbitur: fit sermo inter eos, et invitatio, ut Graeco more biberetur, etc. Sed et illud Graeci moris erat, praesertim apud Athenienses, ut minoribus primo poculis biberent, deinde, ut fit, majoribus, postquam inalescentibus animis invicem ad bibendum provocantur. Solebant enim alter alterum propinando nominare: qui toties respondere cogebatur, eodemque poculo paria facere. P Aut bibat, aut abeat, ἢ πίνε, ἢ ἀπέθε, jocosae lex in conviviis Graecorum, qua jubebantur convivae omnes ei, qui modimperator erat, (quem Hor. Od. 2, 7, 25. arbitrum bibendi appellat) parere, et singuli aliorum in bibendo conditionem subire. Transit autem in proverbium, quo admonemur, ut aut tempore loquere nos accomodemus, aut hominum consuetudinem fugiamus. Cic. Tusc. 5, 41. Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur: aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte; aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat: sic injurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquant. P Bibere mandata apud Pl. Pers. 2, 1, 3. est prae nimio potu oblivisci quod mandatum fuerat. V. similem locum Amph. 2, 1, 84. P Apud Eund. Stich. 5, 4, 38. bibere pro summo est strenue bibere, tanquam pro ultima vice potaturi simus. [\*Apprime respondet Germanica locutio wie um sein Leben trinken.] Alii aliter explicant. P Bibere nomen alicujus. In hilarioribus conviviis mos fuit, ut compositores amicorum nomina proferrent, ac tot haurirent pocula, quot litteris ea constabant. Mart. 8, 51. Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. Id. 1, 72. Naevia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. Adde 9, 94. et 11, 36. P Apud Appul. Met. 2. p. 115, 29. bibere nutrice est lac a nutrice sugere. P Poetice bibere flumen ali-quod dicuntur ii, qui ei flumini appositam regio-

nem incolunt. *Virg. A. 7, 715.* Qui Tiberim Fabarumque bibunt, quos frigida misit Nursia, etc. *Id. Ecl. 1, 64.* Ante, pererratis amorum finibus exsul aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. *Lucan. 8, 213.* populosque bibentes Euphraten. *P. Bibere* etiam dicuntur, quae humorem hauriunt, et ad se trahunt. *Virg. Ecl. 3, 111.* Claudite jam rivos, pueri; sat prata biberunt. *ἀλ- ληγοποιός* dicit: jam cantare cessate: satiati enim audiendo sumus. *Plin. 13, 4, 6.* Palma toto anno bibere amat. *Id. 8, 48, 73.* Lanarum nigrae nul- lum colorem bibunt. *Id. 31, 11, 47.* Spongiae ad pruinas sternuntur inversae, ut candorem bibant. *Hor. Od. 3, 8, 11.* Amphora fumum bibere insti- tuta. *V. FUMARIUM.* *P. Arcus* etiam coelestis *bibere* dicitur. Veteres enim vulgo credebant, Iri- dem demissis in terram cornibus aquam haurire e mari et fontibus, quam postea in altum sublatam per nubes effunderet. Hinc inter varia pluviae si- gna *Virg.* enumerat, cum *bibit ingens arcus*, *G. 1, 380.* Hinc festive *Plaut.* de anu ob aetatem curva, simulque bibacissima, *Curc. 1, 2, 41.* Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie. *P. Sumitur etiam bibere* pro elicere, haurire. *Virg. A. 11, 803.* Hasta sub exsertam donec perlatam papillam Haesit, virgineumque alte bibit acta cruorem. *Plin. 9, 36, 60.* Purpurae flos liquoris est minimi in candida vena, unde pretiosus ille bibit nigran- tis rosae colore subluens. *P. Translate.* [*\*Cic. Phil. 11, 5.* de L. Antonio: Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, ejus san- guinem non bibere censetis?] *Hor. Od. 2, 13, 31.* Pugnas et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus, *h. e.* studiose audit. *Sic Prop. 3, 4, 8.* Incipe: suspensis auribus ista bibam. *Virg. A. 1, 753.* Infelix Dido, longumque bibebat amorem. *Stat. Ach. 1, 393.* totisque novum bibit ossibus ignem. *Claud. Nupt. Hon. et Mar. 231.* Maternos- que bibit mores. *Quint. proem. 1.* Nudae illae artes omnem succum ingenii bibunt. *P. [Particip. Bibiturus* ap. *Hieron. in Isaj. 8, 25, 8.* Vinum, quod se Dominus cum sanctis suis in regno Patris sui bibiturum esse promisit. [*\*Alibi frustra* quaer- ras hanc formam. *Döderl. Synon. 1, p. 150.* Partic. passivi *Bibitus* legitur apud *Aemil. Mac. cap. de porro*, et apud *Plin. Val. 2, 18.* Sed an supin- um *bibitum* usquam reperiatur, valde dubito. Haec, ni fallor, causa est, cur etiam pedestres scriptores graecam constructionem ponere maluerint, quam formam usurpare, Romanis auribus insuetam. *Certe Liv. 40, 47.* dare bibere, ut locum *Ter. Andr. 3, 2, 4.* non afferam. *Cic. Tusc. 1, 26.* Ganymedem a diis raptum ait, propter formam, ut Jovi bibere ministraret, ubi si Cicero *potum ministraret* scripsisset, hoc alium haberet sensum. Cf. alios locos s. *Biber.*]

**BIBO**, ōnis, m. bibax. *Firm. Math. 5, 4. fin.* Homines vitiosi, epulones et bibones. *P. Bibones* alio sensu V. supra in BIBIO.

**BIBONIUS**, πολυπότης. *Vet. Gloss. B. A.*

**BIBOSUS**, a, um, adj. πολυπότης, bibendi avidus. *Laber. ap. Gell. 3, 12.* Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. *Adde P. Nigid. ib. V. BIBAX.*

**BIBRACTE**, is, n. et Bibracte, es, f. Βίβρακτι, Βίβραξ, ap. *Strab. φρούριον Βίβρακτι*, ap. *Ptol. Αἰγυπτιακῶν*, oppidum Galliae Celticae sive Lugdunensis, in regione Aeduarum. Verisimiliter est *Autun* in *Bourgogne, Dep. de Saone et Loire. B. A.*

**BIBRAX**, ctis, oppidum Galliae Belgicae, in regione Remorum. *Caes. B. G. 2, 6.* ubi rectum habes *Bibrax*. In *Tab. Peut. Bibe*. Hodie secundum *Reichard. Braine*; secundum *d'Anville Bièvre. B. A.*

**BIBREVIS**, e, adj. Pes bibrevis apud *Diom. 3, p. 471.* et *472.* Latine est idem, qui Graece *Di- brachys. V.*

**BIBROCI**, orum, Britanniae populi. *Caes. B. G. 5, 21.* *Camdeno* sunt the *hundred of Bray. B. A.*

**BIBULUS**, a, um, adj. qui facile humorem bibit et sorbet. *Virg. A. 6, 227.* Favilla bibula. *Id. G. 1, 114.* arena. *Id. ib. 2, 348.* Lapis bibulus, *h. e.* lapis arenarius bibendo humori idoneus, ut *Serv.* exponit. Nam alii ideo dictum putant, non quod ipse humorem bibat, sed quod per eum hu- mor ad radices arborum admittatur. *Colum. 12, 43. fin.* Ollae bibulae, et male coctae. *Plin. ep. 8, 15.* Charta bibula. *Lucan. 4, 136.* Conseritur bibula Memphis cymba papyro. *Or. Met. 4, 743.* Medulla bibula. *Id. ib. 6, 9.* lana, *ἐμβόριος. Id. ib. 14, 368.* Bibulae nubes. *Val. Fl. 1, 289.* vestes. *Mart. 11, 32.* Bibula palus. *Suet. Aug. 76.* Cas- cus bibulus, *h. e.* recens, quia tunc condituram facile imbibit. Sed alii rectius leg. *bubulus.* *P.* Item qui bene bibit, bibax, πολυπότης. *Hor. Ep. 1, 18, 91.* Potiores bibuli. *Et ib. 14, 34.* Bibu- lus falerni. *P.* Hinc ortum est Romanum cogno- men *Bibulus*, ut *L. Publicius Bibulus* ap. *Liv. 22, 53.* *M. Calpurnius Bibulus*, qui cum *C. Julio Caesare* consul fuit. *Suet. Caes. 19.* *P. Translate.* *Pers. 4, 50.* Nequicquam populo bibulas donaveris aures, *h. e.* ad audiendum paratas et avidas.

**BICAMERATUS**, a, um, adj. *Hieron. adv. Jo-*

*vin. 1, 17.* Si arca plures habuit mansiones, et nidulos, et bicamerata, et tricamerata, et diver- sas bestias, etc. *h. e.* duplici et triplici camera, seu fornice.

**BICAPS**, bicapitis, omn. gen. idem ac biceps. *Inscr. in Giorn. Pis. T. 11, p. 79.* Hermes Aug. Lib. vilicus ejusdem loci aram et crateram cum basi bicapiti D. D. *Gloss. Phil. Bicapites, δικέφα- λου. F.*

**BICE** vel *Byce*, es, Βύχη λίμνη, nomen palu- dis in Chersoneso Taurica, juxta Isthmum. *Val. Fl. 6, 68.* Quique lacum cinxere Bicen. *A. Plinio* appellatur *Buges*, qui 4, 12. inquit: A tergo lacus Buges, fossa emissus in mare. Ipse Buges a Co- reto, Maeotis lacus sinu, petroso discluditur dor- so. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, etc. ubi et paludis et fluvii nomen est. *Buces* appellatur flu- vius a *Mela 2, 1. ante med. B. A.*

**BICEPS**, bicapitis, omn. gen. adj. duo capita vel vertices habens, *δικέφαλος, δικέφαλος. Cic. Div. 1, 53.* Si puella nata biceps natus puer. *Pers. prol. 2.* Nec in bicipiti somniasse Parnasso. *P. Translate. Varr. ap. Non. 6, 36.* Civitas biceps. [*\*Quae* in duas partes s. factiones divisa est.] [*Adde Flor. 3, 17.*] *Appul. Flor. n. 18.* Argumen- tum biceps. *P. Veteres bicipes* in recto dixere, ut testatur *Prisc. 6. in f. et 7. p. 754.*, eo modo, quo *ancipes* pro *anceps, praecipis* pro *praecipis.*

**BICEPSOS**, i. *Varr. L. L. 4, 8. med.* affert plura nomina hujus positionis, quae sunt *primiceps, bicepsos, tercicepsos*, (corrige *tercicepsos*), *quadri- cepsos, quinticepsos, sexticepsos, septicepsos.* Vi- detur autem nonnullis ibi sermo esse de septem collibus Urbis Romae. *Putat Scalig. in Conject. legendum ubique biceps, terciceps, quadriceps, etc.*: alii contra priorem lectionem ita retinent, ut et primam vocem *primiceps* in *primicepsos* vel *princepsos* mutandam censeant. Utcumque vero legas, nihil aliud significare plerique putant, quam pri- mum caput, seu cacumen, seu verticem montis, secundum caput, et sic deinceps. [*Sed Jo. Bapt. Brocchius, Memor. sullo stato fisico del suolo di Roma, p. 47.* et seqq. probat, *bicepsos, tercicepsos, etc.* esse voces compositas ex *caput*, quod idem significat quod *Italice capostrada*, initium viae. Hinc apud *Varr. l. c.* legere est *caput Sacrae viae*, apud *Victor. de Reg. U. R. n. 12. caput viae novae*, apud *Rufum de Reg. U. R. n. 3. caput Suburae*: et apud eundem *Varr. ib.* verba *bicepsos simplex* significant *secundo capostrada*, quod nec bivium, nec trivium habet. *Varr.* autem *ib.* postquam nar- rasset, antiquitus urbem Romam in IV. tribus, et in XXVII. partes divisam fuisse, ac totidem ex- structa *sacrarum*, quae *Victor*, et *Rufus* vocant *aediculas* [*\*Capellen*] haec habet: Cum Coelio con- junctae Carinae; sed inter eas, quem locum Cerio- lensium appellatum apparere, quod primae regionis quartum sacrarium scriptum sic est: Ceriolensis quarticeps circa Minervium. *Adde, aedem Junonis Lucinae, teste Or. Fast. 2, 435.*, fuisse *monte sub Exquilio*, quod confirmavit vetus haec *Inscr. ap. Marin. Iscriz. Alb. p. 1.* P. Servilio, L. Antonio Cos. (*h. e.* an. U. C. 713.) A. D. IV. K. Sext. locavit Q. Pedius Q. Urb. murum Junonis Lucinae HS. CCCIOOO CCCIOOO CCCIOOO IOOO CCIOO CCIOO CCIOO (*h. e.* sesteriorum CCCLXXX. millibus) ei- demque probavit. Haec reperta est an. a Chr. n. 1770. ad radices montis Oppii, qui fuit unus e mon- tis Exquilii verticibus. *Varr. l. c.* Cispium mons: septiceps apud aedem Junonis Lucinae. Hinc patet, septiceps significare septimum caput viae, verticis Cispii, quod verticis Oppio, et templo Ju- nonis Lucinae continerentur erat. *Aloys. Nardius in Giorn. Acad. T. 23, p. 348.* et seqq. putat, vo- cem *septiceps* idem significare ac *septicepsos*, haec vero vulgus, illa cultiores homines usos fuisse; idemque hanc affert *Ariminensem Inscr. Exquilinus vicus, septiceps Herculi Victori. F.*]

**BICESSIS**, idem valet ac duo decusses. *Varr. L. L. 4, 36.*, ubi al. leg. *vicissis*, hoc est viginti asses. Nam duo decusses viginti asses continent.

**BICHORDULUS**, a, um, adj. duas habens chór- dulas. *V. BICODULUS.*

**BICIRRES**, διμαλλοι, διχορροοι. *Gloss. Vet. V.* in *Bigerrica. B. A.*

**BICLINIUM**, ii, n. coenatio, in qua duo tantum lecti sunt ad discumbendum: vel lectus, qui duos discumbentes capit, ut triclinium tres. Est autem hybrida vox, ut et *Quint.* docet 1, 5. *extr.* ex Latino *bis*, et Graeco *κλίνη*, lectus. *Pl. Bacch. 4, 4, 69.* Ubi est biclinium vobis stratum. *Et ib. 102.* Jam facite, in biclinio cum amica sua uter- que accubitum eatis.

**BICODULUS**, a, um, adj. qui duplicem habet codam seu caudam. *Appul. Apol. Sauri*, illices bicodulae, *h. e.* iynge, quae caudam vibrando du- plicare videntur, Graece *σεισασπυρίδες*; ut serpentes bilingues dicti a linguae vibratione. Alii minus recte leg. *Aureae illices bichordulae*, alii *bitor- tilae. F.*

**BICOLOR**, oris, omn. gen. adj. δίχρους, qui duo- rum est colorum. *Or. Met. 8, 664.* Ponitur hic

bicolor sinceræ bacca Minervae. *Id. ib. 10, 93.* Bicolor myrtus. *Virg. A. 5, 566.* Equus bicolor albis maculis. *Plin. 10, 52, 74.* Intus omne ovum volucrum bicolor.

**BICOLORÉUS**, a, um, et

**BICOLORUS**, a, um, adj. idem ac bicolor. *Vop. Aurel. 13.* Hastas puras decem, vexilla bicolora quatuor. Al. leg. *bicolore* a recto *bicoloreus*. Sic apud *Appul. Apol.* Taeniae alterplices, bicolorae. Sed hic quoque alii aliter.

**BICOMIS**, e, adj. duplicem habens comam, ut *Equus bicomis*, ap. *Veg. Veter. 1, 56.* hoc est, qui comam habet utrinque dependentem.

**BICORNIGER**, a, um, adj. idem ac bicornis. *Or. Her. 13, 33.* Ut quas pampinea tetigisse bi- corniger hasta Creditur, *h. e.* Bacchus, qui bicor- nis fingitur.

**BICORNIS**, e, adj. δίκερος et δίκροος, bina ha- bens cornua. *Cels. 8, 1. med.* Maxillae partes ex- tremæ quasi bicornes sunt. [*\*Plin. 11, 49, 106.* bicorne (animal) nullum.] *Or. Her. 4, 49.* Fau- nique bicornes. *Id. Met. 15, 304.* Caper bicornis. *Virg. G. 1, 264.* Furcae bicornes. [*\*Etiam Or. Met. 8, 647.* nobis: *eine zweizinkige Gabel. Col. 10, 148.* bicorni ferro herbam pectere.] *Hor. c. saec. 35.* Luna bicornis. *Virg. A. 8, 727.* Rhe- nus bicornis, ubi *Serv.*: aut quia commune est omnibus fluviis (cornua enim amnibus tribuunt poe- tae) aut quia duplici alveo fluit, uno, qua Roma- num imperium est; altero, qua interluit Barbaros, et insulam Batavorum facit. [*\*Etiam Granicus* ap. *Or. Met. 11, 763.* bicornis appellatur, quod duo- bus ostiis in mare exit: quae *Burmanni* est inter- pretatio.] *P. Bicornes* absolute, appellantur bos, et aries ad aram stantes, in qua taurobolium et criobolium celebratur. *Inscr. ap. Grut. 27, 4.* Vota Faventinus bis deni suscipit orbis, Ut mactet re- petens aurata fronte bicornes.

**BICORPOR**, is, δίκομος, duo habens corpora. *Cic. vertens* quosdam versus *Sophocl. Tusc. 2, 9.* Haec dextra Lernam tetram, mactata excetra, Pla- cavit; haec bicorpore afflixi manum, *h. e.* Centauros ab Hercule interfectos, ut est apud *Hyg. fab. 34.* Versus autem *Soph.* his respondentes sunt: *Αεγυλιαν ὁ ὕδραν, διφυή τ' ἀμικρον ἰσχυροσμοι σκα- τὸν θηρόν*, et *Accius* ap. *Prisc. 6, p. 699.* Pallas bicorpor anguim spiras trahit. *Naevius ib. p. 679.* Titani bicorpores, gigantes, magnique Atlantes.

**BICORPOREUS**, a, um, adj. idem ac bicorpor.

*Firm. Math. 2, 12.* Gemini est signum in coelo masculinum, bicorporeum, bipes, rationale, etc.

**BICORS**, ordis, adj. comm. gen. cui duplex cor, vel translate qui subdolos et bilinguis. *Commodian. Instr. 11.* Officio vervecis potuit scire bicordem, *h. e.* Daphnen, quae Apollinem sibi insidias struen- tem cursu fefellit. *F.*

**BICOXUM**, δίκορον. *Gloss. gr. lat. B. A.*

**BICROTA**, V. DICROTUM.

**BICUBITALIS**, e, adj. δίπαχος, duorum cubito- rum. *Plin. 20, 23, 94.* Meum foliis aniso simile, et caule aliquando bicubitali.

**BICUBITUS**, a, um, adj. bicubitalis. *Appul. Herb. 72.* Herba ramulis tenuibus, bicubitis, etc.

**BIDENS**, tis, adj. [*\*In* vetere glossario etiam nominativus *bidentis* legitur: qui an alibi reperi- tur nescio et fere dubito.] Qui duos habet dentes. *Auct. Priap. 82.* Bidens amica, Romuli senis mem- or, *h. e.* anus, cui duo tantum supersunt dentes. *Plin. 7, 56, 57.* Ancoram (*invenit*) Eupalamus: eandem bidentem Anacharsis. *Virg. Cat. 8.* Bi- dens forfex. *V. ATTONDEO. Id. Cir. 213.* ferro- que manus armata bidenti, *h. e.* forfice. *P. Bidens* absolute, *δίκελλα*, instrumentum rusticum ferreum, duobus veluti dentibus ex una parte instructum, aptumque ad terram fodendam. [*\*Col. 4, 17.* fos- sores quoque liberius et aptius iactant bidentes. *Pall. 8, 5.* bidentes cuprei. Cf. *Pall. 1, 43. Ulp. Dig. 33, 7, 8. Plin. 17, 21.* bidente pastinari so- lum vineae praecipit.] *Or. Fast. 4, 927.* Sarcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus, *Ruris opes, niteant. Virg. G. 2, 400.* glebaque versis Aeternum frangenda bidentibus. *Tib. 2, 3, 6.* Versarem valido pingue bidente solum. *Juven. 3, 128.* Bidentis amans, *h. e.* agriculturae studiosus. *P. Praeterea bidens, tis, f.* est ovis bima, apta ad sacrificium. Fere enim dicitur de ove, quae in ho- stiam eligitur. Ratio autem hujus appellationis est, vel quia duorum annorum aetas in hujusmodi pe- core requiritur: quod neque minores, neque ma- jores licebat hostias dare, ut *Serv. ad A. 4, 57.* docet: itaque dicta est (si *Servio* et *Nigidio* apud *Gell. 16, 6.* credimus) primo *bidentis*, d littera im- missa, quasi *biennis* a *bis*, et *annus*: tum longo usu loquendi corrupta vox est, et ex *bidenni* facta *bidens*. Vel potius appellata est *bidens* a *bis*, et *dens*, quia oportet, ut ovis, quae hostia est, ha- beat dentes octo, et in his duos ceteris eminentio- res, qui non nisi circa bimatum apparere solent, per quos apparet ex minore aetate in majorem trans- cendisse: quae sententia est *Julii Hygini* ap. *Gell. l. c.*, *Festi* in *Bidental*, *Servii* tum *l. c.*, tum ad *A. 6, 39.* et *Isid. Orig. 12, 1.*, probaturque a *Scal.* in *Conject. ad Varr. p. 45.* et a *Voss.* in *Elym.*

Quod enim putarunt nonnulli, *bidentes* esse, quae duos tantum dentes habeant, absonum et falsum est: ridenturque a *Gell. l. c.* et *Non. 1, 264. Virg. A. 4, 57.* mactant lectas de more bidentes Legiferae Cereri, etc. *Id. ib. 12, 170.* intonsam mactabat rite bidentes. *Id. ib. 12, 170.* intonsamque bidentem Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris. *Hor. Od. 3, 23, 14.* Tentare multa caede bidentium Deos. *Plin. 8, 51, 77.* Coruncianus ruminales hostias, donec bidentes fierent, puras negavit. *P. Idem Nigid. l. c.* scripsit, non solas oves, sed omnes bimas hostias *bidentes* vocari. Quo pertinet illud *Pomponii ap. Gell. et Non. l. c.* Mars, tibi voveo, me facturum, si unquam redierit, bidenti verre. *P. Dicitur interdum bidens generatim de quacumque ove, et extra sacrificium. Phaedr. 1, 17.* Bidens jacentem in fovea prospexit lupum.

**BIDENSES**, ium, m. plur. populi Siciliae, quorum oppidum *Bidis* non longe a Syracusis. *Cic. Ferr. 2, 2, 22.* *P. Hi frequentius Bidini dicuntur, ut videre licet ib. 23, 24 et 25., et apud Plin. 3, 8, 14.* *P. [\*Bidensium etiam appellantur nomine incolae Bidae, Mauritaniae Caesariensis oppidi. Notit. Maurit. B. A.]*

**BIDENTAL**, alis, n. *Festus.* Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus sacrificaretur. *Id. Minora templa sunt ab auguribus cum loca aliqua tabulis, aut liuteis sepuntur, ne uno amplius ostio pateant. Ergo per Festum omnia minora templa quibuscumque Diis sacra, in quorum medio ara est ad bidentes sacrificandas, bidentalia dicebantur. Car. Rosin. Dissert. Isag. Tab. 18.* mutilam inscriptionem sed probabili conjectura a se suppletam affert, quae reperta est prope duo aedificia, quorum alterum parvi templi formam referebat cum cella, alterum duplex, cujus bina septa uno aditu patebant, et aram mediam solidam ac cubicam, minime vero putealia, sive aras cylindricas pertusas, habebant. *Inscr. vero talis est: D. D. M. Caesius Daphnus duo bidental. Nuceriae, et restant aedem Genl Stabiar. labantibus marmorib. vexata proinde restituit. P. Itaque templum illud, quod sepimenti loco circa puteal, sive aram fulguritam statuebatur, ob similitudinem et ipsum appellabant bidental, et quidem ad aliorum templorum discrimen triste et evitandum. Hor. Art. P. 471.* Mixxit in patrios cineres, an triste bidental Moverit incestus. *Pers. 2, 27.* Triste jaces lucis evitandumque bidental. *Appul. de Deo Socr. p. 46, 41.* Tuscorum piacula, fulguritorum bidentalia. *Sidon. Carm. 9, 189.* Nec, quae fulmine Tuscus expiato, Septum numina quaerit ad bidental. *Idem Rosin. ib. Tab. 19 et 20.* habet figuram bidentalis Pompejis effossi, quod puteal medium et templum rotundum octo columnarum sine tecto, sed epistylis tantum ornatum habebat, cum inscriptione *Oscis litteris exarata quae Latine ita sonat: Nitres ter medix tuticus septo conclusit. [\*Ita haec refinxit F. Apud Forc. haec tantum legebantur: „Bidental, τόπος κρηνοσπηλῆς, locus fulmine ictus. Mos fuit Romanis ab Hetruscis acceptus, ut quo loco fulmen decidisset, eum locum haruspex macetata bidenti expiaret (dispersos ignes colligendo et terra tegendo: quod dicebatur fulmen condere), exsecratum consecraret, consecratum clauderet sepimento aliquo, quia calcari nefas erat.“ Jam sequuntur loci supra allati Hor. et Appul.]*

**BIDENTALIS**, le, adj. *Sacerdotes bidentales* dicti sunt, qui Herculi et fortasse etiam aliis Semonibus, *h. e.* Diis minorum gentium, erant sacri, quibus minora templa, bidentalia appellata, statuebantur: hi in decuriam redacti fuerunt. *Inscr. ap. Grut. 96, 5.* Semoni Sanco Deo Fidio sacrum Sex. Pompejus Sp. F. Col. Mussianus Quinquennalis Decur. Bidentalibus donum dedit. *Et ib. 6.* Sancto Sanco Semoni Deo Fidio sacrum decuria sacerdotum Bidentalium recipere vestigialibus.

**BIDENTATIO**, onis, f. fossio, quae fit ope bidentis. *Gloss. gr. lat. οκαριετός, occatio, bidentatio. B. A.*

**BIDIL**, oppidum Mauritaniae Caesariensis. *Anton. Itin. B. A.*

**BIDINI**. V. **BIDENSES**.

**BIDUANUS**. Tempus biduanum in aliquot codd. et editt. legitur apud *Liv. 27, 24, 3.* Sed legendum biduum tempus. V. *Drak.*

**BIDUUM**, i, n. *διήμερον*, duorum dierum tempus. *Nep. Hann. 6.* Biduo, et duabus noctibus Adrumetum pervenit. *Id. Att. 22.* Cum biduum cibo se abstinisset. *Ter. Eun. 1, 2, 110.* In hoc biduum Thais vale. *Liv. 10, 23.* Supplicationes in biduum decretae. *Cic. N. D. 2, 38.* Tanta tenebrae finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. *Id. Att. 8, 14.* In his locis, quae a Brundisio absunt propius, quam tu, biduum, aut triduum. *Id. ib. 5, 16.* Castra, quae aberant bidui. *Id. Fam. 10, 17.* Ventidius bidui spatio abest ab eo. *Id. Att. 4, 3.* Concio biduo nulla. *Suet. Caes. 16.* Biduo post. *Id. Aug. 10.* Post biduum. *Id. Cal. 19.* Biduo continent. *Ter. Andr. 2, 6, 9.* Sollicitudo bidui, aut tridui. *[\*Tempus additur Liv. 27, 24, 3.* Quum Senatus biduum ad considerandum pete-

ret tempus. Ubi editt. varia moluntur. Sed *Drak.* recte vulgatam defendit, similibus allatis exemplis.]

**BIENNALIS**, le, adj. biennium durans. *Justin. Cod. 5, 37, 27.* Biennalis meta.

**BIENNIS**, e, adj. *διετής*, duorum annorum. *Plin. 2, 82, 84.* Cum quidam annuo, et bienni spatio duraverint. *Al. leg. biennii.* Ita enim habent tres editt. princ. A. 1469. 1470 et 1472. *Ald. et alii.* *Hard.* cum aliis quibusdam edidit *annuo et biennio spatio.* At *Suet. Galb. 15.* Bienni spatio determinatur senatoria et equestria officia. Ceterum vox *biennis* affertur etiam a *Beda De orthogr. p. 2331.* et *Nigid. ap. Gell. 16, 6.* docet, *bidentes primo dictas biennens, d littera immissa: quasi biennes.*

**BIENNIUM**, ii, n. *τὸ διετές, διετία*, duorum annorum tempus, sicut *triennium* trium. *Cic. Phil. 5, 3.* Tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta Caesaris, ille biennii, iste sexennii. *Ter. Heec. 1, 2, 12.* Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. *Pl. Bacch. 2, 1, 1.* Biennio postquam hinc abii. *Id. ib. 3, 2, 4.* Hoc factum est ferme abhinc biennium. *Id. Merc. 3, 1, 35.* Jam biennium est, cum mecum rem coepit habere. *Liv. 5, 14.* Comitia biennio habita.

**BIERIS**, is, f. *διήρης*, idem ac birem. *Not. Tir. p. 177.* Bieris, trieris, quateris, quinqueris, hexeris, hepteteris, penteris. *F.]*

**BIFARIAM**, adv. *διμερῶς, δίρη*, bipartito, (etymon est a *δις*, bis, et *ῥῶς*, finis.) *Liv. 3, 63.* Gemina victoria duobus bifariam proeliis parta. *Suet. Aug. 100.* Bifariam laudatus est: pro aede D. Julii a Tiberio, et pro Rostris sub Veteribus a Druso. *Liv. 10, 21. a med.* Jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit. *Cic. Tusc. 3, 11.* Bifariam quatuor perturbationes aequaliter distributae sunt. *Varr. R. R. 2, 4.* Annus divisus bifariam. *Pl. Aut. 2, 4, 3.* Dispartire obsonium bifariam. *P. Item duabus vicibus, dupliciter. Messala ap. Gell. 13, 15.* Bifariam cum populo agi non potest. *Appul. Dogm. Plat. 3. ad f.* Quoniam utraque acceptio bifariam tollitur. *P. Item duobus modis. Modest. Dig. 38, 10, 4.* Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur: nam quaedam cognationes jure civili, quaedam naturali continentur.

**BIFARIUS**, a, um, adj. duarum partium, vel duorum generum, duplex: est a *διμερῶς*, mutata littera s in r, ex consuetudine Latinorum. V. litteram R. *Appul. Dogm. Plat. 3, p. 39, 16.* Ut bifaria sit sublata illatio. *Al. leg. bifariam. Amm. 18, 4.* Ratione bifaria.

**BIFAX** vel **DIFAX**, acis, adj. duas habens facies. *Gloss. lat. gr. Bifax, difax, διπρόσωπος.* Cf. *Trifax* et *V. Meurs. Exerc. 2, 4.*

**BIFER**, a, um, adj. qui bis in anno fructum fert, *διμερῶς, διμερῶς.* *Virg. G. 4, 119.* biferique rosaria Paesti. *Cato R. R. 7.* Biferae arbores. *Varr. R. R. 1, 7.* Malus bifer in agro Consentino, vites biferae apud mare Smyrnae. *Plin. 16, 27, 50.* Ficus biferæ, *h. e.* arbores fici bis ferentes. *Suet. Aug. 76.* Caseum bubulum et ficos virides biferas maxime appetebat, *h. e.* fructus arborum fici biferarum. *[\*De fructibus etiam Col. 10, 403.] Manil. 4, 230.* signum sagittarii vocat *biferum Centauri corpus*, quia constat equina et humana forma. *P. Rectus casus singularis rectius est bifer, quam biferus.* Nam composita a fero frequentius hoc modo desinunt, *aestifer, anguifer, armifer, falcifer, furcifer, letifer, pestifer,* et alia. Quamquam et *biferus* defendi potest, cum *mortiferus* et *pestiferus* apud *Cels.* legantur 2, 6. et 4, 2. n. 2.

**BIFESTUS**, a, um, adj. a *bis* et *festus*. *Prud. περὶ ορεγ. 12, 66.* festum SS. Petri et Pauli vocat *diem bifestum.*

**BIFIDATUS**, a, um, adj. idem ac bifidus. *Plin. 13, 4, 6.* Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis.

**BIFIDUS**, a, um, adj. *διχῆλος*, in duas partes fissus, seu divisus: a *bis* et *findo*. *Ov. Met. 14, 303.* setaeque cadunt, bifidosque relinquit Rima pedes. *Plin. 11, 37, 65.* Lacertis lingua bifida et pilosa. *Id. 17, 20, 34.* Bifida stirpis. *Id. 16, 39, 76.* Bifidi venarum cursus. *[\*Col. 4, 33.* bifidae ridicae.] *Val. Fl. 1, 570.* In bifidum discessit iter.

**BIFILUM**, i, n. duplex filum. Affertur a *Servio* ad illud *Virg. A. 12, 375. bilicem loricaem:* sed nullo confirmatur Latini scriptoris exemplo.

**BIFISSUS**, a, um, adj. idem ac bifidus. *Solin. 52. med.* Sunt praeterea boves solidis unguis, nec bifissis.

**BIFORIS**, re, adj. binas habens fores, seu valvas, *διπύργος.* *Ov. Pont. 3, 3, 5.* Nox erat, et bifores intrabat luna fenestras. *[\*Ov. Met. 2, 4.* bifores valvae.] *P. Item duo habens foramina, seu portas. Solin. 2. ad f.* Nidos moluntur bifori accessu. *Appul. Dogm. Pl. 1.* Nares quarum bifori via odor cum spiritu commeat. *P. Translate. Virg. A. 9, 617.* O vere Phrygiae, neque enim Phryges: ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum, ubi *Sere:* bisonum, imparem. Et servavit eis tibiaram suarum, idest Phrygiarum naturam. Tibiae aut Serranae dicuntur, quae sunt pares, et aequales habent caver-

nas: aut Phrygiae, quae et impares sunt, et inaequales habent cavernas. Ergo *biforem*, dissonum, dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositae. Ut enim ait *Varro*, Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem. Haec *Serv. Stat. Th. 4, 668.* Aeraque, tympanaque, et biforem reticere tumultum Imperat.

**BIFORMATUS**, a, um, adj. idem ac biformis. *Cic. vertens aliquot versus ex Soph., Tusc. 2, 8.* non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo. *[\*Biformatus impetus est is qui ex duobus corporibus inter se junctis Centaurorum fit.]*

**BIFORMIS**, e, adj. *διμορφος*, duas habens formas. *Tac. A. 12, 64.* Biformes hominum partus. *Virg. A. 6, 25.* mixtumque genus, prolesque biformis Minotauris inest. *Hor. Od. 2, 20, 2.* Non usitata, nec tenui ferar Penna biformis per liquidum aetheris Vates. *Ov. Fast. 1, 89.* Janus biformis. *[\*cum duplici facie, i. q. bifrons. Col. 10, 427.* biformes Panas, i. e. qui et hominis et hirci figuram prae se ferunt.] *Adde Justin. 2, 6.* *[\*Verba sunt: quem (Cecropem) biformem tradidere.]*

**BIFORUS**, a, um, adj. idem ac biforis, hoc est binas habens fores, seu valvas. *Vitr. 4, 6. fin.* Ipsaque forium ornamenta non fiunt cerostrota, neque bifora, sed valvata.

**BIFRONS**, ontis, adj. *διμέτωπος*, duas habens frontes. *Virg. A. 7, 180.* Saturnusque senex, Janique bifrontis imago. *Adde ib. 12, 198.*

**BIFURCUS**, a, um, adj. *διπύργος*, duas habens cuspides, seu acumina. *Liv. 33, 5. fin.* Bifurci valli. *Plin. 16, 39, 53.* Bifurcae arbores. *Col. 3, 18.* Pastinum vocant agricolae ferramentum bifurcum. *Ov. Met. 12, 442.* Ramus bifurcus. *P. Substantive usurpant Col. 4, 24.* Vocatur focaneus palmas, qui solet in bifureo medio prorepere. *Veg. Vet. 2, 40.* Duae autem venae a capite descendunt, et conveniunt se sub maxillis usque ad gulam; ne bifureum tangas, et jumentum occidas. *[\*bifurcum intellige de venarum conjunctione.] Et Petr. Sat. 62.* Mihi sudor per bifurcum volabat, *h. e.* per femora et crura, quae in homine furcam assimilant, seu potius per inferiorem maxillarum partem usque ad gulam.

**BIGA**, ae, f. *ζεύγος, ἄρμα*, currus duorum equorum: item duo equi ad currum juncti sub uno jugo: vel etiam duo alterius generis animalia. Usurpatur saepissime in plurali numero. *Plin. 7, 56, 57.* Bigas primas junxit Phrygum natio: quadrigas Erichthonius. *Id. 37, 10, 57.* Bigis vehi. *Virg. A. 2, 272.* Hector raptatus bigis. *Id. ib. 5, 721.* Nox bigis subvecta. *Id. ib. 7, 26.* Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Id. ib. 12, 164.* bigis et Turnus in albis. *Cat. 55, 26.* Rhesi niveae, citaeque bigae. *P. Negat Varr. L. L. 9, 2.* usurpari in singulari numero. Ratio enim exigit, ut quae pluribus constant, plurali tantum dicantur. Reperitur tamen apud idoneos scriptores. *Tac. H. 1, 86.* Omissas habenas bigae, cui Victoria institerat. *Suet. Tib. 26.* Unius bigae adjectione. *Stat. Silv. 3, 4, 46.* olorinaque jubet considere biga. *Adde Id. Th. 1, 338., Plin. 34, 8, 19. n. 12. et 35, 11, 40. n. 34. et Inscr. ap. Grut. 352, 1. et 440, 1.* *[\*In his exemplis plurima ex poetis petita vides, nullum ex pedestri aureae aetatis scriptore. Cf. Ruddim. Instit. p. 159. seq. n. 81.]* *P. Adjective Manil. 5, 3.* Quadrijugis et Phoebus equis, et Delia bigis meant. *P. Bigas cornutus* joculariter dixit *Varro ap. Non. 2, 731.* duos boves aratores, quos ad aratum junxerat Triptolemus, qui frumenti sementem mortales docuit.

**BIGARIUS**, ii, m. qui bigam agit. *Inscr. ap. Murat. 621, 2.* Florus ego hic jaceo quondam bigarius infans, Qui cito dum currus capio, cito decido ad umbras. *[Ita legit Car. Fea ex MS. Chigiano T. 4. p. 300. Operum Jo. Aloys. Bianconi ed. Med. F.]* *P. Item bigarum artifex. Arnob. 2, p. 70.* Bigarii, salinatores, unguentarii, aurifices. *Al. rectius leg. cybiarii.*

**BIGATUS**, a, um, adj. *Bigatus nummus* et *bigatus* absolute est, qui bigae notam impressam habet. *Plin. 33, 3, 13.* Nota argenti fuere bigae atque quadrigae: et inde bigati quadrigatique dicti. *[\*Cf. Festus in v. Grave aes.] Liv. 23, 15. fin.* Laeto juveni bigatos quingentos quaestorem numerare jubet. *Tac. G. 5.* Pecuniam probant veterem, et diu notam, ferratos bigatosque. *P. Argentum bigatum* est pecunia argentea cum nota bigae. *Liv. 33, 23.* Aeris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia. *[\*Id. 33, 37.* Aeris trecenta viginti millia, argenti bigati ducenta triginta quatuor millia. *Id. 36, 21.* Argenti bigati prae se tulit ceritum triginta millia; et extra numeratum duodecim millia pondo auri.]

**BIGEMMIS**, e, adj. duas habens gemmas. *Valer. in ep. ap. Treb. Claud. 14.* Balteum inauratum unum, anulum bigemmem uncialem, etc. *P. Dicitur etiam de arboribus. Col. 5, 5.* Pro custodibus autem bigemmes reseces fiunt. *[\*De vitibus quae duos oculos habent.]*

BIGENERUS, a, um, adj. διγενής, qui est duorum generum. [\*Bastard.] Festus: Bigenera animalia dicuntur ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone et panthera, mulus ex equa et asino. Varr. R. R. 2, 8. Nam muli et hinni bigeneri atque insiticii, non suo genere ab radicibus.

\*BIGERRA, ae, oppidum Hispaniae Tarraconensis, ad mare Mediterraneum, in Bastitanorum regione. Liv. 21, 41. extr. P Bigerra, vestis gufa. V. in Bigerriga. B. A.

BIGERRI, orum, m. plur. populi Galliae Aquitanicae ad Pyrenaeos montes: quorum oppidum Tarbe; regio nunc la Bigorre. Paul. Nol. ep. ad Auson. carm. 10, 246. Digna que pellitis habitas deserta Bigerris. P Hi dicuntur Bigerrones vel Bigerriones a Caes. B. G. 3, 27.

BIGERRICUS, a, um, adj. ad Biggeros pertinet. Sidon. ep. 8, 12. Quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia confundere, h. e. ventus a regione Bigerrorum flans.

BIGERRIGA seu Bigerrica vestis est ex vili, crasso panno et villosa: ita dicta a Biggeris populis, qui ea maxime usi sunt adversus frigora et nives Pyrenaeas. Sulp. Sen. Dial. 2, 1. A proximis tabernis bigerrigam vestem, brevemque atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit. Venant. De vita S. Martini 3, 49. Induitur Sancto hirsuta bigerrica palla. P In Gloss. Isid. legitur: bigerra, vestis gufa, vel villata. Ubi Salm. in not. ad Capitol. in Pertin. 8. docet, bigerram corrupte dici pro bicirram, hoc est utrinque cirros seu villos habentem, διφυλλορ. Pro gufa Faustina. Arevalo legendum monet rufa.

BIGERRITANUS, a, um, adj. idem quod Biggericus. Auson. ep. 11. in f. In fundo patriae Bigerritanae.

BIGERRONES. V. BIGERRI.

BIGNAE, geminae dicuntur, quia bis una die natae sunt: quasi bigenae. Festus.

\*BIGRADUM, i, n. Gloss. gr. lat. δισαδμον, bigradum. B. A.

BIJUGIS, e, adj. idem ac bijugus: ut bijugis currus, bijuges equi. Suet. Cal. 10. Commeavit quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum. Virg. G. 3, 91. Martis equi bijuges. Ov. Met. 4, 24. tu bijugum pictis insignia frenis Colla premis lyncum.

BIJUGUS, a, um, adj. a bis, et jugum. Bijugi equi et bijugi absolute, sunt duo equi uno jugo ad currum juncti. Virg. A. 10, 586. ut pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos. Et ib. 299. bijugis fugiens Rhoeteus. Et ib. 453. Desiluit Turus bijugis, h. e. curru a bijugis tracto. Et ib. 253. bijugique ad frena leones. Val. Fl. 7, 218. quae te bijugis serpentibus egit Hinc fuga? P Bijugus currus est, quem equi uno jugo juncti trahunt. Lucr. 5, 1298. bijugo curru belli tentare pericla. Stat. Th. 2, 723. qua te bijugo temone frementem Intemeratarum volucer rapit axis equarum. Adde Sil. 2, 82. P Certamen bijugum est, quod in Circo editur curribus bijugis. Virg. A. 5, 144. Non tam praecipites bijugo certamine campum Corripere, ruuntque effusi carcere currus. P Translate. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 233. Atque uno bijuges tolli de limine fascies, h. e. una de domo consulibus fratribus simul procedentibus duodecim lictores alius post alium uno ordine praecessisse.

BILANX, ancis, comm gen. libra duas habens lances. Capell. 2. p. 42. Sine bilance libra.

\*BILBILIS, is, oppidum Celtiberorum, in Hispania Tarraconensi, ad Salonen fluvium, optima ferri temperatura nobile. Hodie est Xalon. Ex hoc oppido Martialis poeta originem traxit, ut ipse testatur epigr. 1, 50, 3. Adde ib. 10, 103, 1 et 10. ib. 104, 6. Bilbilis ferrariorum metallorum meminerunt Plin. 34, 14. Justin. 44, 3. P Item ipsius fluvii Salonis nomen aliud. Justin. ib. B. A.

\*BILBILITANAE AQUAE, aegrotantibus salutare, memorantur in Anton. Itin. Sitae prope Bilbilim, ut videtur. B. A.

BILBIO, is, n. 4. verbum est factum a similitudine sonitus, qui fit in vase. Gloss. Phil. Bilbit, βομβίζει. Naevius ap. Fest. Bilbit amphora.

BILBIS. V. BILLIS.

BILEX. V. BILIX.

BILIBRA, ae, f. duarum librarum pondus. Liv. 4, 15. Bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse. Al. leg. bilibre, ut sit Bilibre, is, n.

\*BILIBRALIS, e, adj. Gloss. Cyrill. Bilibralis, διλιβραλιος. B. A.

BILIBRIS, bre, adj. pondus vel mensuram continens duarum librarum. Hor. Sat. 2, 2, 61. oleum cornu ipse bilibri Caulibus instillat. Pl. Mil. 3, 2, 30. Aqualis bilibris. Mart. 3, 45. Mullus bilibris. Plin. 18, 11, 26. Bilibris offae. [\*Veg. Vet. 2, 6. singulas bilibres per dies singulos cum fure et paleis dabis, i. e. portiones binarum librarum.]

BILINGUIS, e, adj. διγλωσσος, qui duas habet linguas. Hinc joculariter Plaut. de mutuo osculanti, Ps. 5, 1, 14. Ubi amans complexus est amantem; ubi labra ad labella adjungit; ubi alter

alterum bilingui manifesto inter seprehendunt, h. e. μαρδαλωτο. V. PROSERPO. P Translate bilinguis est duarum linguarum peritus. Hinc Ennius, teste Festo, bilingues Brutates dixit, quod Brutii et Osce et Graece loquerentur. Sic Hor. Sat. 1, 10, 29. patriis intermiscere petita Verba foris malis, Canusini more bilinguis. Curt. 7, 5. Sed jam bilingues erant, paulatim a domestico, externoque sermone degeneres. P Praeterea dicitur bilinguis, qui subdole loquitur, et fide parum sincera, fraudulentus, fallax [\*doppelzünftig]. Virg. A. 1, 665. Quippe domum timet ambiguum Tyriosque bilingues. Pl. Pers. 2, 4, 28. Tanquam prosperens bestia est bilinguis et scelestus. Phaedr. 2, 4. Quantum homo bilinguis saepe concinet mali. Sil. 16, 157. Bilingues socii. Claud. B. Gild. 284. Bilingues insidiae. [\*Arnob. 5. p. 228. Har. Bilingues fabulae dicuntur quae non tam propriam, quam allegoricam interpretationem admittunt.] P Bilinguis pro bilinguis. Varr. ap. Non. 3, 256. si sana est lectio.

BILIOSUS, a, um, adj. χολώδης, bile abundans. Cels. 2, 8. Nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus, potest. Id. ib. 6. Sputum biliosum et purulentum. Id. 1, 3. Vomitus utilis plenis et biliosis omnibus.

BILIS, is, f. χολή, nomen est commune duobus humani corporis humoribus, quorum alter, qui calidus est et siccus, ab aureo colore flava bilis appellatur, estque idem ac fel, praecipuum in vasis hepatis sedem habens: alter qui frigidus est, atra bilis: quamvis uterque saepius bilis absolute dicitur. Sed plures praeterea a medicis recensentur bilis colores, prout ex morbosa aliqua causa varie tingitur. [\*Noli credere idem esse bilem et fel. In nulla enim lingua duae voces idem plane sonant. Teneas igitur hoc: fel est humor ex cibis secretus; bilis vesica in qua fel secernitur. Hinc fel metaphorice ponitur de eo quod amarum, acutum, venenatum est, nusquam vero de indignatione s. ira. quamobrem nemo dicat fel movere, commovere.] Cels. 7, 18. Nonnunquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram. Cic. Tusc. 4, 10. Cum pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi nascuntur. Hor. A. P. 302. Purgare bilem. Plin. 23, 8, 74. Nuclei nucis bilem pellunt. Id. 27, 4, 10. Androsaeon bilem trahit. Id. ib. 12, 93. Peplis semine bilis detrahitur. P Biles in plurali numero cum dicuntur, utraque bilis atra et flava intelligitur. Plin. 20, 9, 34. Biles detrahere brassicam non percoctam putant. Scribon. Compos. 136. Chamelaea biles purgat. P Bile suffusio dicitur, qui regio morbo laborat, bile flava exundante, et ad cutem effusa: et bilis suffusa est ipse regius morbus. Plin. 22, 20, 23. Datur anchusae radix et bile suffusa. Et ib. 21, 26. Anthemis inflationes, jocinerum vitia, bilem suffusam sanat. Sen. ep. 95. vocat suffusionem luridae bilis. P Flava bilis et bilis absolute saepe ponitur pro ira, aut indignatione, quia accendendis et concitandis spiritibus inservit. Cic. Att. 2, 7. Si ut scribis, bilem id commovet. Hor. Sat. 2, 3, 140. maledicere utrique, vocando Hanc furiam, hunc alium, jussit quod splendida bilis. Id. Od. 1, 13, 4. Fervens difficili bile tumet jecur. Id. Sat. 1, 9, 66. Meum jecur urit bilis. Pers. 3, 9. Turgescit vitrea bilis: Findor. Id. 4, 6. commota fervet plebecula bile. Juven. 5, 159. Effundere bilem. Id. 15, 15. et Hor. Ep. 1, 19, 20. movere alicui. Juven. 13, 143. Mediocri bile ferre aliquid. Plin. ep. 4, 11. Cui sententiae tantum amaritudinis inest, ut, etc. h. e. ea sententia adeo plena est indignatione, etc. Inscr. ap. Grut. 787, 2. et 1040, 3. Q. Cavius Severus Rutiliae Primitivae conjugii suae dulcissimae, cum qua vixit annis XX sine bile, h. e. astomachetus. P Bilem habere, irasci, moveri ad iracundiam. Sen. Ira 2, 25. [\*Hoc loco haec verba non reperiuntur.] P Bilem concire in nasum. Plaut. in suppos. Amph. scena: Dii vostram fidem, 40. Vetus est adagium: Fames, et mora bilem in nasum concitunt. P Atra bilis Graece μελαγχολία, ponitur interdum pro furore, quia furoris causa est. Sen. ep. 94. Bilis nigra curanda est, et ipsa furoris causa removenda. Pl. Amph. 2, 2, 95. Uxor atra bili percita est: bili ablativus pro bile legitur etiam apud Lucr. 4, 665. Quippe ubi cui febris bili superante coorta est.

\*BILITIO, onis, Rhaetiae castellum. Greg. Tur. Hodie est Bellenz sive Bellinzona in Helvetia. B. A.

BILIX, icis, adj. διμικτος, duobus constans licis. Bilicem loriam cum dixit Virg. A. 12, 375. duplicem loriam significavit, hoc est duplici textura munitam: ducta similitudine a pannis, quae duplici licio contexta spissiora sunt et firmiora. Nisi malis intelligere loriam linteam duplicis texture. Nam veteribus hujusmodi munimenta corporis in usu fuere. Itaque loricae linteae mentio fit a Suet. Galb. 19., Liv. 4, 20., Sil. 9, 587. et Nep. Iph. 1., qui narrat, Iphiceratem genus loriarum mutasse, et pro ferreis atque aeneis linteas militibus dedisse, quo expeditior essent ad pugnam. Docet autem Casaub. ad l. c. Suet., hujusmodi linteae lu-

ricas fieri consuevisse ex lino, quod aceto, vel vino austero cum sale maceratum esset, deinde ita probe coactum et multoties complicatum (vel in funiculos contortum) ut crassitiam et soliditatem acquireret, et contra aciem ferri posset resistere. Plura haec de re V. apud Lips. Mil. Rom. 3, 6. [At Heynius ad Virg. l. c. putat potius fuisse contextam ex binis licis seu filorum ordinibus, lineis aut aeneis; bracteolis nempe, catenulis, squamis, quemadmodum idem Virg. A. 3, 467. vocat loriam tralicem consertam hamis auroque. F.]

BILISIS apud Afros appellatur semen humanum humi profusum. Festus ubi Scalig. ad Priap. p.

461. legit bilbis aut bilbil. [At <sup>β</sup> bal, Arabice,

et <sup>בבב</sup>, Hebraice significat maledixit, unde vox bilbis, non bilbis ducta videtur. F. P \*Deinde flumen Bithyniae, in Paphlagonum vicinia, inque Pontum Euxinum sese exonerans. Plin. 6, 3. ed. Hard. ubi al. leg. Bilis. B. A.]

\*BILUDIUM, i, oppidum Dalmatiae. Anton. Itin. B. A.

BILUSTRIS, e, adj. δεκαετής, duo lustra durans, hoc est decem annos. Ov. Am. 2, 12, 9. Pergama cum caderent bello superata bilustri.

BILYCHNIS, e, adj. διλυχνος, duos habens lychnos. Petr. Sat. 30. Etiam lucerna bilychnis de camera pendebat. Adde vet. Testam. ap. Grut. 215, 2. Comparari volo candelabra et lucernas bilychnes.

BIMAMMAE Vites, de quibus Plin. 14, 3, 4. n. 8., ita dictae sunt, quia geminas semper uvae ferunt, quae crassitudine mammas aemulantur, colore autem purpureae sunt. Eadem bumasti etiam appellantur, et bumammae. V.

\*BIMARCUS, Bimargus, vel Vimargus (tot enim modis scriptum invenitur), nomen Satirae Varrois, in qua videtur fastum et arrogantiam stolidam et ineptam Romanorum incessisse, idque Romano praenomine, quo sibi placebant, duplicato indicasse, quasi quis non semel, sed bis Marcus sit. Sic Trimalchionem Petronianum dictum putamus. Haec Gesnerus. B. A.

BIMARIS, re, adj. duo habens maria. Bimaris dicitur Corinthus, quia cum in parte septentrionali Peloponnesi sita sit, ab occidente Ionium mare prospectat, ab oriente mare Graecum, seu Aegaeum. Hor. Od. 1, 7, 2. bimarisve Corinthi Moenia. Ov. Her. 12, 27. Hic Ephyren bimarem, etc. Ephyre est Corinthus. Id. Met. 7, 407. bimarem pacaverat Isthmon, h. e. Isthmum Corinthiacum, qui a duobus illis maribus alluitur. P Translate bimaris morbus dicitur libido eorum, qui simul pathici et drauci sunt. Auson. epigr. 131. bimarem nisi quod patientia morbum Appetit: et tergo femina, pube vir es.

BIMARITUS, i, m. διγαμος, qui duas habet uxores. Cic. Planc. 12. Jacis adulteria, quae nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere: bimarimum appellas, ut verba fingas, non solum crimina. [\*Vocabulum ergo novum, a Plancio fictum, quod nec posteriori aetate valde probatum est.] Hieron. adv. Jovin. 1. n. 49. Legant, nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimarimum.

BIMATER, tris, m. [\*Rectius nominativum dixeris Bimatrix.] διμήτωρ, qui duas habet matres: ejusmodi dicitur esse Bacchus, qui a Semele genitus, et ab Jove in lucem editus fingitur. Ov. Met. 4, 11. Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque, Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.

BIMATUS, us, m. διετής, duorum annorum aetas. Varr. R. R. 2, 5. fin. Vitulos castrare non oportet ante bimatum. Plin. 9, 30, 48. Polypi ultra bimatum non vivunt. Adde Colum. 7, 3. [\*Post bimatum. Id. 7, 4. Bimatu expleto.]

BIMEMBRIS, e, adj. duplicia habens membra. Juven. 13, 64. Egregium, sanctumque virum si cerno, bimembri Hoc monstrum puero, vel mirandis sub aratro Piscibus inventis, et fetae comparo mulae. [\*Bimembris vox a Cornificio facta. Heyn. ad Virg. A. 8, 293. Jahn.] P Bimembres sunt etiam Centauri, quia supra humana, infra equina specie. Virg. A. 8, 293. Nubigenae bimembres. Sil. 3, 41. Centauri bimembres. Et absolute. Ov. Met. 15, 283. illic lavere bimembres Vulnera. Id. Her. 9, 99. Forma bimembris.

BIMENSIS, is, m. duorum mensium tempus. Liv. 45, 15. Ut ad sarta tecta exigenda anni et bimensis tempus prorogaretur.

\*BIMENSTRUUS, a, um, adj. bimestris. Gloss. Cyrill. Bimenustruus, διμηνυστος. B. A.

BIMESTRIS, e, adj. διμηνος, duos menses durans. Planc. ad Cic. Fam. 10, 24. fin. Consulatus bimestris. Plin. 18, 7, 12. n. 3. Triticum bimestre, h. e. quod intra duos menses seritur et metitur. P Sextus casus et in e, et in i desinit. Hor. Od. 3, 17, 15. cras Genium mero Curabis, et porco bimestri. Ov. Fast. 6, 158. Extaque de porca bimestre telet.

BIMETER, tra, trum, adj. διμετρος, duobus metris constans: vox hybrida, ex Latino bis, et Graeco

μετρου conflata. Dimeter autem (quam V. suo loco) idem significans, tota Graeca est. Sidon. ep. 9, 15. Litterae bimetae, h. e. in quibus duo genera carminum insunt, ejusmodi est ejusdem libri decima tertia.

BIMULUS, a, um, adj. διετής, qui duos annos aetatis habet. Proprie de iis dicitur, teste Valla Eleg. 1, 5., quae post eam aetatem adhuc incrementum possunt accipere. Veluti puer proprie bimulus dicitur, bos aut canis non ita. Catull. 17, 12. Nec sapit pueri instar bimuli. Adde Suet. Cal. 8.

BIMUS, a, um, adj. διετής, qui est duorum annorum. Varr. R. R. 2, 5. Taurum unum anniculum, alterum bimum. [\*Ib. 2, 1, 13. (vacca s. juvenca) a bima aut trima fructum ferre incipit. a bima dictum ut a puero, a pueritia.] Planc. ad Cic. Fam. 10, 24. In castris Bruti una veterana legio, altera bima octo tironum. Plin. 18, 24, 54. Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. [\*Pall. R. R. 3, 25. bimae plantae, i. e. quae per biennium durant.] Id. 17, 14, 24. Bimi sureuli. Id. 35, 14, 49. Latere aedificiis non nisi bimos probant. Hor. Od. 1, 19, 15. Bimum merum. Mart. 12, 32. Pensio bima. Oc. Pont. 4, 9, 63. Bimus honor. Al. leg. bimus minus recte. Id. Trist. 3, 10, 16. Nix bima. [\*Quae per biennium non soluta s. liquefacta est.] Pomp. Dig. 33, 2, 6. Aestimatio quae pro biennio fit. Ulp. ib. 33, 1, 3. Legatum relictum bima die. V. DIES. P Translate. Cic. Fam. 3, 8. fin. Hortensium roges, ut si unquam mea causa quidquam aut sensit, aut fecit, de hac quoque sententia bima recedat, h. e. qua agitur de prorogando mihi imperio provinciae ad biennium.

BINARIUS, a, um, adj. duo continens. Lampr. Alex. Sec. 39. Formas binarias, ternarias, et quaternarias resolvit praecipit, h. e. typos numerorum, qui binis aureis valebant, aut ternis, aut quaternis.

BINGIUM, i, oppidum ad Rhenum flumen, hodie Bingen. Tac. H. 4, 70. Anton. Itin. et Tab. Peut. Hinc Bingenenses milites, ad Bingen oppidum stationem tenentes. Notit. Imper. B. A.

BINI, ae, a, adj. δύο, διαδοί, σπυδοί, idem ac duo; et locum habet praecipue in distributionibus. Cic. Verr. 2, 2, 53. Describebat censores binos in singulas civitates. Id. Verr. 2, 3, 70. fin. Fenerari binis centesimis. V. CENTESIMUS. Id. Fam. 7, 1. Venationes binae per dies quinque. Caes. B. C. 1, 25. Turres binorum tabulatorum. P Extra distributionem significat duo, non separatim, sed simul sumpta. [\*Hinc si quis binas uxores habuerit, is poena dignus; nam simul habuit; sed qui duas habuit, non item puniendus, quum alteram duxit, priore mortua.] Cic. Or. 3, 51. fin. Itaque illi veteres, cum circuitum, et quasi orbem verborum conficere non possent, terna, aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant, etc. Id. Att. 6, 1. med. Quibus de rebus propter casum navigandi, per binos tabellarios misi Romam litteras. Pl. Pers. 2, 5, 16. Boves bini hic sunt. [\*Ein Paar Ochsen. Macr. Somn. Scip. 1, 6. bis bini, qui sunt quatuor; bis bina bis, quae sunt octo.] Jungitur fere cum nominibus, quae singulari numero carent: item cum iis, quae numerum, aut mensuram significant: in plurali autem genitivo binum habet pro binorum. Cic. Att. 6, 1. med. Credo, te binas meas litteras accepisse, unas a Pindenisso, alteras a Laodicea. Id. Phil. 12, 11. Pompejus cum duce Marsorum inter bina castra collocutus est. Id. Verr. 2, 2, 52. fin. Inter binos ludos. Id. Man. 4. Binae hostium copiae. Quint. 6, 3. Bina millia passuum ambulare. [\*Cic. N. D. 2, 18. inf. Si bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certe haec non diceret.] Mart. 12, 55. Quater bini nummi, h. e. octo. Sall. fragm. ap. Non. 18, 16. Verutum pedum binum. Plin. 31, 6, 31. Crassitudo binum digitorum. Sisenn. ap. Non. 2, 88. Ad binum milium numero saucis utrinque factis. Scrib. Comp. 8. Salis, nitri, mellis, aceti, singulorum P. binum. Serr. ad A. 8, 168. narrat Ciceronem per epistolam culpasse filium, quod dixisset Direxi duas litteras pro binas: contra epistolas duas dici non binas, quia litterae pro epistola, numeri tantum pluralis sunt. [\*Cf. de usu distributivorum Bremi ad Suet. Oth. 10. Herz. ad Sall. Cat. 6, 7. ad Caes. B. G. 5, 53.] P Nihilominus bini usurpantur universim pro duo. Cic. Verr. 2, 4, 14. Binos scyphos habebam: jubeo promi utrosque. [\*In pedestri oratione valde equidem dubito bini simpliciter pro duo poni posse. bini scyphi sunt duo pocula, tam sibi similia, ut par efficiunt.] Virg. A. 1, 317. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Serr. ad illud A. 1, 97. duplices tendens ad sidera palmas: duplices duas dicebant, ut hoc loco et binos duos; et utrosque pro utrumque. Rursus Virg. G. 1, 172. Binae aures. Id. A. 8, 168. Bina frenna. Lucr. 1, 533. Secare aliquid in bina. P Ponitur aliquando pro duplici. Lucr. 4, 550. uti videantur Omnia, quae tuimur, fieri tum bina tuendo, Bina lucernarum florentia lumina flammis. P Et in singulari numero. Lucr. ib. Binaque per

totas aedes geminare supellex. Id. 5, 877. Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo Esse queat duplici natura et corpore bino Ex alienigenis membris compacta potestas. P Quod ex Ov. quidam hic addunt, Pont. 4, 9, 63. Inque domo binus conspicitur honor: bimus multo rectius alii plerique reponunt. P In illo Cic. Fam. 9, 22. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obscenum est, etc.; ambiguum est in voce bini, quae potest etiam esse imperativum βινε, a βινέω, liberis operam do.

[BINIO, onis, m. δινάς, numerus binarius, et dicitur de duobus punctis, quae in jactu tesserae existunt. Isid. Orig. 18, 65. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio, trio, quatio, quinio, senio. V. SENIO. F. \*Gloss. Philox. Biniones, δινάκια. Lexic. S. Germ. ap. Turneb. Biniones, δινούμια καὶ δινάκια. B. A.]

BINOCTIUM, ii, n. duarum noctium tempus. Tac. A. 3, 71. Plusquam binoctium abesse. Ammian. 30, 1. Biduum et binoctium.

BINOMINIS, e, adj. m. et f. duo habens nomina, δινώμνος. Ov. Pont. 1, 8, 11. urbs ripae vicina binominis Istri, h. e. qui et Danubius dicitur. Id. ib. 417. fortuna binominis Iri, h. e. qui et Arnaeus est appellatus. Id. Met. 14, 609. sub Ascanii ditione binominis, h. e. qui et Iulus vocabatur. P Rectus casus binominis probatur auctoritate Serr. ad A. 382., et analogia adj. cognominis.

BINOMIUS, cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Festus. ubi Scal. vult legi binominis.

BINUS, a, um. V. in BINI.

BIOCOLYTA, ae, m. βιοκόλητης, officialis praepositus violentiis cohibendis: cujus mentio fit apud Justin. Nov. const. 145. Est autem Graeca vox a βία, vis, violentia, et κόλητος, prohibeo.

BION, genus quoddam vini celebratissimi apud Graecos, et ad plurimos valetudinum usus excogitati, quos recenset Plin. 23, 1, 26., ejus autem conficiendi rationem docet 14, 8, 10. Videtur ita appellatum a βίος, vita, quoniam valetudini tuendae utilissimum creditum est. A Dioscor. 5, 12. vocatur οἶνος ὀρυζακτής, quia fit ex uva paulo ante maturitatem decerpta, et sole acri siccata per triduum, quarto die expressa, dein in cadis sole inveterata. P Sunt qui legant Biaeon, sunt qui Abion, sed contra omnes libros tum MSS. tum editos, Harduino teste.

BION, onis, m. Βίον, οἶνος, patria Borysthenites, libertino patre ortus, professione philosophus et sophista, perditam et voluptariam vitam duxit, jocisque mordacibus non homines solum insectatus est, sed etiam Deos, de quibus impie sentiebat. V. plura apud Laert. 4., ubi novem alios Biones recenset.

BIONEUS, a, um, adj. βιώνειος, ad Bionem pertinens. Hor. Ep. 2, 2, 60. hic delectatur iambis: Hic Bioneis sermonibus et sale nigro.

BIONIAS. V. BRYONIA.

BIO THANATUS, a, um, adj. βιοθάνατος, violenta morte occumbens: a βία, violentia, et θάνατος, mors. Lampr. Elag. 33. Praedictum eidem erat a sacerdotibus Syris, biothanatum se futurum. Firmic. Math. 3, 14. fin. Damnari, ac biothanatos intire. Adde 4, 1. P Apud Tertull. Anim. 57. Bioathanatus legitur eodem sensu, nempe a βίωτος, violentus: additque Tertull. esse proprium magicae artis vocabulum. Magi enim inter varias de hominum vita praedictiones βιοθάνατος ponebant. P Biothanatum perperam Isid. Orig. 10. interpretatur bis mortuum: putat enim conflatum esse a Latino bis. At editio Arevali habet vi mortuum, quod retinendum.

BIOTICUS, a, um, adj. βιωτικός, ad vitam pertinens [\*practisch, im gemeinen Leben üblich.]: Graeca vox, a βίος, vita. Hinc bioticum metrum, de quo ita Dion. in l. 3. Metrum tripliciter auditur, nam aut βιωτικός est, aut ποιητικός, aut commune. Bioticum metrum est, quod in usibus est conversationis humanae. Adde Mar. Victor. Art. Gramm. 1. p. 2494. Eadem ratione Serr. bioticos epilogos A. 3. fin. vocat, in quibus Virg. posuit res in vita evenire solitas. P [Est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 998, 3. Dis Manibus Cn. Turpili Biotici. F.]

BIPALJUM, ii, n. instrumentum rusticum ferreum, palae instar latum, et ligneo oblongo manubrio praefixum, ad terram versandam et fodendam. Cato R. R. 45. Locus bipalio subactus siet. Id. ib. 6. et Plin. 18, 26, 62. Terram bipalio vertere. [\*Varr. R. R. 1, 37. Ad quaedam bipalio vertenda terra plus aut minus.] Liv. 3, 26. Fossam fodiens bipalio innixus. Colum. 11, 3. in. Ubi copia est rigandi, satis erit non alto bipalio, id est minus quam duos pedes ferramento, novale converti. Plin. 17, 21, 35. n. 4. Solum apricum bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto. Plin. hoc loco non bipalii, sed ipsius bidentis ferramentum intelligit, fortasse quia bidentis aliquando ita fieri solent, ut ex una parte ferrum palae instar expansum habeant, ex altera in duos

dentes seu cornua divisum. P Bipalii simplicis figuram exhibet marmor apud Fabrett. 8. n. LX.

BIPALMIS, e, adj. διπάλματος, duorum palmorum mensuram habens. Varr. R. R. 3, 7. Tabulae bipalmes. Liv. 42, 65. Spiculum bipalme.

[BIPALMUS, a, um, adj. idem ac bipalmis. Appul. Herb. 7. Thyrsi bipalmi. F.]

BIPARTIO, is, ivi, itum, a. 4. in duas partes divido, διχοτομέω. Colum. 11, 2. Undecimo callendas Majas ver bipartitur. Cic. Cat. 2, 2. Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, et pons interesset. P Legitur et Bipertio.

BIPARTITO, adv. διμερῶς, δίχα, in duas partes. Cic. Flacc. 14. Classis bipartito distributa. Caes. B. G. 1, 25. Romani conversa signa bipartito intulerunt. Ov. R. A. 443. Secta bipartito cum mens discurrat utroque, h. e. diducta, et ad duo intenta. [\*Cic. Inv. 2, 29. id fit bipartito, i. e. duobus modis.] P Legitur et Bipertito.

BIPARTITUS, a, um, partic. a bipartio, διμερῶς, in duas partes divisus. Varr. L. L. 4, 3. Bipartita divisio. Plin. 5, 8, 8. Bipartiti Aethiopes. Colum. 11, 2. Sexto cal. Febr. Leonis quae est in pectore clara stella, occidit: nonnunquam significatur hiems bipartita. P Legitur et Bipertitus.

BIPATENS, entis, partic. ab inusit. bipateo, qui duabus partibus aperitur, vel qui habet duos aditus. Virg. A. 2, 330. portis alii bipatentibus adsunt. Id. ib. 10, 5. Considunt tectis bipatentibus. Ubi Serr.: Physice dixit: nam coelum patet ab ortu et occasu. Est autem sermo Ennianus, tractus ab ostiis, quae ab utraque parte aperiuntur: unde et modo bipatentibus apertis intelligimus, quod intrantibus et exeuntibus pateant.

BIPEDA, ae, f. lapis, vel later quadratus, aut oblongus, binum pedum mensura, quo pavimento sterni solent. Pallad. 1, 19. Solum omne bipedis sternatur, vel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pavimento debemus imprimere. Et ib. 40. Areae bipedis sternere. Et ib. Bipedas constitutes ferreis ancoris colligatas. Id. 6, 11. Antequam rudus siccetur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, jungerimus, ita ut calce viva ex oleo temperata bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur, etc. Loquitur hic Palladius de pavimentis, quae sub dio fiunt: descripsit autem a Vitruv. 1, 7, qui, quas Palladius bipedas, bipedales tegulas appellat. Bipediae vox legitur etiam inscriptione coctilis lateris apud Fabrett. p. 511. n. 159.

BIPEDALIS, le, adj. mensuram habens duorum pedum, διπόδης. Caes. B. C. 2, 10. Musculum ex materia bipedali facere instituerunt. Id. B. G. 4, 17. Bipedales trabes. Colum. 8, 3. fin. Bipedalis latitudo. Hor. Sat. 2, 3, 308. Modulus bipedalis. Cato R. R. 14. Clathri in fenestras bipedales. P Bipedale, is, absolute usurpatum est later duorum pedum longus. Inscr. ap. Fabrett. p. 500. n. 39. C. Aquilii Aprilis ex praedictis Caesaris bipedale doliare.

BIPEDANEUS et Bipedanus, a, um, adj. idem ac bipedalis. Plin. 17, 20, 32. Populus alba scriitur bipedaneo pastinatu. Colum. 4, 1. Altitudo bipedanea. [\*Ib. 11, 2. bipedanea latitudine.] Et ib. 30. Spatium bipedaneum. Id. 2, 2. Bipedana humus. Ita editum est ab Ald., Commel., Gryph., atque etiam Jensen. A. 1472.

\*BIPEDIMUI, orum, populi Galliae Aquitanicae. Plin. 4, 19. ubi in ed. Hard. est Bipudimui, errore forsitan typographico. Quidam Codd. habent Pimpedumui. B. A.

BIPENNIFER, a, um, adj. bipennem ferens, πελεκυφόρος. Ov. Met. 8, 391. Bipennifer Arcas. Id. ib. 4, 22. bipenniferumque Lycurgum.

BIPENNIS, ne, adj. διπύρνος, δίπρητος, utrinque aciem habens; a bis et pinna, quae rem etiam acuminatam significat, ut Quint. 1, 4. docet. Sic Isid. Orig. 19, 19. Bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas pennas. Pennum autem antiqui, acutum dicebant: unde et avium pennae, quia acutae. Varr. apud Non. 2, 82. Ferens ferream humero bipennem securim. Virg. A. 11, 135. ferro sonat iceta bipenni Fraxinus. P Absolute significat securim utrinque caedentem, διπύρνος, ἀξίνη, πέλκυνος. Hor. Od. 4, 4, 57. Duris ut illex tonsa bipennis. Virg. A. 5, 307. caelatamque argento ferre bipennem. Id. ib. 2, 479. correpta dura bipenni Limina perumpit. Plin. 8, 8, 8. Praeacuta bipenni poplitem caedere. P [\*In accusativo legitur bipennem Virg. A. 5, 307. et bipennim, Ov. Met. 8, 766.] In ablativo bipenne pro bipenni habet Tib. 1, 7, 55., ubi pro novacula seu cultro usurpat. [\*Bipenni est apud Plin. loc. cit. Virg. A. 2, 479.] P Quia vero pinna alam quoque significat, hinc bipennis aliquando dicitur, qui binas utrinque alas habet, δίπρητος. Plin. 11, 28, 35. Nullum insectum, cui aculeus in alvo, bipenne est. Varr. apud Non. 2, 82. ut ciconiae, Quarum bipennis fulminis plumas vapos Perussit alte, h. e. utramque alam.

BIPENSILIS, le, adj. Varr. ap. Non. 2, 237

Hic bipensiles forcipes, dentarpagae, h. e. quae cum duo manubria habeant, utraque suspendi possunt.

BIPERTIO, etc. V. BIPARTIO. BIPES, edis, adj. διπλός, animal duos habens pedes. Cic. Dom. 19. Omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimus, h. e. non solum hominum, sed etiam bestiarum. Hanc loquendi rationem leges etiam apud Lampr. Alex. Sev. 9. et Appul. Met. 4. [\*Plin. Ep. 1, 7. Regulus omnium bipedum nequissimus.] Virg. G. 4, 389. de Proteo: Et juncto bipedum curru metitur equorum. V. EQUUS. Juven. 9, 92. Bipes asellus. Mart. 12, 32. Bipes mensa. Plin. 10, 65, 85. Aegyptii mures bipedes ambulat. [\*duobus pedibus incedunt.] P. Ultimam corripuit Auson. Id. 11, 39. Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes, omnia solus.

\*BIPINNA, apud Martialem ex sententia Turnebi, vocatur pars ea, qua viri sunt, male crassa, quae duarum pennarum tubos, vel cannas duplicis pennae amplitudine, id est crassitudine non superet. Locus est l. 11. epigr. 73. Dranci Nata sui vocat bipinnam etc. Al. leg. pipinam et a pipillando ducunt: alii vepemem et penem intelligunt parvum. Hoc apparet, esse deminutivum nomen rei nequam. Hactenus Gesnerus. Nonnullos codices habere bipennem, notavit Domitius Chalderinus. B. A.

\*BIPILEX, icis, adj. Gloss. Gr. Lat. διπλός, biplex, duplex. B. A.

BIPRORA Navis dicitur, quae duas habet proras, διπρῶρον πλοῖον. Plin. 6, 22, 24. memorat navis utrinque proram habentes, quarum usus in angustiis fretis, et canalibus, ut si revertendum sit, utrinque possint procedere. Hyg. fab. 168. Tum primum dicitur Minerva navem fecisse biporam, in qua Danae profugeret. Adde fab. 277. fin.

BIREMIS, e, adj. δίρημος, διπρῶρον πλοῖον, duos remos habens, vel duos remorum ordines. Priori modo intelligendum est illud Hor. Od. 3, 29, 62. Tunc me biremis praesidio scaphae etc. Neque enim scapha duplicem remorum ordinem capere potest. Item illud Liv. 24, 40. Lembis biremibus centum viginti flumine adverso subvectus. Et Luciani (ut monet Scheffer. De mil. nav. 2, 2.) 8, 562. non longa vecta biremi Appulerat scelerata manus. Hanc enim eandem mox 565. parvam ratem appellat, Et ib. 611. alnum: quin Plut. in Pomp. ἀλάδα, hoc est scapham, cymbam, lembum fuisse narrat. Adde 10, 56., ubi quam parvam biremem vocat, Plut. in Caes. ἀνάτιον μικρόν nominat, quod est navigiolum, magnitudine lembum, aut etiam scapham non excedens. P. Ceterum saepius significat navem majorem, duobus remorum ordinibus instructam, mari trajiciendo, itemque agendis bellis idoneam, quam Erythraeos primum invenisse, Plin. 7, 56, 57. scribit. Caes. B. C. 3, 40. Quatuor biremes, subjectis scutulis, impulsas vectibus transduxit. Tac. H. 5, 23. Complet quod biremiam, quaeque simplici ordine agebantur. In loco Livii supra allato pro lembis biremibus legunt alii levibus biremibus. Et Bayfius ex Appiano docet, biremes leves easdem esse ac Liburnicas. V. DECEMREMIS.

\*BIRICIANA, oppidum in Vindelicis. Tab. Peut. B. A.

BIRÖTUS, a, um, adj. διροτος, duas habens rotas. Non. 2, 139. Cisiium vehiculi biroti genus. P. Birotia, ae, f. absolute (subaudi rheda, aut aliquod simile) Imp. Constantius Cod. Theod. 8, 5, 8. Rhedae mille pondo tantummodo superponi, birotiae ducenta, veredo triginta: non enim ampliora onera perpeti videntur. Octo mulae jungantur ad rhedam, aestivo videlicet tempore, hiemali decem: birotis trinas sufficere judicavimus. P. In genit. plurali birotum pro birotarum. Id. ib. 9. Nec passim rhedarum tractorias, vel evectiones birotum faciat. [\*ib. 6, 29, 2. aut rhedam usurpet, cui birotum vel veredum postulare permissum est.] P. [In Not. Tyr. p. 181. est birodium neutrius gen., pro quo fortasse scribendum birotum. F.]

BIRRUS, ri, m. genus vestis, vel lacernae simile, vel idem omnino ac lacerna, quod aliis vestibus superinjicitur, et pro toga gestatur: a Graeco βιρρός, rufus, quia fere isto colore fuit: in quo differt a lacerna, quae certum colorem non habuit. Quemadmodum autem lacernae materia aliae aliis pretiosiores fuerunt, ita birri, alii nempe lancei, alii serici. Celebres fuerunt Atrabatici, qui ab Atrabatibus conficiebantur, et Canusini ex Canusina lana, quorum meminit Vopisc. Carin. 20., ubi multa adnotavit Salm. V. Etiam Ferrar. De re vest. Hujus vestis mentio est etiam in Edict. Diocl. p. 20. Pro birro qualitatis primae... pro birro qualitatis secundae x̄ quinquaginta. [\*De birro, nobis Regenmantel, vid. N. Loens. Miscell. Epiphyl. l. 6. c. 5. Rosweyd. Onom. ad vitas patr. p. 1017., omnino Burm. ad Anth. Lat. Tom. II. p. 408. Inde descendit reburrus, h. e. crispus. Jahn.] P. Haec vox per se adject. est, quemadmodum et Graecum βιρρός: quare lacernum birrum, quod ex actis S. Cypriani. affert Salm. l. c., significat lacernam rufam. Lacernum autem pro lacernum, cadente latinitate, aliquando dictum est. August. quoque in Serm. 1. de vita et mor. Cleric., qui est 49. De divers., birrum absolute neutro gen. dixit. P. Scribitur et byrrhus, quod est Graecis litteris inhaerere: item byrrus Graeco v in u Latinum converso. BIS, adv. δις, duobus vicibus: ab antiquo duis, ut Cic. Or. 45. docet. Id. Fam. 9, 16. De quo mihi scripseras bis eodem exemplo. Id. Phil. 8, 4. Bis falleris, h. e. duplici ratione falleris. Sic Mart. 3, 6. Dies bis celebranda. Id. 6, 27. Bis vicinus, h. e. duplici modo vicinus. Rursus Cic. Verr. 2, 5, 23. In una civitate bis improbus fuisti. Id. Q. Fr. 3, 8. Ludos apparat magnificentissimos: stulte bis terque non postulatus. Mart. 9, 40, 6. Contigit hunc illi quod bis amare diem. Ter. Hec. 3, 2, 8. Bis stulte facere. Pl. Truc. 1, 1, 26. Bis perit amator, ab re, atque animo simul. Cels. 1, 1. et 8. et 3, 27. n. 2. et Virg. Ecl. 3, 34. Bis die. δις τῆς ἡμέρας. Sic Plin. 2, 73, 75. Bis anno. Varr. R. R. 2, 11. Quidam oves hirtas in anno bis tondent. Cic. Tusc. 5, 35., Liv. 44, 16. et Cels. 7, 4. n. 4. bis in die. (Sic ter in anno, apud Cic. Rosc. Am. 46.) Pl. Amph. 3, 2, 62. Bis tanto amici sunt inter se, quam prius. Eadem ratione Men. 4, 3, 6. et Merc. 2, 2, 26. locutus est. Sic Virg. A. 6, 578. Tartarus ipse Bis patet in praecipis tantum, tenditque sub umbras, Quantum ad aetherium coeli suspectus Olympum. Varr. R. R. 3, 2. Bis tantum reddit ea pars villae, quam tuus fundus. Gell. 12, 6. Bis minus. P. Cum nominibus numeralibus. Cic. N. D. 2, 18. fin. Si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus, h. e. quatuor. [\*Nos dicemus: wenn Ep. das Einmaleins gelernt hätte.] Hor. Epod. 4, 8. Cum bis ter ulnarum toga, h. e. sex ulnarum. Al. leg. bis trium. Id. Ep. 2, 1, 24. Bis quinque viri, h. e. decemviri. Virg. Ecl. 2, 44. Bis seni dies. Liv. 38, 55. et Hirt. B. Afr. 90. Bis millies. [\*sc. sestertium. V. Drak. ad Liv. 38, 45.] Mart. 4, 37. Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus, [\*i. e. alterum tantum debet Albinus. — Nota bis non jungi numeris cardinalibus apud pedestres scriptores. In aliquot Livii edit. olim vulgabat bis mille pro: duo millia. 33, 4, 5. et bis centum pro: ducenti. 22, 52, 4. Nunc utrobique altera scriptura a Drak., quem consule, restituta.] P. Bis, et iterum in eo differunt, quod bis utramque simul rem complectitur: iterum secundam respicit. Cic. Dom. 52. Audierat, se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. P. Itaque bis consul est, qui duos consulatus gessit: quia bis refertur ad numerum, ut iterum consul est, qui secundum consulatum gerit: quia iterum refertur ad tempus. Cic. Acad. 4, 5. C. Flaminius, qui legem agrariam tribunos plebis tulerit, et postea bis consul factus sit. [\*V. Drak. ad Liv. 23, 30, 18.] Id. Amic. 11. Bis una consules. Suet. Ner. 35. Messalina Tauri bis consulis abneptis. Cic. Div. 1, 35. Bello Punico secundo, nonne C. Flaminius consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade reipublicae? Val. Max. uno loco utramque notionem complexus est, 4, 1. n. 3. Marcus Rutilus Censorinus iterum censor creatus, ad concionem populum vocatum quam potuit gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulisset. P. Bis pro iterum ponitur in illo Mart. 10, 48. De Nomentana vinum sine faece lagena, Quae bis Frontino consule prima fuit. [\*Usus rarior, imprimis apud prosaicos scriptores. Posteriores quidem eo non plane abstinuerunt. Coll. Leg. Mos. et Rom. l. §. 11. Prid. Kal. Febr. Laeto bis consule.] P. Bis cincta mulier est, quae duplici zona utitur, una nempe ad mammas, alia ad ventrem. Auson. epigr. 39, 4. Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere. Hinc Claud. Rapt. Pros. 2, 33. Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu. P. Bis ad eundem (supple lapidem offendere) proverb. apud Cic. Fam. 10, 20. de iis, qui in eadem re bis errant. P. Bis pueri senes, δις παιδες οἱ γέροντες unum est ex illis proverbialibus dictis, quibus Varro Satyras suas inscripsit: et dicitur de iis, qui etiam provecata aetate puerilia consecantur, vel de senibus puerorum more desipientibus.

BISACCUM, ii, n. duplex saccus, seu mantica. Petr. Sat. 31. In promulsidari asellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras.

BISACUTUS, a, um, adj. utrinque acutus, ut bisacutus gladius, August. Confess. 12, 14. P. Scribitur et bis acutus.

BISALTAE, arum, m. plur. Βισάλται, populi Macedoniae, Thraciam versus, juxta Strymonem fluvium circa Amphipolim, et Philippos, ubi Bisaltis fluvius, et Bisaltia regio, a Bisalte Solis, et Terrae filio denominati. Plin. 4, 10, 17., Liv. 45, 29. Quare errasse videtur Serv., qui ad illud Virg. G. 3, 461. Bisaltae quo more solent, acerque Gelonus: vult esse Scythiae populos, qui sanguine equino lacte permixto vitentur.

BISALTIÆ et Bisalticæ, ae, f. Βισαλία, regio Thraciae ad Strymonem fluvium, ita dicta a Bi-

salte Solis, et Terrae filio, aut a Bisalte vicino fluvio. Liv. 45, 29. Bisalticam, Gell. 16, 15. Bisaltiam vocat.

BISALTIS, idis, f. filia Bisaltis, cui nomen Theophane, quam in ovem commutatam Neptunus in arietem conversus compressit. Oe. Met. 6, 117. aries Bisaltida fallis. Bisaltida est accusativus Graecae positionis. Hyg. fab. 188. Theophane Bisaltidis (lege Bisaltis) filia, quae cum Neptunus aries factus concubuit, ex quo natus est aries chrysomallus, qui Colchos Phryxum vexit.

\*BISANTHE, es, Βισάνθη, Thraciae oppidum, ad Propontidem. Plin. 4, 11. In Melae 2, 2. med. ed. Gronov. et Nep. Alc. 7. plerisque edd. Byzantiae impressum, minus recte. Ptol. et Procop. Παύσαρον vocat. B. A.

BISELLIARIUS, ii, m. qui honorem bisellii est consecutus. Inscr. ap. Grut. 1099, 2. Cn. Plaetorio VI. Viro Augustali biselliario honorato ornamentis decurionalibus populus Abellinus etc. Adde aliam ib. 1103, 6.

[BISELLIATUS, us, m. dignitas eius, qui honorem bisellii est consecutus. Inscr. apud Murat. 484, 3. M. Senlio (lege Sentio) Crispino C. V. omnibus honoribus in R. P. functo ordo et universus populus ob merita et labores ejus honorem biselliatus et ornamenta decurionatus gratuita obtulerunt. F.]

BISELLIUM, i, n. δίσημος, [sella plicatilis, latior, et duorum capax, quamvis unus tantum in ea sedeat. Accipitur pro sella splendida atque honesta, et honoris causa praeclaris viris concedi solita, atque Augustalium in municipiis et coloniis propria, ut publice in ea sederent, in ludis, in theatro, in foro, in curia, ea ratione, qua Romanis magistratibus sella curulis, cui simillima erat. F.] Varr. L. L. 4, 28. Ab sedendo appellatur sedes, sedile, sella, deinde ab his bisellium. Ut subsipere, quod non plane sapit, sic quod non plane erat sella, bisellium dictum; ubi in ejusmodi duo bisellium dictum. Hactenus Varro. [Ejus forma et mensura conspicitur in marmoreo cenotaphio Pompejis in suburbio inter reliqua sepulcralia monumenta an. 1812. reperto, lato pedes Parisiacos tres, alto unum cum parvo suppedaneo, sine anconibus, et reclinatorio. Id affabre delineatum exhibuit F. Mazois in opere, cui titulus: Les ruines de Pompéi. 1, 24. In parte superiore haec legitur Inscr.: C. Calventio Quieto, Augustali: huic ob munificent. decurionum decreto, et populi consensu (ἐκ κοινῆς) pro consensu) bisellii honor datus est. F. \*Adde, qui etiam de h. v. egit, Millin, Descr. des tombeaux, p. 76.] Alia (quae pertinet ad an. a Chr. n. 26.) apud Fabrett. c. 3. n. 324. Centumviri municipii Augusti Vejentis Romae in aedem Veneris Genetricis cum convenissent, placuit universis, permitti C. Julio Divi Augusti Liberto Geloti honorem justissimum decerni, ut Augustalium numero habeatur, aequae ac si eo honore usus sit, liceatque ei omnibus spectaculis municipio nostro bisellio proprio inter Augustales considerare etc. Alia apud Grut. 475, 3. C. Titio Chresimo Augustali II., huic ordo decurionum honorem bisellii, et Titio Chresimo filio ejus ob merita patris honorem decurionatus gratuitum decrevit. Adde aliam apud Fabrett. c. 3. n. 604. Q. Largennius Chresimus ob honorem bisellii H. L. N. Rei P. Pisanor. dedit. Quia vero hae inscriptiones ad Augustales tantum pertinent, putat Fabrettus, non absurde conjici posse, honorem bisellii fuisse proprium Augustalitatatis, non quod omnibus Augustalibus communiter daretur, sed iis, qui in eadem Augustalitate honoratiores et digniores essent.

BISETA, porca dicitur, cujus a cervice setae bifariam dividuntur, cum jam esse incipit major sex mensium. Festus.

[BISEXTIALIS, le, adj. qui duos sextarios continet. Marc. Empir. 15. Manipulum tenerum urticae unipetiae in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes. P. Sunt qui scribant bisextialem. F.]

[BISEXTIUM, ii, n. duplex sextarius. Not. Tyr. p. 147. F.]

\*BISGARGITANI et Biscargitani, orum, incolae Bisgargidis vel Biscargidis, Hispaniae Tarraconensis oppidi. Fuit autem Biscargis, Βισκαργίς, in agro Hereaonensi, ad Iberum flumen. Plin. 3, 3. B. A.

[BISIUS, a, um, adj. cinereus. Confer Ducangii Glossar. in V. Bisus. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 332, 7. Flavius Bisius. Alia apud Eund. 438, 7. Minicia L. F. Bisia. F.]

[BISOLIS, le, adj. binas soleas habens. Edict. Diocl. p. 20. Gallicae virilis rusticanae bisolis par x̄ octoginta, Gallicae virilis monosolis par x̄ quinquaginta. F.]

BISOMUS locus, et Bisomum, Trisomus, Quadrisonus, aut Tetrasomus, sepulcrum duo, tria, quatuor corpora continens: vel in duas, tres, quatuor partes, seu membra divisum: a bis etc. et σώμα, corpus. Voces sunt partim hybridae, h. e. ex Latino et Graeco conflatae; et omnes parum Latinae: quae leguntur apud Reines. in quibusdam Christianis, et sequioris aevi lapidib. cl. 2. n. 40.

43. 116. et 437. Sic vas disomum apud *De Vita, Antiquit. Benevent. cl. 9. n. 2.*

**BISON**, ontis, m. et f. [\**Oppian. Cyn. 2, 155.* auctor est *bison* nomen traxisse a Thracia *Bistonide*, quae eorum patria sit.] *plow*, bos ferus, cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius, magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus; ab ejus summo rami quam late diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura; eadem forma, magnitudoque cornuum. Ita tacito tamen nomine *Caes. B. G. 6, 26.* describit. *Plin.* inter alia ferorum boum genera, quae in silvis Germanorum nascuntur, recenset *bisontes jubatos*, 8, 16, 15. Et *Sen. Hipp. 63.* villosos appellat. *Solin. 20.* setosa illis colla tribuit et horridas jubas. *Mart. Spect. 23.* Illi cessit atrox bubalus atque bison. P Est quibusdam cervus tarandus *Linn.*, idemque ac rhenus apud *Caes. B. G. 6, 21.* V. RHENO. Ceterum recentiores Historiae naturalis scriptores in ea sunt sententia, ut *bison*, Italice *bisonte*, [\*nobis *Auerockse, Buckelochse*] sit animal e boum genere, et a *Plinio 8, 15, 16.* *Aristot. H. N. 9, 41.* secuto *bonasus* appellatus fuerit.

**BISONUS**, a, um, adj. duplicem habens sonum. *Serv. illud Virg. A. 9, 618.* *biforem dat tibia cantum*, exponit *bisonum, imparem.*

**BISONTI**, orum, i. q. Vesontio. *Ammian. 15, 11. (al. 27.) V. Vesontio. B. A.*

**BISPELLIO**, onis, m. versutus, versipellis, fraudulentus, quasi duas habens pelles, *πολυτροπος. Marc. Dig. 47, 3, 72.* Num et si *bispellionem*, aut alias turpem dederit hominem, idem sit. P Dicitur et *bispellio*. Facile enim *b* in *v* mutatur, ut dictum est initio hujus litterae. *Mactian. Dig. 36, 1, 7.* Sed et salutis et dignitatis ratio habenda erit. Quid enim si morbo implicitus Alexandriam jussus sit adire, vel nomen *bispellionis* testatoris ferre? *Ulp. ib. 21, 2, 31.* Si ita quis stipulanti spondeat sanum esse, furem non esse, *bispellionem* non esse etc. Ita tribus hisce locis legitur in *ed. Torrent.* Atque *Haloander* ubique edidit *vespillo*: nisi quod postremo loco monet ab aliis legi *versipellem*. *Mallet Hotomanus* ubique reponi *bispellio*: *vespillonem* autem ideo rejiciendum putat, quia *vespillonem* liberos homines fuisse constat, in allatis autem exemplis de servis sermo est. P In *ret. Glossar. bispellionem* exponuntur *vespillonem*, a binis palliis, quia lugubres vestes suis superinducebant, cum ad efferenda cadavera admovebantur.

**BISSENI**, ae, a, adj. bis seni. *Auson. Monosyll. Idyll. 12.* Bissenas partes quis continet aequipares? as. *Prud. Cath. 12, 192.* Bissenae fratum semina. P In singulari numero *Stat. Th. 3, 574.* Bissenae premit ora die. P Frequentius divisim scribitur *bis seni.*

**BISSEXTIALIS**, le. V. BISEXTIALIS.

**BISSEXTUS** et *Bisextus*, a, um, adj. dies intercalaris, qui quarto quoque anno mense Februarii inseritur post diem vigesimum quartum, *εμβόλιμος ἡμέρα*: a *bis*, et *sextus*, quia *bis*, hoc est duobus diebus continuus, nempe 24. et 25., *sexto calendae Martii* dicimus, duos dies pro uno computantes. *Ulp. Dig. 4, 4, 3.* Proinde etsi bissexto natus est (sive priore, sive posteriore die) *Celsus* scribit nihil referre: nam id biduum pro uno die habetur, et posterior dies Calendarum intercalatur. Adde *Celsum Dig. 50, 16, 98.* [\*Adde *Ammian. 25, p. 334.* *Maer. Sat. 1, 14.* *Isid. 6, 17, Dig. 4, 4, 3. §. 3.* *August. de trinit. 4.* quos affert *Lindenbr. ad Censor. l. d.*] P Neutro genere usurpant *Censor. de die nat. 20.* Dies unus intercalatur, quod bissextum vocatur. Et *Ammian. 26, 1.* Bissexto vitans Februarii mensis tunc illucescens. P *Bissextus annus* est, in quo dies ille intercalaris inseritur. *August. ep. ad Januar. 119, 7.* Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est. V. *Maer. Sat. 1, 14.* P *Bissextus honos* est consulatus, in quo bis sex lictores apud fascibus praeferebantur. *Stat. Silv. 4, 1, 9.* P *Bissextus unio* s scribendum docet *Heusing. in Observ. anti-barb.*, ideoque primam syllabam corripiendam, ut in *Biseta, Bisellium, Bisulcus.*

**BISTONES**, um, m. plur. *Bistonos*, iidem qui Thracas, populi bellicosissimi ac feri: ita dicti a *Bistone*, Martis et Callirrhoe filio, qui in iis regionibus urbem condidit. Regnavit ibidem *Diomedes*, qui equis suis hospites devorandos dabat: quem *Hercules* occidit. *Lucan. 7, 568.* Sanguineum veluti quatiens *Bellona* flagellum, *Bistonas* aut *Mavors* agitant. *Sil. 2, 76.* Lunatis *Bistonas* armis. Adde *Val. Fl. 3, 83.* P Sunt tamen inter Thracas, qui peculiari nomine *Bistonas* appellantur: de quibus *Plin. 4, 11, 18.* [\*Hoc igitur priore loco ponendum erat; poetae gentis nomen ad totum populum transtulerunt.]

**BISTONIA**, ae, f. V. BISTONIUS.

**BISTONIS**, idis, f. adj. ad *Bistonas*, seu ad Thraciam pertinens. *Hor. Od. 2, 19, 20.* *Bistonidum crines*, h. e. mulierum Thracum. *Or. Her. 16, 344.* *Bistonis ora*, h. e. Thracia. *Sen. Agam. 673.* *Bistonis ales*, h. e. *Procné* Terei regis Thra-

ciae filia in lusciniam, vel hirundinem versa. P Paenultimum produxit *Virg. Cir. 165.* Saeva velut gelidis *Ciconum Bistonis* in oris. Al. legebant *Sithonum Bistonis oris.* Rectius cum *Scalig.* legas *Edonum Bistonis oris.*

**BISTONIUS**, a, um, adj. ad *Bistonas* seu Thracas pertinens. *Or. Met. 13, 429.* Phrygiae contraria tellus *Bistonis* habitata viris. *Id. Pont. 1, 3, 59.* *Bistonis* sarissae. *Id. Ib. 379.* *Bistonis* Minerva, h. e. quae praest Thracibus, bellicosus populus: vel ejus simulacrum ex Thracia asportatum a Spartanis exstructo templo cultum fuit. *Lucan. 2, 163.* *Bistonii tyranni stabula*, h. e. *Diomedis Thraciae regis.* *Id. 3, 200.* *Bistonis* aves, h. e. grues. *Id. 4, 767.* *Bistonius turbo*, h. e. aquilo vehementius flans. *Claud. Rapt. Pros. praef. 2, 8.* *Bistonis* chelys, h. e. *lyra Orphei*, qui Thracius fuit. *Stat. Th. 2, 586.* *Bistonius* ensis *Tydei*, h. e. in Thracia elaboratus: vel quia munus *Oenei Martis filii.* P *Bistonis*, ae, absolute est *Bistonum regio*, seu Thracia. *Val. Fl. 3, 159.* qui dulci festis assistere mensis *Pectine*, *Bistonis* magnum post ausus *alumnum*, h. e. *Orpheum.*

\***BISTRUTICIUS** equus. *Veg. R. R. 1, 25.* ubi alii legunt *dysentericus, sideratus.*

\***BISULA**, ae, i. q. *Visula.* *Ammian. 22, 18. B. A.*

**BISULCILINGUA**, ae, m. linguam habens bisulcam, et translate qui duplici lingua loquitur, fraudulentus. *Pl. Poen. 5, 2, 72.* *Hercle* esse te oportet et *sycophantam* et *subdolum*, qui huc advenisti nos captatum, *migdilybs, bisulcilingua*, quasi *proserpens bestia.*

**BISULCUS**, a, um, adj. *διχλος*, bifidus, in duas partes divisus, quasi duplicem habens sulcum. *Or. Met. 7, 113.* Pulverumque solum pede pulsare *bisulco.* *Id. ib. 9, 65.* *Lingua bisulca.* *Plin. 9, 29, 46.* *cauda.* *Id. 8, 21, 30.* *ungula.* *Id. 11, 28, 34.* *Cornua bisulcis* dentata forcipibus. [\**Et Plin. 11, 45, 105.* est enim *bisulcus pes imus.*] P *Bisulca* dicuntur bruta animalia, quae bifidas habent pedum ungulas, quibus opponuntur *solidipedes.* *Plin. 11, 37, 85.* *Corniger* sero pinguescunt, *bisulca adipe.* *Id. 10, 65, 84.* Contra naturam *solidipedum* aut *bisulcorum.* [\**Etiā singulari numero.* *Id. 11, 46, 106.* unicone et *bisulcum oryx.*] *Solin. 31.* Animal *bisulco* vestigio. [\**Pertinet ad locos ab in. allatos.*] P Reperitur etiam *bisulcis, ce. Paev.* apud *Non. 10, 12.* *Linguae bisulcis* actu *crispo fulgere.* Al. rectius leg. *Linguae bisulcae jactu crispo fulgere.*

**BISULTOR**, oris, m. Martis cognomen, a bis ulciscendo. *Augustus* enim, cum *Brutum* et *Cassium* vicisset ac signa a *Parthis* recepisset, *Marti* templum dedicavit, quem *Bisultorem* cognominavit, quod primum *C. Caesaris*, deinde *Crassorum M. patris*, et *P. filii* necem ultus esset. *Or. Fast. 5, 595.* Rite Deo templumque datum, nomenque *Bisultor.* Al. leg. *bis ultum.* Ex meliorib. lib. *bis ulto* repositus *Heinsius.* Hanc *Heinsii* conjecturam confirmat *Fogginius* ad *Verr. Flacc. Fast. p. 119.*

**BISYLLABUS**, a, um, adj. *διούλλατος*, duas habens syllabas. *Varr. L. L. 8, 52.* Sic *socer*, *macer*, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum *soceri*, ab altero bisyllabum *maceri.*

\***BITHYA**, ae, urbs Thraciae, quae et *Βυθιόπολις*, memoratur a *Vopisc. in Aurel. 22. B. A.*

\***BITHYAE**, arum, f. feminae Scythicae, quae pupillas binas in oculis singulis habent. Inest autem illis ea vis naturalis, ut visu effascient, interimantque quos diutius intueantur. Haec *Plin. 7, 2. Solin. 1.* si lectio certa. Nam scripta exemplaria habent *Vitiae.* Unus codex *Bituae* praebet; unde legendum *Salm. conjicit Bituae, h. e. διζοποι,* [\**V. infra.*] a *bis* sc. *tueudo.* Cf. *Or. Amor. 1, 8, 13. (de saga), Gell. 9, 4. B. A.*

**BITHYUM** Mel dicitur, quod ex utriusque thymi candidi et nigri floribus apes conficiunt. *Plin. 11, 16, 15.* Album mel non fit, quod *bithy-* num est, sed oculis et ulceribus aptissimum existimatur. *Hard.*, quod in suis libris haec verba non exstarent, spuria et supposititia esse judicavit, et in sua editione omisit.

**BITHYNIA**, ae, f. *Βιθυνία*, regio Asiae, Ponto finitima ad mare Euxinum, adversa Thraciae, et proxima Troadi ad Propontidem. Primum *Bebrycia* dicta est, postea *Mygdonia*, denique *Bithynia* a *Bithyno* rege, vel a *Thonia* populis Thraciae, qui in eam regionem transierunt. Appellata etiam est Thracia Asiatica, *Maliande*, *Cronia*, *Strymonis*, *Thessalis*, ut est apud *Plin. 5, 32, 44.* P Thracum sua terra egressorum sedes quondam fuit. *Claud. in Eutrop. 2, 247.* *Thyni* Thracas erant, quae nunc *Bithynia* fertur.

\***BITHYNIARCHIA**, ae, f. sacerdotium Bithyniae provinciae. V. in *Cappadocarchia. B. A.*

**BITHYNIUS**, a, um, adj. ad *Bithyniam* pertinens. *Cic. Fam. 13, 9.* *Bithynica* societas. *Plin. ep. 10, 115.* *Bithynicae* civitates. *Flor. 3, 5.* *Nicomedes* *Bithynicus.* Adde *Juven. 15, 1.* *Quis necit, Volusi* *Bithynice*, qualia demens etc. P *Bi-*

thynicus cognominatus est *A. Pompejus* ob devictam *Bithyniam.* *Festus in Rutrum.*

\***BITHYNION**, i, *Βιθυνιον*, *Bithyniae* oppidum. *Plin. 5, 32.* *Claudiopolis* est *Anton. Itin.* adstipulante *Ptol. B. A.*

**BITHYNIS**, idis, f. adj. *Βιθυνίς*, quae est ex *Bithynia.* *Or. Am. 3, 6, 25.* *Inachus* in *Melie* *Bithynide* pallidus isse dicitur etc., h. e. *Melie* *matre Amyci regis Bithyniae.*

**BITHYNIUS**, a, um, adj. *Bithynicus.* *Colum. 1, 1.* *Diophanes* *Bithynius.* P *Bithyni, orum*, *Bithyniae* populi. *Plin. 7, 16, 14.* *Prusiae* regis *Bithyniorum* filius.

**BITHYNUS**, a, um, adj. *Bithynicus.* *Hor. Ep. 1, 6, 33.* Ne *Cybiratica*, ne *Bithynia* negotia perdas. *Tac. A. 2, 60.* *Bithynum mare.* *Juven. 7, 15.* *Bithyni equites.* *Id. 10, 162.* *Bithynus tyrannus.* Hoc postremo loco primam syllabam *Juven.* produxit, ut et ceteri omnes poetae, sed priore praeter consuetudinem corripuit. [\**Non desunt tamen exempla apud Graecos quoque poetas, in quibus eadem correptio est.* V. *Fr. Jacobs.* ad *Anthol. Palat. Tom. III. p. 429.* Ceterum in edit. *Italicis* *Forell.* in quattuor his adject. *Bithynicus, Bithynis, Bithynius, Bithynus* male signum correptae syllabae supra i positum erat, quod monemus quoniam idem error in alia quoque lexica, ut *Schelleri*, transiit.] P *Bithynus* casus laudatur a *Plin. 11, 42, 97.* P *Bithyni, orum*, *Bithyniae* populi. *Tac. A. 12, 22.* et *Plin. 5, 32, 43.*

**BITIENES** *Festus* interpretatur eos, qui assidue peregrinantur. V. *BETO.*

**BITO**, is. V. *BETO.*

\***BITON**, onis, *Βίτων*, *Cleobis* frater, *Argivus*, de quorum pietate in *Argiam* sacerdotem parentem suam *V. Cic. Tusc. 1, 47.* collatis *Herod. 1, 31. Pausan. in Corinth. P. V. et Cleobis. B. A.*

\***BITORTILUS**, a, um, a *bis* et *tortus*, *Appuleii* est *Apol. ante med. p. 294, 13.* Alii aliter legunt. *B. A.*

**BITUAE** dictae sunt feminae in *Scythia*, *διζοποι*, hoc est singulis in oculis binas pupillas habentes: a *bis* et *tueor*. Legit hanc vocem *Salm. 3. exerc. Plin. in Solini 1.* et in *Plin. 7, 2, 2.*, sed utroque loco alii aliter.

**BITUMEN**, inis, n. *ἔσφαλτος*, limus pinguis et sulphureus, lentus tamen ac tenax, qualis in *Asphaltide* lacu *Judaeae*, et qui oleacei liquoris specie gignitur in *Agragantino* fonte *Siciliae*. *Bitumine* abundans est supra ceteras *Assyriae*, et *Chaldaeorum* regio; adeo ut etiam e terra emergat pluribus locis: quod crebris fulminibus in ea loca incidentibus tribuendum putat *Sere.* ad illud *Virg. Ecl. 8, 82.* et fragiles incende *bitumine* lauros. (Nam *bitumen* hoc loco interpretatur divinum ignem, qualis est fulminum, quae ab *Jove* immittuntur.) Unde *Semiramis* *Babylonis* muros *bitumine* pro arena et calce struxisse dicitur, ut est apud *Justin. 1, 2.* et *Vitr. 8, 5. fin.* De variis *bituminum* generibus, deque eorum usu in medicina multa disserit *Plin. 35, 15, 51.* et speciatim de *bitumine* lacus *Judaeae*, *Tac. H. 5, 7.* [\**Bitumen* Apollonium commemoratur apud *Veg. R. R. 4, 14.* *Bitumen* *Judaicum* apud *Veg. 1, 20, 2, 56.* 3, 84. ejus pulvis *ib. 2, 57.*] P *Bituminis*, quod igni admotum arderet (facile autem accenditur, quod sulphur habet admixtum) usus erat in sacris, quae incantamenti et veneficii, aut expiationis causa *Diis* inferis fiebant: quod nigra illa flamma delectari eos crederent, et quod purgationibus aptissima esset. Huc pertinet locus allatus ex *Virgilio.* Sic *Claud. VI. Cons. Honor. 324.* *Lustralem* sic rite facem, cui lumen odorum *Sulphure* caeruleo, nigroque *bitumine* fumat, *Circum* membra rotat doctus purganda sacerdos.

**BITUMINATUS**, a, um, adj. *bitumine* mixtus. *Plin. 31, 6, 32.* Est utilis aqua *bituminata* aut *nitrosa*, bibendo atque purgationibus.

**BITUMINEUS**, a, um, adj. *bitumine* mixtus. *Or. Met. 15, 350.* de *Aetnae* ignibus: Sive *bitumineae* rapiunt incendia vires.

**BITUMINOSUS**, a, um, adj. *bitumine* abundans, *ἔσφαλτός.* *Vitr. 8, 3.* Cum per *bituminosam* terram vis erumpit aquae. *Id. ib.* *Bituminosi* fontes.

**BITURICUS**, a, um, adj. ad *Bituriges* pertinens. *Biturica* uva laudatur a *Plin. 14, 2, 4. n. 3.* et a *Colum. 3, 2, 7.* et 9. propter ubertatem et bonitatem ad aliquot annos. *Biturigum* porro *Ubisorum* potius, quam *Cuborum* intelligendum esse, putat *Hard.* [\**Col. R. R. 3, 21.* *Bituricae* fructibus *opimae.*]

**BITURIGES**, igum, m. plur. populi Galliae Aquitanicae, cognomine *Cubi* dicti, quorum praecipuum oppidum *Avaricum* fuit, inter *Aeduos* (a quibus eos *Ligeris* dividit, ut *Caes.* docet *B. G. 7, 5.*) *Lemovices*, *Pictones* et *Turones.* Eorum regio nunc dicitur *le Berri*, et urbs *Bourges.* *Caes. l. c., Plin. 4, 19, 33.* P Alii sunt *Bituriges*, cognomine *Ubisci* seu *Vibisci*, ad *Oceanum* Aquitanicum, quorum urbs *Burdigala*: nunc ii *les Bourde-*

*lois*, urbs *Bourdeaux* appellatur. *Plin. l. c.* P

In singulari numero *Lucan.* 1, 423. Et Biturix, longisque leves Suessones in armis.

**BIVERTEX**, icis, omn. gen. adj. qui binos vertices habet; et solet esse epithetum Parnassi, cuius duo juga sunt, Helicon et Cytheron. *Stat. Th.* 1, 628. Delius insurgit, summaque biverticis umbra Parnassi residens, etc. *Sidon. in carm. epist.* 15, 9. Montemque victor ipse per biverticem.

**BIVIRA**, ae, f. quae vidua cum esset, alteri nupsit. [\*Potest etiam esse mulier quae cum duobus viris rem habet, ut opponatur *bimarito*.] *Varr.* ap. *Nov.* 2, 83. Ad bivrira venio.

**BIVIVUM**, ii, n. ἀμφόδος, locus ubi duae viae concurrunt. *Virg. A.* 9, 238. Qui patet in bivivio portae. Adde *Plin.* 6, 28, 32. P. Translate. *Varr. R. R.* 1, 18. *fin.* Bivivum enim nobis ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. Et *ib.* 55. Olea, ut uva per idem bivivum redit in villam: alia ad cibum eligitur, alia ut eliquescat. *Or. Rem. Am.* 486. Ut tuus in bivivio distineatur amor. [\*i. e. in duabus puellis, in amore duarum puellarum.]

**BIVIUS**, a, um, adj. qui duas habet vias. *Virg. A.* 11, 516. Ut bivias armato obsidam milite fauces. *Val. Fl.* 5, 395. Bivii calles. P. *Dii bivii, trivii, quadrvii* in *Inscr.* ap. *Grut.* 84, 5. et 1015, 1. sunt biviorum, triviorum et quadrviorum praesides, similes iis, quos *Viales* et *Semitaes* appellabant.

**BIVRUS**, i, m. quasi *diurus*, hoc est duplicem habens caudam; ab *ovra*, cauda. *Plin.* 30, 15, 52. M. Cicero tradit, animalia bivros vocari, qui vites in Campania erodunt. P. Quidam *byrurus* scripsere.

**BIXIT**, pro *vixit* legitur in *vet. Inscr.* ap. *Grut.* 307, 6. et alibi. V. initium hujus litterae.

**BIZONE**, es, f. Βιζώνη, oppidum Moesiae inferioris, ad Pontum Euxinum. *Mela* 2, 2. *Plin.* 4, 11. B. A.

**BIZYA**, ae, Thraciae oppidum, in Astica, ad mare Ponticum. *Plin.* 4, 11. P. Scribitur et *Byzia*. B. A.

BL

**BLACTĒRO**, as, n. 1. verbum est exprimens vocem arietis. *Auct. Carm. Phil.* 56. Blacterat hinc aries, et pia balat ovis. *Foss.* in *Etym.* in V. *Blaterones* putat legendum esse *braterat* ex quodam MS. Al. leg. *blaterat*. Sed *blaterare* proprium est camelorum, ut docet *Festus*.

**BLAESIANUS**, a, um, adj. ad Blaesum pertinet, quod est nomen proprium Romani hominis. *Mart.* 8, 38. Quod donas, facis ipse Blaesianum.

[**BLAESILLUS**, a, um, adj. diminut. blaesi. Est cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Grut.* 753, 5. Albuca Blaesilla. F.]

**BLAESUS**, a, um, adj. μελλός, balbus, hoc est, qui linguam impeditam habet, et litteram unam alteramve, ut B, pronunciare non potest, vel in pronunciando litteram excludit, vel male profert. Hanc vocis pronunciationem puellae delicatae affectabant *Ovidii* aetate, ut ipse innuit *A. A.* 3, 294. [\*Unde suspiceris recte *Popmam de differ.* p. 133. *blaesum* explicare per: cui litterae sibilantes (C. S. Z.) molestae sunt vitioseque pronuntiantur. Apud nostrates quoque puellae haud raro hoc vitium pro elegantia habent, quam studiose affectant.] *Juven.* 15, 48. Blaesis atque mero titubantibus. *Mart.* 10, 65. Os blaesum, tibi, debilisque lingua est. *Or. A. A.* 3, 294. Blaesa lingua. *Id. Am.* 6, 24. de psittaco: Reddebas blaeso tam bene verba sono. [\**Ulpian. Dig.* 21, 1, 10. Quaesitum est, an balbus et blaesus et atypus, isque qui tardius loquitur et varus et vatiis sanus sit. — Unicus hic mihi innotuit locus apud pedestrem scriptorem, ubi *blaesus* usurpatum exstat. Quod casu accidisse certum est.] P. Ab hoc vitio factum est cognomen Romanum in gente Semproniana, ut C. Sempronius Blaesus, in *Fastis Capitol.* ap. *Grut.* 292. [\*Junius Blaesus nominatur apud *Tac.* A. 3, 35.]

**BLANDAE**, arum, oppidum Lucaniae. *Liv.* 24, 20. *Blanda* appellatur a *Mela* 2, 4. et *Plin.* 3, 5. P. Item oppidum Hispaniae Tarraconensis, ad mare Mediterraneum, in regione Laetanorum, inque agro Barcenonensi. *Plin.* 3, 3. *Blanda* appellatur etiam hoc oppidum a *Mela* 6. favente *Ptol.* Hodie est *Blanes*. B. A.

**BLANDĒ**, adv. ἡπιως, μελιχρως, blandiendo, suaviter, placide, comiter. *Cic. Rosc. Com.* 16. Rogare blandē et concinne. *Id. Or.* 1, 24. Petere aliquid blandius. *Id. Cluent.* 26. Appellare aliquem blandissime. *Ter. Ad.* 5, 4, 24. Blande dicere. [\*i. e. humanum esse sermone ac verbis. *Ruhnck. dict.* p. 206.] *Lucr.* 2, 320. agni ludunt, blandēque consunt. *Id.* 5, 1368. fructusque feros mansuescere terra Cernebant indulgendo, blandēque colendo, h. e. paulatim, et molli cultura. *Quint. Decl.* 1, 13. Suspensa manu blandē flectere cardinem sonantem. [\**behutsam*.]

**BLANDĒNO** et **BLANDĒNON**, onis, oppidum Italiae, non longe a Placentia. Hodie est *Broni*.

*Cic. Q. Fr.* 2, 15. ed. *Ernest.* Litteras datas Placentia, deinde postridie Blandenone. Al. leg. *Placentiae* — *Blandenonae*. B. A.

**BLANDICĒLLA** Verba, verba blandula. *Festus.* **BLANDICŪLĒ**, adv. blande. *Appul. Met.* 10, p. 252, 6. Blandicule responde.

**BLANDIDĒCUS**, a, um, adj. qui blanda verba dicit, blandiloquus, χρηστολόγος. *Pl. Poen.* 1, 1, 10. Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres facile corios contrivisti bubulos.

**BLANDIFĒCUS**, a, um, adj. blandum faciens. *Capell.* 9, p. 301. Blandificaque libens stringere corda face.

**BLANDIFĒLŪS**, a, um, adj. blande et suaviter fluens. *Venant. Carm.* 11, 10, 10. blandifluus odor.

**BLANDILOQUĒNS**, entis, partic. verbi inusit. blandiloquor, qui blande loquitur, blandidicus, χρηστολόγος. *Laber. ap. Macr. Sat.* 2, 7. Viri excellentis mente clemente edita Submissa placide blandiloquens oratio.

**BLANDILOQUĒNTĪĀ**, ae, f. χρηστολογία, blandus sermo, suavia verba. *Vet. Poeta* [\**Ennius in Medea*] ap. *Cic. N. D.* 3, 25. extr. Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?

**BLANDILOQUĒNTŪLUS**, a, um, dimin. *Pl. Trin.* 2, 1, 13. Amor ab re consulti blandiloquentulus, harpago, mendax, avarus.

**BLANDILOQUĒNIUM**, ii, n. blandiloquentia. *August. ep. ad Hieron.* 19, 4. Insidiosum blandiloquium.

**BLANDILŌQUUS**, a, um, adj. blandiloquens, blandidicus. *Pl. Bacch.* 5, 2, 54. Ut blandiloqua est! hei mihi, metuo. *Sen. Agam.* 289. Quid voce blandiloqua mala consilia dietas?

**BLANDIMENTUM**, i, n. blanditiae, illecebrae. Usurpatur fere in plurali numero. *Cic. Coel.* 17. Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conviveret. [\**Tac. A.* 15, 64. *blandimenta vitae*, quae eadem 63. *delinimenta vitae* dixerat; res quae vitam jucundam reddunt.] *Id. Tusc.* 5, 31. Sequetur igitur vel ad supplicium beata vita virtutem, nec eam minimis blandimentis corrupta deseret. *Liv.* 2, 9. Multa blandimenta plebi pro id tempus ab senatu data: annonae in primis habita cura. *Or. Met.* 2, 815. Jactare blandimenta et preces. *Plin. ep.* 2, 19. Captus blandimentis. *Tac. A.* 13, 13. Aggredi aliquem per blandimenta. *Id. ib.* 12, 64. Devincere aliquem blandimentis. [\**Tac. H.* 1, 74. muliebribus blandimentis infectae epistolae.] P. Blandimenta in cibis sunt condimenta. *Petr. Sat.* 141. Aliqua invenimus blandimenta, quibus saporem nutemus. *Tac. G.* 23. Sine apparatus, sine blandimentis expellunt famem. [\*Etiam ad alias res haec vox transfertur. *Pall. R. R.* 10, 17. blandimenta aestivali caloris (die *Annehmlichkeit*), quemadmodum frigus dicitur blandum. V. *Blandus* ab in. — *Veg. R. R.* 1, 56. Blandimenta vecturae, de molli vectura, qua corpus non jactatur, sed leniter movetur.] P. In singulari numero. *Tac. A.* 14, 4. Blandimentum sublevavit metum. *Plin.* 17, 13, 21. Hoc blandimento impetratis radicibus, etc. h. e. hac blanda cultura.

[**BLANDINUS**, a, um, adj. ad blandum pertinet. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Grut.* 395, 7. Corneliae Blandinae L. Cornelius Themison pater, et Cornelia Blanda mater posuerunt. F.]

**BLANDIOR**, iris, itus sum, dep. 4. μελιόσω, χρηστολόγος, κοιλζομαι, ἀπόσομαι, molliter contredando et palpando alicui adolor et placere studeo. [\**Liv.* 21, 1. de Hannibale: pueriliter blandientem patri ut in Hispaniam duceretur. Sic etiam *Plin.* 34, 8, 19. cuius verba ultimo loco ponit *Forc.* Haec tamen prima et propria vocis significatio videtur fuisse.] *Or. Her.* 21, 195. Et minus audacter blanditur, et oscula rara accipit. *Plin.* 10, 37, 52. Columbae blandiuntur inter se. *Id.* 10, 42, 59. Blandiri avibus cibo. [\*i. e. eo quod cibum saepe praebeas avi, eam eicurem et mansuetam reddere.] *Id.* 34, 8, 19. n. 29. Infans blandiens matri mortuae. P. Saepius refertur ad animum. *Pl. Cist.* 1, 1, 35. Nostro ordini palam blandiuntur: clam si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. *Cic. Q. Fr.* 2, 12. De Commageno rege, quod rem totam discusseram, mirifice mihi et per se, et per Pomponium blanditur Appius. *Or. A. A.* 2, 527. Postibus et durae precibus blandire puellae. Al. rectius, *supplex blandire puellae*. *Plin. ep.* 1, 2. *fin.* Blandiri auribus alicujus. [\*i. e. ea loqui quae alteri valde placeant; nos dicimus *kitzeln*.] *Tac. H.* 2, 12. Blanditur coeptis fortuna, h. e. favet coeptis, et ad ulteriora tentanda invitat. [\*Rectius hic locus ponendus erat infra post *Suet. Ner.* 20.] *Or. Met.* 4, 531. Venus sic patruo blandita suo est, h. e. blande rogavit. P. Blandiri sibi est in sua causa sibi aliquid vani persuadere, sibi indulgere. *Ulp. Dig.* 26, 7, 3. Blandiuntur enim sibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri, etc. [\*Hoc sensu saepius legitur in *Digg. libris* et in *Cod.*] Huc pertinet illud *Or. Am.* 2, 11, 53. Omnia pro veris credam, sint ficta licebit: Cur ego non votis blandiar ipse meis? P. Tribuitur et

rebus inanimis. *Cic. Ac.* 4, 45. Video quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur. *Quint. Decl.* 14, 4. Levior est calamitas, cui blanditur aliquid de voluptate laetitia. *Suet. Ner.* 20. Blandiente profectu, prodire in scenam concupivit, h. e. invitante. *Tac. H.* 5, 4. Blandiens inertia. *Id. Agr.* 16. Vitia blandientia. *Or. Met.* 10, 555. Opportuna sua blanditur populus umbra. *Plin.* 13, 9, 17. Pomi suavis blanditur. [\*i. e. allicit.] *Id.* 31, 2, 19. Quaedam aquae blandiuntur aspectu. [\*i. e. invitant ad bibendum.] Et *Cels.* 5, 28. n. 2. *med.* Imponendo lenia medicamenta, quae quasi blandiuntur. P. Cum accusativo *Colum.* 7, 5. Lac caprinum infusum tantum valet, ut et blandiatur igneam saevitiam. [Pro et blandiatur, ut est in antiquis editionibus, *Gesn.* et *Schneid.* reponunt *eblandiatur*. V. *EBLANDIOR*. F.] P. Passive etiam usurpari potest teste *Prisc.* 8. p. 792. V. **BLANDITUS**, a, um.

**BLANDITER**, adv. idem quod blande. *Pl. Ps.* 5, 2, 3. Magis cogito, saeviter, blanditerne alloquar. *Id. Asin.* 1, 3, 69. Compellere blanditer. Adde *Tit. ap. Prisc.* 15. p. 1010. et ap. *Non.* 11, 7.

**BLANDITIĀ**, ae, f. αἰνυλία, κοιλζία, ἀπόσοια, χρηστολογία, actus blandiendi, adulatio, illecebra. [\*Non satis recte ad *blanditiām* explicandam adhibetur *adulatio*. Haec est hominis ignavi ac timidi, qui ad aliorum gratiam aucupandam dignitatis suae rationem non habet; blanditiae ex solo placendi studio proficiscuntur. V. *Doedert. Syn. Fasc.* 11. p. 177.] *Pl. Truc.* 2, 7, 19. Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem. *Cic. Am.* 25. Sic habendum est, nullam in amicitii pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem. [\*Observa gradationem quae in hoc ordine substantivorum inest, *adulatio* minus nocet quam blanditia: adulator facile se prodit; blande brevi se insinuat.] *Id. Planc.* 12. Illa occursatio et blanditia popularis. Adde *Rep.* 4, ap. *Non.* 3, 27., *Q. Cic. Pet. Cons.* 11., *Prop.* 1, 16, 16. et *Quint.* 10, 1. P. Saepius usurpatur in plurali numero. [\*Tum saepe haud multum differt a *blandimentis*.] *Cic. Q. Fr.* 1, 2, 2. Elicere aliquem blanditiis ad iudicium. *Id. Att.* 1, 19. *fin.* Exprimere nummulus ab aliquo blanditiis. *Id. Am.* 17. Colligere benevolentiam civium blanditiis et assentando. [\**Id. Fin.* 1, 33. corrupti ac delinuti blanditiis praesentium voluptatum.] *Tac. A.* 14, 56. Velare odium fallacibus blanditiis. [\**Tac. H.* 1, 15. Irrumpet adulatio, blanditiae, pessimum veri affectus venenum. *Id. ib.* 2, 59. Eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellii vernilibus blanditiis velaret, pro quo alii *humilibus* aut *juvenilibus*. Illud *Lipsius* recte dicit germanissimum. *vernilis* h. l. non multum distat a *servilis*.] *Suet. Ner.* 34. Dicere aliquid per blanditias, h. e. blandiendo. *Tib.* 1, 1, 86. et *Or. Her.* 13, 153. Dicere alicui blanditias, h. e. blanda verba. *Or. Met.* 10, 259. Adhibere blanditias. *Id. Am.* 1, 4, 66. Blanditiae taceant.

**BLANDITIĒS**, ei, f. idem ac blanditia. *Appul. Met.* 9, p. 230, 11. Talis sermonis blanditiae cavillatum deducebat, etc.

**BLANDITIM**, adv. blande, blanditer. *Lucr.* 2, 173. Ut res per Veneris blanditum saecla propagent.

**BLANDITŌR**, oris, m. ζόλας, qui blanditur, assentator. *Auct. Iiin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 90. Qui epulo accubabat una blanditoribus regis. B. A.

**BLANDITUS**, a, um, part. v. *blandior*. *Or. Met.* 4, 531. Sic patruo blandita suo est: o numen aquarum, etc. P. Interdum transit in nomen, et ponitur pro grato, jucundo et allicienti. *Prop.* 4, 6, 72. Blanditaeque fluant per mea colla rosae. *Plin.* 10, 23, 33. Hanc initio blandita peregrinatione avide profectam, poenitentia in volatu, cum labore scilicet, subit. P. Passiva significatione, *Verr.* ap. *Prisc.* 8. p. 792. Blanditusque labor molli curabitur arte. *κοιλζουθεῖς*, ut idem *Prisc.* exponit.

**BLANDITUS**, us, m. blanditia. Quidam hanc vocem leg. in illo *Lucr.* 2, 173. Ut res per Veneris blanditum saecla propagent. Sed plerique omnes leg. *blanditum*.

**BLANDŪLUS**, a, um, dimin. a *blandus*. *Hadr. Imp. in Carm.* ap. *Spart. in ejus Vita* 25. Animula vagula, blandula, Hesperes, comesque corporis. P. Est etiam cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Reines.* cl. 1. n. 266. Sedatia Blandula.

**BLANDUS**, a, um, adj. εὐαγωγός, μελιχρός, ἡρεστικός, χρηστολόγος, placens, adulans, suavis, lenis. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Nep. Alc.* 1. Affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens. *Ter. Hec.* 5, 4, 21. Hominum te vivit nusquam quisquam blandior. *Cic. Off.* 2, 10. Voluptates, blandissimae dominae. *Petr. Sat.* 126. Blandissima oratio. [\**Plin. Pan.* 25, 1. adulantia verba blandasque voces edocere. de gradatione in his verbis vide in **BLANDITIĀ**.] *Or. Her.* 15, 27. Blandissima carmina. *Cic. Tusc.* 4, 6. Blandae illecebrae voluptatis. *Or. A. A.* 1, 362. Blanda arte subit Venus. *Id. Met.* 2, 100. Blandis lacertis tenere colla alicujus. *Sen. Tr.* 1071. Blando



sinu fovere aliquem. *Plin. Praef. H. N.* Res blandae legentibus. *Virg. G. 3, 185.* Gaudere blandis laudibus. *Id. ib. 127.* Blandus labor. [\*Blandus labor est, quod eum lubenter subeunt. Loquitur poeta de admissura. *Plin. 9, 8, 9.* saltu quod est alias blandissimum (gratissimum, voluptarium) his (delphinis) nullus conatur evadere.] *Ov. Pont. 1, 5, 46.* Alea blanda. *Id. Fast. 3, 19.* quies. *Id. Met. 4, 344.* Blandarum aquarum temperies. *Stat. Silv. 3, 5, 96.* Blandissima litora. *Plin. 11, 37, 54.* Blandi oculi. *Id. 35, 10, 37.* Blandissimus aspectus. *Id. 37, 9, 40.* Color aspectu leniter blandus. *Lucr. 2, 846.* Blandus liquor amaracini, h. e. suavem spirans odorem. *Plin. 12, 1, 2.* Blandiores succi, h. e. mitiores et suaviores. *Manil. 2, 147.* Blandus sonus, i. e. gratus auribus. *Claud. epith. Pall. et Celer. 1.* blando quaesitum frigore somnum. [\*Col. R. R. 7, 3. blanda pabula sunt ea, quibus oves lubenter vescuntur; *angenehmes Futter.*] P De eo, qui non nocet. *Id. IV. Cons. Hon. 163.* blandi angues. *Id. Cons. Prob. et Olybr. 191.* Blandus fluctus. *Ov. Fast. 1, 157.* de verno tempore: Blandi soles. *Claud. Rapt. Pros. 1, 209.* blandasque leones Submisere jubas. *Id. IV. Cons. Hon. 604.* irent blandae sub vincula tigres. P Speciatim blandus dicitur, qui pollet arte persuadendi et impetrandi. *Pl. Cas. 2, 3, 55.* Tu eum orato: ego autem orabo villicum. Jam hic erit: nunc experiemur, uter nostrum sit blandior. *Stat. Th. 11, 104.* blandamque precatu Antigoneo timeo, ne, etc. *Tib. 3, 3, 2.* Blanda tura, h. e. quibus Dii placantur. P Et cum genitivo more Graecorum. *Stat. Ach. 2, 236.* blandusque precum compellat Ulysses. P Et cum infinito *Hor. Od. 1, 12, 11.* de Orpheo. Blandum et auritas fidibus canoris Ducere querens. *Adde Stat. Th. 5, 456.* P Cum accusativo Graeco more. *Stat. Th. 9, 155.* Blandum adverbialiter positum pro blande. *Petr. Sat. 127.* Delectata illa risit tam blandum, ut, etc. P [Est etiam cognomen Romanum in nummis apud *Eckhel. D. N. V. T. 5, p. 295.* C. Rubellius Blandus. F.]

[BLANUS, a, um, adj. βλάνος, lippus, caecutiens. Nomen servile Romanum in *Inscr. ap. Grut. 357, 4. F.*]

[BLASCON, onis, Βλασκων, ονος, insula maris Mediterranei, ad littus Gallicum, non procul ab Agatha oppido. *Plin. 3, 8.* Hodie est *Brescon. B. A.*

[BLAPSIGONIA, ae, f. βλαψιγονία, morbus est apum, cum prolem non generant ad familiam propagandam: Graeca vox a βλάπτω, laedo, et γονία, fetura: et Latine legitur ap. *Plin. 11, 19, 20.*

[BLASIO, onis, m. dimin. blaesi, ut censet *Sigon. De nom. Rom. 1.* Cognomen Romanum. *Liv. 15, 17.* Cn. Cornelius Blasio. F.]

[BLASIUS, a, um, adj. idem videtur ac blaesus. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut. 1074, 15.* C. Pupius Blasius. F.]

[BLASPHEMABILIS, le, adj. dignus conviciis et vituperationibus. *Tert. Cult. fem. 12.* Quanto blasphemabile est, si, quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae?

[BLASPHEMATIO, onis, f. βλασφημία, convicium, probrum, vituperatio. *Tert. Cult. fem. 12.* Optemus ne justae blasphemationis causa simus.

[BLASPHEMIA, ae, f. βλασφημία, convicium, obtretractio, dictum laedens famam: a βλάπτω, laedo et φήμη, fama. *Hieron. ep. 62, n. 2.* et *Augustin. Verb. Dom. serm. 11, 14* et *15.* et *Mor. Manich. 2, 10,* quo posteriore loco intelligit tum quod in Deum, tum quod in homines convicium dicitur: licet alioquin saepius dicatur de eo, quod in Deum ingeritur. P *Prud. neutro genere extulit blasphemiam in Psych. 715.* Non tulit ulterius capti blasphemiam monstri Virtutum regina Fides.

[BLASPHEMIUM, ii, n. V. BLASPHEMIA.

[BLASPHEMO, as, avi, atum, a. βλασφημέω, convicium in aliquem dico, alterius famam dictis laedo. *Prud. Apoth. 415.* et *August. Tract. in Joann. 27. fin.* Inter illos malos, qui blasphemant Christum. *Tert. ade. Jud. 13. ad f.* Nomen Domini per ipsos blasphemaretur. *Adde Hieron. ep. 61, n. 4.*

[BLASPHEMUS, a, um, adj. βλασφημος, qui dictis alterius famam laedit. *Prud. per. 1, 75.* Blasphemus satelles. *Adde Tert. Res. carn. 26.* ubi substantivum usurpatur.

[BLASTANES, etis, f. fructuosa, a βλαστάνω, germino. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut. 800, 2.* C. Licinius Blastus fecit sibi, et Licinia Blastaneti filiae. F.]

[BLASTUS, i, m. βλαστός, germen, sureculus. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat. 1570, 15.* L. Annaeus Blastus. F.]

[BLATEA, V. BLATTEA.

[BLATERATUS, a, um, partic. v. blatero. *Appul. Met. 4, p. 153, 18.* His et similibus blateratis. *Id. Apol. p. 275, 8.* Quae etsi ab his futiliter blaterata, etc.

[BLATERATUS, us, m. actus blaterandi, stulta loquacitas, ineptus sermo. *Sidon. ep. 9, 11. fin.* Redeamus ad causam, super cuius abundante blateratu precor, ut, etc. *Capell. 9. fin.*

[BLATERO, as, avi, atum, a. I. ματαολόγος, est stulte et percipide loqui, inani loquacitate obtundere; et a Graeco βλάζ, originem ducit, ut *Festus* docet. Est autem βλάζ, ἀσός, stultus, hebes, stupidus. Rectius tamen duci videtur a blatio, is, quod eandem habet significationem. *Hor. Sat. 2, 7, 35.* equis Audit? cum magno blateras clamore, fugisque. *Gell. 1, 15.* Homines stulta et immodica blaterantes. *Appul. Flor. 9, p. 345, 19.* Incondita et vitiosa verba blaterare. P Significat etiam confingere per mendacia, ut *Non. exponit. Caecil. ap. Non. 2, 79.* Sine blaterare: nihil agit in amore inermus. *Afran. ib. Illud memento, ne quid in primis blateres.* P *Fulg. De prisc. serm. n. 12.* docet, blaterare esse verba trepidantia metu balbutire: affertque in hanc sententiam illud *Pacuvii:* Ni ego te blaterantem aspicerem, his nuncium indicassem. Ita etiam usurpavit *Appul. Met. 10, p. 242, 39.* At ego perspicuus malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinne causificentem. At fortasse ad unam eandem notionem, quam §. 1. posuimus, hi loci referri possunt, qui hoc et §. 2. afferuntur. P Etiam cameli cum voce edunt, blaterare dicuntur, teste *Festo.* Et ranae apud *Sidon. ep. 2, 2. med.* P Quidam tribuunt etiam arietem. V. BLACTERO. P Sunt qui blatero scribunt duplici t, sed invito *Horatio*, qui primam corripuit, et *Dausq. in Orthogr.*

[BLATERO, onis, m. ἀμαροβόας, γλωσσάρχος, λέλος, stulte loquax, immoderate ac temere in verba profusus, levis, futilis et importunus locutor. *Gell. 1, 15.* Neque minus insigniter veteres nostri hoc genus homines in verba projectos, locutulejos et blaterones et lingulacas dixerunt.

[BLATO, onis, m. i. q. blatero. *Vet. Gloss.* Blato, ματαολόγος, nisi forte legendum blatero. In *Gloss. Isid.* Blato est Cubicularius. B. A.

[BLATO vel Blatto, as, n. in *Vet. Gloss.* exponitur φλυασις. Al. *Gloss. Gr. Lat. φλυασις, arguto, garrigo, blatto, effutio.* Sed forte (ait *Gesnerus*) pro Blatto legendum est Blatio. B. A.

[BLATIO, is, n. idem quod blatero. *Pl. Amph. 2, 1, 79.* Qui, malum, intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis. *Adde Curc. 3, 82.* et *Epid. 3, 1, 13.*

[BLATOBULGIUM, i, (Blatum Bulgium,) oppidum Britanniae, in regione Brigantum. *Anton. Itin. B. A.*

[BLATTĀ, ae, f. σκλήη, insectum est nauseosum foedique odoris, in humidis locis nascens, lucisque inimicum, scarabaeo gryllove simile: cujus tria genera *Plin. 29, 6, 39.* [\**Adde Plin. 9, 28, 34.*] enumerat, alias molles, quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini ajunt: alterum genus *mylaccion* dictum (a μύλη, mola, et οίκος, domus) circa molas fere nascens: tertium genus et odoris taedio inivisum, exacuta clune: has autem omnes varios habere in medicina usus, tradit *Virg. G. 4, 242.* nam saepe favos ignotus addedit Stello, lucifugis congesta cubilia blattis. [\**Pallad. 1, 37.* Blattae apibus inimicae. *Col. 9, 7.* Blattae lucifugae.] P Est ex iis ea blatta, quae vestes chartasque erodit. *Hor. Sat. 2, 3, 118.* cui stragula vestis Blattarum et tinearum epulae, putrescat in arca. *Mart. 14, 37.* Constrictos nisi des mihi libellos, Admittam tinea, trucesque blattas. P Apud sequioris aevi scriptores blatta accipitur pro panno colore purpureae. Cujus appellationis eam esse rationem putat *Voss. in Etym.*, quod purpureus color illi coloris similis est, quo apprehensa blatta manum hominis tingit. *Turneb. vero Advers. 28, 33. fin.* docet, blattam non purpuram, sed cocci colorem esse: blattas enim esse vermiculos, qui e cocci granis rubentes erumpunt, quorumque cruore floridissimus inficitur color. Sed blattam et coccum diversos colores esse, satis ostendit illud *Lampr. Elag. 33.* Paraverat funes blatta, et serico et cocco intortos, etc. *Salm. in Adnot. ad Vop. in Aurel. 46.* tradit, ideo blattam pro purpura accipi, quia aliquando sanguinis concreti bullam significat: unde in *Gloss.* legitur: Blatta, φρόμβος αίματος. Purpureae autem color ille laudatissimus est, qui sanguinem concretum refert, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens, ut *Plin. 9, 38, 62.* docet. Quae sententia ceteris praeferenda videtur. *Impp. Gratian., Valent. et Theod. Cod. 4, 40, 1.* Purpura, quae blatta, vel oxyblatta, vel hyacinthina dicitur. *Impp. Theod. et Valent. Cod. Theod. 10, 20, 18.* Trecentas libras blattae sericae. *Sidon. carn. 5, 48.* Pontus castores, blattam Tyrrus, aera Corinthus, Sardinia argentum defert. [\**Cassiod. Var. Ep. 1, 2.* Cum blatta, quam nostro cubiculo dare singulis annis consuevisti, venire festina.] P Proverbium *Laberii* apud *Non. 15, 4.* Amore cecidi, tanquam blatta in pelvim. [\**Schneid. adnot. ad Varr. p. 379.* malit legere Amorem incidit. F. Emendatione non opus videtur: Amore i. e. ob amorem cecidit s. se praecipitavit, blattae instar, quae in pelvim cadit. Amoris quasi est barathrum, in quod se praecipitant, qui nimio amoris ardore flagrant. *Appul. Met. 8, p. 509.* In profundam ruinam Cupidinis sese paulatim nescius praecipitaverat. Cf. annot. ad *Theocr. Id. 3, 42.*]

[BLATTARIUS, a, um, adj. ad blattam pertinens. *Blattariae balneae* dicuntur, quae tenebrosae sunt, quia blattae in humidis locis, et praecipue in balneis nascuntur et tenebras amant, ut *Plin. 11, 28, 34.* tradit. *Sen. ep. 86.* At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. P *Blattaria* herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: sic appellata, quia abjecta blattas in se contrahit. *Plin. 25, 9, 60.* [\**Verbasco blattaria L. Mottenkraut.*]

[BLATTEA et Blatea, ae, f. bulla luti ex itinere contracta. *Festus* in voce *Balatrones.* P Est etiam idem ac blatta, hoc est purpura. *Venant. carn. 2, 3, 19.* Serica cui niveis agnata est blattea telis. \*BLATTEARIUS, i, πελαγονικός *Gloss. Vet. i. e.* bractearius, e quo vitio blaesi hominis dictantis ortum videtur. B. A.

[BLATTEUS, a, um, adj. blattae, hoc est purpureae colorem habens. *Vop. Aur. 46.* Concessit, ut blatteas matronae tunicas haberent. *Eutr. 7, 9.* de Nerone: Retibus aureis piscabatur, quae blatteis funibus extrahebat. *Suet. Ner. 30.* hanc eandem rem narrans *funes purpura coccoque nexos* appellat.

[BLATTIARIUS seu Blattearius, i, m. qui sericum purpureo colore tingit. *Imp. Const. Cod. Theod. 13, 4, 2.* Fusores, blattarii, tessellarii. Al. *leg. bractearii*, quod probandum videtur. [\**De blatta serica et blattariis vid. Salm. ad Script. Hist. Aug. p. 388 et 395.*]

[BLATTIFER, a, um, adj. blattam, hoc est purpuram ferens. *Sidon. carn. ep. 9, 16.* Blattifer senatus.

[BLATTOSERICUS, a, um, adj. serico textus, et purpura tinctus. *Vop. Aur. 45.* Cum ab eo uxor sua peteret, at pallio blattoserico uteretur. Ita legit *Salm. ex veteri edit.* Al. *blatteo serico.* *Adde Impp. Arcad., Hon. et Theod. Cod. Theod. 20, 18.,* ubi pro blattosericae al. leg. blattae sericae. P Eodem sensu legitur *sericoblattus* in *Cod. Theod. 10, 20, 13.* et in *Cod. Justin. 11, 7, 10.*

[BLAVIA, ae, f. (*Auson. Ep. 10, 16.* et *Tab. Pent.*), vel BLAVIUM, i, n. (*Anton. Itin.*), oppidum Galliae Aquitanicae, in Santonum regione, ad Garumnam fluvium, hodie *Blaye* dictum. B. A.

[BLAUDENIUS, a, um, adj. ad Blaundum urbem pertinens, quam *Notitiae* in *Lydia, Stephanus* in *Phrygia* collocat, in cujus nummis apud *Sestinius Class. gener. p. 106.* est *BAITNAELEN.* *Cic. Q. Fr. 1, 2, 2.* Altera epistola est de Blaundenio (*corrigere Blaundenio*) *Zeuxide*, quem scribis certissimum matricidam tibi a me intime commendari. F.]

[BLAX, acis, m. βλάξ, vox Graeca est, quae Bardum et stupidum significat, ut ait *Festus* in *Blitum*. Dictionem autem hanc inflexam tradit *Caelius* a pisce prorsus inutili et siluro persimili, quem ne canis quidem attingat. *Lect. Ant. 9, 11.* *Gloss. Gr. Lat. Blax, εὐθύτης,* quod *Scaliger* ad *Fest.* merito emendat in *Blax. B. A.*

[BLECHNON, i, n. βλάχρον, herba quaedam, de qua *Plin. 27, 9, 55.* Pterin Graeci vocant, alii blechnon, cujus ex una radice complures exeunt filices. F. \**Eine Art Farrenkraut.*]

[BLECHON, onis, m. βλάχρον, herba, cujus meminit *Plin. 20, 14, 55.* Pulegium gustatum a pecore caprisque balatum concitat. Unde quidam Graeci littera mutata blechona vocaverunt. F.]

[BLEMYAE, arum, et Blēmyi, orum, et Blēmyes, yum, m. plur. *Blēmyes,* populi in Aethiopia fabulosi, qui capite carere dicuntur, ore et oculis pectore affixis. [Haec fere ex *Plin. 5, 8, 8.* P At *G. B. Niebuhr. Inscr. Nubiens. p. 14.* et seqq. probat, Blemys fuisse populos prope Nili cataractas a *Dion. orb. Deser. 220.* primum, deinde a *Strab. 17.* aliisque memoratos, eosque originem ducere a gente *Libyca:* hos *Trajanus* imperante Romanis primo innotuisse, et ab *Aureliano*, mox a *Probo* domitos, ac tandem rebellantes a *Maximiano* devictos; subacta vero ab *Arabibus* Aegypto eorum nomen penitus interiisse. *Claud. carn. de Nilo 19.* Per *Merpen*, *Blemys*que feros, utramque *Syenum.* *Prisc. Perieg. 209.* Nec longe ferent *Blemyorum* collibus agri. *Avien. Deser. orb. 329.* Post *Blemyes* medii succedunt solis habenas. F.] *Adde Vopisc. Aurel. 33.* et *Prob. 17.*, et *Mamert. Genethl. Maxim. 17.* P [Apud *Strabon.*, *Plin.* aliosque scriptores perperam legitur haec vox duplici m, nam contra est auctoritas poetarum *Latinorum*, qui *L. c.* primam syllabam corripunt, ut et *Dion. l. c.*, et *Theocr. Id. 7, 115. F.*]

[BLENDIUM, i, portus in Hispania Tarracoenensi. *Plin. 4, 20. B. A.*

[BLENDIUS, ii, m. pisciculus quidam marinus, cujus meminit *Plin. 32, 9, 32.* Ceterum *Plinii* locus in omnibus editionibus, praeter *Harduini*, habet *blenius*, quod magis verosimile; nam ab *Athen. 8, 10.* hic idem pisciculus vocatur βλέννος, ab *Oppian.* vero βλέννος, fortasse a βλέννα mucus, quia mucosus est.

[BLENNA, ae, Cretae insulae oppidum. *Tab. Pent. B. A.*

**BLENNUS**, a, um, adj. stultus, stupidus, ignavus, vecors. Videtur esse a Graeco βλήννα, mucus, qui per nares emittitur: nam stupidi et ignavi homines sordidi etiam esse solent, et mucos madentes. *Pl. Bacch.* 5, 1, 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *P. Dentes blenni* sunt stupidi, rubiginosi, et tanquam mucosa illuvie obsiti. Tales habere se dentes ait famelicus ille diu esuriens apud *Pl. Curc.* 2, 3, 39. Os amarum habeo, dentes blennos; lippiunt fauces fame. *Al. leg. plenos.*

**BLEPHARO**, onis, m. nomen est personae a *Plauto* inductae in *Amph.* Significat autem hominem magnas palpebras vel cilia habentem: a βλέφαρον, palpebra, vel cilium.

**BLERANI**, orum, m. plur. populi Tusciae: quorum oppidum Blera, *Blήρα*, nunc *Bieda*. *Plin.* 3, 5, 8. [Adde *Inscr.* apud *Schiassium*, *Guida del forast. al Mus. di Bologna* p. 31. Curatori Ocriculanorum, curatori Bleranorum. *F.*]

**BLESTIUM**, i, oppidum Britanniae, vulgo, ex *Camdeni* sententia, *Oldtown*. *Anton. Itin.* B. A.

**BLETISA**, ae, oppidum Lusitaniae, juxta Durium amnem, hodie *Ledesma* prope Salmanticam. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 199, n. 2. B. A.

**BLITEUS**, a, um, adj. ἀνόητος, insulsus, fatuus, stultus: a blitum. *Pl. Truc.* 4, 4, 1. Blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam. Adde *Laber.* ap. *Non.* 2, 93.

**BLITUM**, i, n. et blitus, i, m. βλίτον, μύριον, genus est oleris insipidi gustus, celerissime nascens, radice flexa, plurimis capillamentis, semine adeo abundans, ut ejus dejectione per multos annos ipsum se reparat, et etiam si velis, vix possit aboleri, ut *Pall.* 4, 9. *fn.* loquitur. [\**Pl. Ps.* 3, 2, 26. Apponunt runcicem, brassicam, betam, blitum. Ubi inter olera nominatur, quae injucunda sunt hominibus. *Paulus* ap. *Festum*. Blitum genus oleris a saporis stupore appellatum esse ex Graeco putatur, quod ab his βλάξ dicitur stupidus. *Isid.* Or. 17, 10. Blitum genus oleris saporis evanidi, quasi vilis beta.] *Varr.* apud *Non.* 17, 2. Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. *Plin.* 20, 22, 93. Blitum iners videtur, ac sine sapore, aut acrimonia ulla. *Pall.* l. c. Hoc mense blitus seritur solo qualicumque, sed culto. [\*Putatur esse Spinacia oleracea L.; nobis Spinat.]

BO

**BOA**, ae, f. ὄφις, genus est serpentis aquatilis, in miram magnitudinem crescentis, adeo ut in unius Claudio principe occisi alvo integer infans inventus sit, testib. *Plin.* 8, 14, 14. et *Solin.* 2, qui ideo hoc nomine appellari scribunt, quod boam lacte mire delectetur. Adhaeret enim vaccis, easque exsugit usque ad sanguinem. Alii ita dictum putant, quod qui ejus morsu icti sunt, boum instar foede turgescant. *Hieron.* in *Vit. Hilarion.* n. 39. tradit, boas dici, quia tam grandes evadunt, ut boves glutire soleant. *Salm.* in *Solin.* p. 87. haec omnia fabulosa videntur. Docet autem, boam esse a Graeco βόης, pro quo Aeoles βύης dixerunt, unde boa factum esse. Porro βύης idem est ac δούρος; hoc est urinator, a δούρο, seu δώρο subeo. In *Gloss.* quibusdam vet. boa eadem est quae natrix. *P. Addit Festus*, crurum quoque tumorem viae labore collectum, boam appellari. *Plin.* 24, 8, 35. docet, boam appellari morbum papularum, cum rubent corpora: quod confirmat 26, 11, 73. n. 2. *Id.* vero 28, 18, 75. scribit, ita vocari hunc morbum, quia boum fimo sanatur. De boa qua morbum significat, intelligendum est illud *Lucili* ap. *Fest.* in voce *Tama*. Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxiet. *P.* In quibusdam codd. apud *Plin.* 28, 18, 75. et 30, 15, 47. et apud *Fest.* scriptum est boza. *P.* [\*Fuit et Boa insula maris Adriaticae, juxta Dalmatiam, ex adversum Tragurium oppidum. *Cod. Theod.* 16, 5, 53. Boae audit *Ammian.* 22, 3, et 28, 5. Bavo autem *Plin.* 3, 26. ed. *Hard.* Hodie est Bua. B. A.]

**BOAGRIUS**, i, Boάγριος, Locrensiu amnis, inter Cnemides et Scarphiam, juxta Thronium urbem in Sinu Maliacum delatus. *Plin.* 4, 7. B. A.

**BOARIS**, idis, insula prope Sardiniam. *Tab. Peut.* B. A.

**BOARIUS**, a, um, adj. βοάριος, ad boves pertinens. *Inscr.* apud *Grut.* 265, 2. sub *Severo Imp.* Negotiantes boarii. *P. Forum boarium* Romae fuit in regione octava prope Circum maximum, partem Velabri continens: quo loco nunc esse creditur Aedes S. Georgii in Velabro. Dicitur est boarium, quia ibi boves vendebantur, ut *Festus* docet, vel quia in eo positum erat signum bovis ex aere Aeginetico, ut *Plin.* narrat 34, 2, 5. Hinc *Ov. Fast.* 6, 477. Pontibus et magno juncta est celeberrima Circo Area, quae posito de bove nomen habet. Vel tandem quia eo loco Hercules quondam boves suas, Caco interempto, ad pasendum dimiserat, ut inuere videtur *Prop.* 4, 9, ubi v. 19. arca boaria appellat. *Liv.* 21, 62. In foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte scandisse.

*P. Lappa boaria* herba est apud *Plin.* 26, 11, 66. n. 4.

**BOATIM**. V. BOVATIM.  
**BOATUS**, us, m. mugitus, clamor, βόημα. *Appul. Met.* 3. p. 130, 17. Praeconis amplo boatu citatus accusator.

**BOAULIA**, i. e. boum stabulum. *Symm. Ep.* 1, 1. Recens aetas corrupte Boaulia Baulos nuncupat. V. s. v. Bauli. B. A.

**BOBERIUS**, ii, m. bubuleus, pastor boum. Confer *Ducang. Gloss.* in V. Bovarius. Est cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Grut.* 250. col. 1. L. Domitius L. L. Boberius. *F.*

**BOBSEQUA**. V. BUBSEQUA.

**BOCAS**, piscis genus est a boando, i. e. vocem emittendo appellatus. *Fest.* Quidam leg. Boca. [\*et duplici e *Isid. Orig.* 12, 6. boccas dicunt etiam boves marinos, quasi boacas.] Videtur autem esse idem qui box dicitur a *Plin.* 32, 11, 53., tergum habens pictum, Graece βώξ et βόηξ et βόαξ παρὰ τὴν βοήν, hoc est a voce, quam edit: item βόωψ ab oculis praegrandibus. *Rondeletius* tradit in Gallia Narbonensi appellari bogue. [\*Hodierni Romani eum appellant boga.]

**BOCCAR**, aris vel Bocchor, oris, m. nomen regis cujusdam Maurorum: [\**Liv.* 29, 30. Bocchar ea tempestate rex Maurorum erat.] et per synecdochen ponitur pro Mauro quolibet, ut in illo *Juven.* 5, 90. Propter quod Romae cum Boccare nemo lavatur. *Al. leg. Bocchore.* [\*Apud *Liv.* 29, 30. eadem est varietas.] *P. Apud Arnob.* 1. p. 20. Titanes et Bocchores (vel Bocores) Mauri inter Deos Gentium connumerantur. [\**In edit. Harald.* p. 25. legitur Bucures.]

**BOCCHO**. V. BUCCO.

**BOCCHORITANUS**, a, um, adj. ad Bocchorim seu Bocchorum pertinens, oppidum foederatum in insula Balearium majore, nunc *Majorca*, quodque memoratur a *Plin.* 3, 5, 11. *Inscr.* ap. *Spaletti*, *Tavola ospit.* p. 123. M. Aemilio Lepido, L. Aruntio Cos. (h. e. an. U. C. 759.) K. Majis, ex insula Balarium majore senatus populisque Bocchoritanus M. Atilium M. F. Gal. Vernum patronum cooptaverunt: M. Atilium M. F. Gal. Vernum senatum populumque Bocchoritanum in fidem clientelamque suam suorumque recepit: egerunt Q. Caecilius Quintus, C. Valerius Incesta praetores. *F.*

**BOCCHUS**, i, m. Mauritaniae rex, [\*amicus populi Romani, socer Jugurthae, quem L. Syllae ligatum tradidit. *Sall. Jug.* 19. (al. 22.) et 80. (al. 82.) *Plin.* 5, 2. *Flor.* 3, 1. *Vell.* 2, 12. Huic successit Juba. *Claud. de Consul. Honor.* 4, 39. B. A.] Adde *Plin.* 8, 5, 5. *P.* [Eodem nomine fuit appellata herba quaedam fortasse a Juba regne in honorem regis Bocchi, cum *Plin.* 5, 1, 1. narret, illum regem de pluribus plantis scripsisse. *Hesych.* βόξ, βόξάνης είδος. *Virg. Cul.* 405. Et Bocchus Libyae regis memor; hic amarantus. Hinc *Id. Ecl.* 3, 106. Die, quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores. *F.*]

**[BODINCOMAGENSIS**, se, et

**[BODINCOMAGUS**, a, um, adj. ad Bodincomagum pertinens, Liguria oppidum, alias Industriam appellatum, quodque nonnulli putant fuisse, ubi nunc est Casale. *Plin.* 3, 16, 20. *Inscr.* ap. *Don. cl.* 5. n. 165. T. Lollius T. L. Masculus lūil vir Bodincomagensis. Alia apud *Grut.* 555, 7. P. Ovinconius P. F. Ingenus domo Bodincomagus. *P. Inscr.* primo loco posita habetur etiam apud *Grut.* 431, 5., sed mendose legitur *Bodnicomensis.* *F.* et B. A.]

**BODIACASSES**, Galliae populi, dicti et Vadicassii, quod V. *Plin.* 4, 18. B. A.

**BODIONTICI**, orum, Galliae Narbonensis populi, quorum caput Dinia dictum. *Plin.* 3, 4. B. A.

**BODONES**, um, sunt termini agrarii quoddam genus. *Paul. Sent.* 5, 22. Qui terminos effodiunt, vel exarant, arbores terminales evadunt, vel qui convellunt bodones etc. [\*Recte tamen dubitat *Schulting.*, haec verba Paulli esse ac suspicatur ea ab *Aniano* potius profecta esse. Nullus enim scriptor saeculo quarto antiquior hac voce usus est. Cf. *du Fresne* in *Gloss. Latin. med. et inf. aet.* Hoc auctore bodones significant tumores ex terra congesta ad agrorum fines.] Videtur idem esse ac botones, botontini, et botontones: quae voces leguntur apud auctores rei agrariae. *Faust.* et *Valer.* ap. *Goes.* p. 306. In limitibus vero, ubi rariores terminos constituimus, monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. *P.* Sunt tamen hae cadentis Latinitatis voces non adhibendae.

**BODOTRIA**, ae, aestuarium in Britannia, hodie the *Frith of Forth*, nempe in ea Britanniae parte, quae Scotia nominatur. *Tac. Agr.* 23. B. A.

**BOEA**, ae, f. Βοία, oppidum Laconiae. *Plin.* 4, 5. *P.* Boia est *Pausan.* *Lacon.* 3, 21. V. *Pleiae.* B. A.

**BOEBE**, es, f. Βοβή, oppidum Thessaliae, cui vicina est palus Boebis dicta. *Ov. Met.* 7, 231. juncosaque litora Boebes. [\*Potest tamen hic Boe-

be etiam de palude dictum esse, ut *Liv.* 31, 4. Qui circumcolunt Boeben paludem.]

**BOEBEIS**, idis, f. Βοιβήεις, palus, seu lacus Thessaliae ad radices Ossae montis. *Lucan.* 7, 176. Ire per Ossaeam rapidus Boebeida sanguis. Adde *Plin.* 4, 8, 11. [\**Liv.* 27, 32. Per Achaiaem Boeotiamque et Boebeam in Thessaliam peruenit. Sed *Drak.* ibi edidit Euboeam.] *P. Sanctas undas* hujus lacus nominat *Prop.* 2, 2, 63., quod in iis dicatur olim Minerva pedes lavisse.

**BOEBEIUS**, a, um, adj. ad Boeben oppidum, vel ad Boebeam lacum pertinens: et ponitur generatim pro Thessalico. *Val. Fl.* 3, 543. de Hylas: Praereptum quanto proles Boebeia questu Audiet! etc. Fuit enim Hylas Argivus, hoc est Argis Thessaliae oppido (de quo in ARGOS dictum est) ortus.

**BOEBICIUS**, a, um, adj. idem ac Boebius seu Thessalicus. *Lucan.* 6, 382. Pinguis Boebicio discessit vomere sulcus. *Al. leg. Boebico* eod. sensu.

**BOEOTARCHES**, ae, m. Βοιωτάρχης, h. e. Boeotorum princeps: nomen supremi magistratus apud Boeotos. *Liv.* 33, 27.

**BOEOTIA**, ae, f. Βοιωτία, regio Graeciae inter Atticam, Euripum, Phocidem, et sinum Corinthiacum: cujus praecipua urbs fuere Thebae cognomento Boeotiae, duorum numinum, Liberi atque Herculis patria, ut est apud *Plin.* 4, 7, 11. Nomen habuit a bove, quo duce Cadmus in ea loca peruenit, ubi Thebas condidit, ut est apud *Or. Met.* 3. *init.*, vel a Boeoto filio Neptuni et Menalippes, vel Antiopae, vel Arnes Aeoli filiae, ut est apud *Hyg. fab.* 186. Sunt in ea nemus Heliconis, mons Cithaeron, fontes Arethusa, Dirce, Hippocrene, et Aganippe, a poetis passim celebrata nomina. *Plin.* l. c. *P.* Fuit etiam Boeotia uxor Hyantis, mater Plejadum. *Hyg. Astron.* 2, 21. *P.* Una etiam ex amissis *Plauti* comoediis Boeotia inscripta fuit, de qua V. *Gell.* 3, 3.

**BOEOTICUS**, a, um, adj. ad Boeotiam pertinens. *Plin.* 18, 7, 12. n. 2. Frumentum Boeoticum. *Id.* 19, 5, 23. Boeoticus cucumis. Et *ib.* 25. Boeoticus napus. *Liv.* 42, 43. Boeoticum concilium.

**BOEOTIS**, idis, f. idem ac Boeotica. *Mela* 2, 3. Locris, Phocis, Boeotis.

**BOEOTIUS**, a, um, adj. ad Boeotiam pertinens, Βοιωτικός. *Cic. Div.* 1, 18. Bacis Boeotius. *Or. Met.* 3, 13. Boeotia moenia. *Prop.* 2, 7, 83. Boeotius Haemon. *Val. Fl.* 5, 80. Boeotia Thyas.

**BOEOTUS**, a, um, adj. Βοιωτός, idem ac Boeotius. *Stat. Th.* 7, 424. Boeota lumina. *Ov. Fast.* 5, 493. Quorum si mediis Boeoton Oriona quaevis etc. Boeoton accusativus est Graecae positionis pro Boeotum. *Stat. Th.* 4, 360. Boeotae urbes. *Or. Met.* 12, 9. Boeota tellus. *Lucan.* 3, 174. Boeoti duces. *P. Boeoti, orum*, sunt Boeotiae populi, qui ingenio hebeti propter aeris crassitudinem habiti sunt. *Hor. Ep.* 2, 1, 244. Boeotum in crasso jurares aere natos. Adde *Liv.* 33, 29.

**BOETHIUS**, ii, m. Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius patria Romanus, genere nobilissimus, religione christianus floruit initio saeculi Christi VI. sub Theodorico Gothorum rege. Praecipuis honoribus in patria functus, et ad consulatum ter evehctus est. Ex Elpide uxore duos habuit filios, Patricium et Hypatium, qui et ipsi patre vivo consulatum gesserunt. Sed cum tandem in suspicionem venisset ipsi Theodorico de mutando republicae statu atque Italia in libertatem vindicanda, Ticinum in exsilium pulsus est, publicatis omnibus bonis, ibique in carcerem conjectus, atque post sex circiter menses ejusdem regis jussu interfectus an. a Chr. n. DXXXVI. Vir fuit in omnibus fere disciplinis eruditus: scripsitque multa, quorum bona pars adhuc exstat, inter quae praecipue laudantur libri quinque *De consolat. Philosophiae*, quos in carcere confecit, partim soluta, partim ligata oratione, tanta doctrina et elegantia Latini sermonis, quantum vix aetas illa ad barbariem inclinata capere potuisse videtur.

**[BOETHUS**, i, m. βοηθός, adjutor, auxiliator. Speciatim ita appellantur adjutores scribarum. *Impp. Theod. et Valentin. Cod.* 10, 69, 4. Boethi, logistae. [\*V. s. v. *Adjutor.*] *P.* [\*Item caelator et statuarius, Carthaginiensis. *Cic. Verr.* 2, 2, 14. *Plin.* 23, 55. 33, 12. et 34, 8. *P.* Item Stoicus, prognosticorum causas eliceret conatus. *Cic. de Div.* 1, 8. et 2, 21. B. A. Est etiam cognomen Romanum. *Inscr.* apud *Marin. Frat. Art.* p. 391. M. Ulpus Boethus. *F.*]

**[BOGUDIANUS**, a, um, adj. ad Bogudem pertinens, Mauritaniae Tingitanae regem, de quo *Hirt. B. Alex.* 3, 59. et 62. *Plin.* 5, 2, 1. Mauritania Bogudiana, h. e. quae Bogudis imperio subjecta erat. *F.*]

**BOJA**, ae, oppidum vel regio Bojorum, apud *Caes. B. G.* 7, 14., ubi tamen lectio eruditus suspecta est. [\*Cf. infra BOJI.]

**BOJAE**, arum, f. plur. βοιοί, vincula ferrea, vel lignea, vel lorea, quibus noxiorum colla adstringuntur. *Pl. Asin.* 3, 2, 5. Nervos, catenas.

carceres, numellas, pedicas, bojas. *Prud. praef. Psych.* 34. Attrita bojis colla. *Pl. Capt.* 4, 2, 108. Bojam terere. V. BOJI. *Hieron.* 5. in *Hierem.* n. 27. Fac tibi vincula et catenas, sive *zlotous*, qui Hebraice appellantur *mothot*, et sermone vulgari bojas vocant. P Putant etymologi dictas esse a *boios*, bubulus; et proprie significare vinculum colli ex corio bubulo factum.

BOICUS, a, um, adj. ad Bojos pertinens, ut Boicus ager. *Festus*.

BOJI, jorum, m. plur. *Bōioi*, populi Galliae Lugdunensis, ubi nunc sunt Borbonienses, hodie *le Bourbonnois*. *Plin.* 4, 18, 32. P Hi Alpes aliquando transgressi Poenino monte, ut est apud *Liv.* 5, 35., in Italia pedem fixerunt, pulsisque indigenis, varia tenuere oppida, et Laudem Pompejam condidere, ut *Plin.* 3, 17, 21. narrat. Habitat in iis locis, ubi nunc Ducatus Parmensis, et Mutinensis, et ager Bononiensis; multaque cum Romanis bella gessere: a quibus tandem devicti sunt. Coacti igitur alio migrare in Germaniam transiere, et in ea regione conseruerunt, quae nomine ab iis accepto *Bojenum* a *Tac. G.* 28. appellatur, et *Bojohemum* a *Vellejo* 2, 109., nunc *Bochmen*, i. e. Bo heim s. *Bojorum domicilium*. Sed inde quoque pulsati sunt a Marcomannis. *Tac. ib.* 42. Plura de *Bojis* V. apud geographos. P *Bojus* est, *Bojam* terit dictum est jocose a *Plauto* de quodam servo compedito. Ejus verba sunt *Capt.* 4, 2, 107. *Er.* Stalagnus cujus erat tunc nationis cum hinc abiit? *He.* Siculus. *Er.* at nunc Siculus non est: Bojus est, Bojam terit: liberorum quaerendorum causa ei, credo, uxor data est, h. e. nunc est in vinculis, boja constrictus. Ludit autem in ambiguo. Videtur enim velle dicere, uxorem eum ex Bojorum gente duxisse. Cui simile est illud, *Gallam subigere*, dictum a quodam sutore apud *Maer. Sat.* 2, 2.

\*BOION, i, *Bōior*, oppidum Doridis. *Plin.* 4, 7. B. A.

[BOISCUS, i, m. *βοισκος* vel *βοισκος*, pastor. Cognomen Romanum. *Inscr.* apud *Grut.* 983, 3. Magidius Boiscus. F.]

BOLA seu Vola, ae, f. vetus oppidum Latii in Aequis, via Appia. *Virg. A.* 6, 776. *Pometios*, castrumque Inui, Bolamque, Coramque. P *Liv.* 4, 49. *Volas* appellat plurali numero.

BOLANUS seu Volanus, a, um, adj. ad Bolam pertinens. *Liv.* 4, 49. Volanus ager. P *Bolani*, seu *Volani*, orum, sunt Bolae populi. *Liv. l. c.*, *Plin.* 3, 5, 9. P Fuit etiam Bolanus inter Romana cognomina, ut *M. Vettius Bolanus* ap. *Tac. A.* 15, 3. [\**Cic. Fam.* 13, 77. B. A.]

[BOLBIO, onis, m. magno bulbo seu tubere vel capite in folia formam praeditus: a Graeco *βολβος*, bulbus. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Rosin. Dissert. Isag. tab.* 15. M. Caninius M. L. Bolbio. F.]

\*BOLBITINE, es, oppidum in Aegypto, in Delta. Inde ostium *Bolbitinum* apud *Plin.* 5, 10. vel *Bolbiticum* ap. *Melam* 1, 9. extr., nempe unum ex septem Nili ostiis. B. A.

BOLBITON, i, n. *βόλβιτον*, vox Graeca fimum bubulum significans. *Plin.* 28, 17, 68. Fimi taurini, sed et bubuli, (de armentivis loquor) quod bolbiton vocant, cinis etc.

\*BOLBULAE, arum, insula prope Cyprum. *Plin.* 5, 31. B. A.

\*BOLEASGUM, i, Galatae oppidum. *Anton. Itin.* B. A.

\*BOLENA, gemma, quae nimbo invenitur, glebae similitudine. *Plin.* 37, 10. Sed *Hard.* mavult *bolae*, i. e. *βόλοι*. B. A.

BOLETAR, āris, n. vasis genus, in quo boleti apponebantur; sed usurpatum est pro quolibet escario vase. *Mart.* 14, 101., cui titulus *Boletaria*. [\*Pluralis *boletaria* etiam apud *Schol.* ad *Juven.* 11, 137. ad vocem *Pergula* adscribentem: coquina qua boletaria ponuntur.] Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis (pudet heu!) servio cauliculis. *Trebell. Claud.* 17. Boletar halieuticum argenteum librarum XX. *Salm.* putat ideo *halieuticum* dici, quia *άλιεύ*, hoc est piscatorem haberet insculptum. In vet. editionib. quibusdam legitur *voletar*. Facile enim *b* in *v* transit, ut diximus initio hujus Litterae. Sunt qui legendum putant *boletar halieuticum*, et exponunt rete aut quidpiam simile ad pisces capiendos. Ceterum *boletar* legitur etiam apud *Apic.* 2, 1., 5, 2. et 8, 7., et ubique vas escarium seu culinarium significat.

BOLETUS, i, m. *βόλιτης*, genus fungi omnium optimi, sed simul maxime periculosi, ut qui facillime venenum attrahat, ut *Plin.* 22, 22, 46. ostendit. Dictus est a *βόλος*, vel qua glebam significat, quia figura sua globosa rotundae glebae similis est; vel qua rubricam significat propter colorem. *Mart.* 3, 60. Sunt tibi boleti: fungos ego sumo sullos. P Nascitur primo tuberis figura, quam *voletam* dicunt, colore albo; intus est boletus rubei coloris, ceu in ovo est luteum. Ipsa quoque tunica boleti adhuc infantis gratiam habet in cibis. Boletus nascente ea rumpitur; mox incre-

scente in pediculi corpus absumitur. Haec ex *Plin. l. c.* P Hoc fungorum genere *Claudius* imperator, *Agrippinae* fraude sublatus dicitur: quam rem tanquam certam narrat *Plin. l. c.*, *Mart.* 1, 21., *Juven.* 5, 137. et alii; ut dubiam affert *Suet. Claud.* 44. P In magno pretio tale cibi genus olim fuit. *Mart.* 13, 48. Argentum atque aurum facile est laenamque, togamque Mittere; boletos mittere difficile est.

BOLIMUS. V. BULIMUS.

\*BOLINGAE, arum, Indiae populi, ad Indum flumen. *Plin.* 6, 20. B. A.

BOLIS, idis, f. *βόλις*, Graeca vox, quae significat missile hastam seu jaculum: a *βέλλω*, jacio. Hinc *bolides* dicuntur coelestes faces, totae ardentes, et longum limitem trahentes. *Plin.* 2, 26, 25.

BOLITES, ae, m. *βόλιτης*, vocatur ab Asianis radix lychnidis herbae. *Plin.* 21, 26, 98.

BOLOE, *βόλοι*, gemmae sunt, quae nimbo cadere dicuntur, glebae similitudine. *Plin.* 37, 10, 55.

BOLONAE, arum, m. plur. *Arnob.* 2, p. 70. Cybarios, salinatores, bolonas, unguentarios etc. *Don.* ad illud *Ter. Eun.* 2, 2, 26. *Cetarii, lanii, coqui* etc. *Cetarii*, qui cete, id est magnos pisces venditant, et bolonas exercent. *Muret.* docet *bolonas* exercere dici eos, qui solent non singulos pisces, sed universos retis jactus simul vendere: a *βόλος*, retis jactus; quod a *βέλλω*, jacio. In *Gloss. Isid.* Bolonae dicuntur, qui diversa genera piscium emunt. In *Gloss. Philox.* bolonae exponuntur *μεγαλαίαι, παλιγκάηλοι*, hoc est qui emunt, ut postea vendant. [\*Bolona s. bolonae duas igitur significationes habet; primum dicitur de homine qui pisces vendit; tum de negotio quod quis ponit in vendendis piscibus.] P In quibusdam *Arnob. codicib.* legitur *volones*: sed facile *b* in *v* transit, ut dictum est initio hujus Litterae.

BOLTINIA Tribus pro *Voltinia* legitur in *Inscr.* ap. *Grut.* 546, 2. Saepae enim *v* in *b* transit, ut initio hujus Litterae dictum est.

BOLUS, i, m. *βόλος*, Graeca vox, quae jactum significat: a *βέλλω*, jacio. Latine sumitur aliquando pro jactu talorum. *Pl. Rud.* 2, 3, 29. O Neptune lepide salve, nec te aleator ullus est sapientior. Profecto nimis lepide jecisti bolum. *Id. Curc.* 5, 2, 12. Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. Adde *Auson. Profess.* 1, 26. Omnes enumerasse bolos. P Item pro jactu retis, et pro piscibus, qui uno retis jactu capiuntur. Ad hanc item notionem pertinet locus *Pl. Rud.* 2, 3, 29. supra allatus. *Suet. Rhet.* 1. Adolescentes urbani litus ingressi piscatores trahentes rete adierunt et pepigerunt, bolum quanti emerent. P Hinc translate accipitur pro praeda, aut lucro. [\*Non recte haec tradit *Forc.*, qui has voces non distinguit. Sed differunt ita: bolus ubi jactum significat aut talorum aut piscium, penultimam corripit, siquidem Graecis eo significatu sonat *ὁ βόλος*; at alia est vox bolus, quae proprie offam significat, tum transfertur ad lucrum damnae notionem exprimentem: haec significatione penultimam producit, quod a *βόλος*, gleba, globulus descendit.] *Varr. R. R.* 3, 14. Cochleae magnum bolum deferunt aeris. [\**werfen einen tüchtigen Klumpen Geld ab.*] *Id. ib.* 2, 16. Sed ut ad hunc bolum pervenias. [\*Hic error aliquis subest. Varronis liber secundus in undecim tantum capita divisus est. Sed leguntur haec verba apud *Varr. R. R.* 3, 2. Verte: *aber dass so ein guter Bissen an dich kommt.*] *Ter. Heaut.* 4, 2, 6. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subito et faucibus. [\**einen so guten Bissen.*] Adde *Pl. Truc.* 4, 2, 12. *Id. Pers.* 4, 4, 106. Dabit tibi grandes bolos. P Et pro jactura, damno. Hinc tangere, aut multare aliquem bolo est circumvenire, decipere, damno afficere; ducta translatione a piscatoribus, qui rete jaciendo pisces decipiunt et capiunt. *Pl. Poen. prol.* 101. Quia amare cernit, tangere hominem vult bolo. *Id. Truc.* 4, 3, 70. Verum hoc ego te multabo bolo: sex talenta magna a dote demam pro ista inscitia. Adde *ib.* 1, 1, 10.

\*BOLUS, i, V. voc. praec. med.

\*BOMAREI, orum, populi Asiae ulterioris, in Bactriana, vel Bactrianae saltem vicini. *Plin.* 6, 16. B. A.

BOMBAX! Interjectio est hominis laete, vel cum admiratione approbantis, vel etiam negligentis et contemptentis. *Pl. Ps.* 1, 3, 131. *Fur. B.* babae. P fugitive. B. Bombax. P. fraus populi. B. planissime. P Etiam Graeci hoc habent adverbium, a quibus mutuatus est *Plautus*. Legitur enim apud *Aristoph. in Thesmoph.* v. 46. ubi vim habet irridentis et contemptentis.

BOMBICUM, i, n. bombus, clamor. *Venant. de Vita Martini* 4, 450. Intolerabilem per inania bombica jactans.

BOMBILO. V. BOMBITO.

BOMBINATOR. V. BOMBITATOR.

\*BOMBIO. V. BOMBITO in f. B. A.

BOMBITATIO, onis, f. est sonus apum, ait *Festus*, ab ipso sono dictum, sicut mugitus boum,

hinnitus equorum. Al. leg. *Bombizatio*, al. *Bombigatio*. [\**Grot. mavult Bombilatio. B. A.*]

BOMBITATOR, oris, m. qui bombum edit instar apum. *Capell.* 9. fin. [ubi tamen ed. *Vulcan.* habet *bombinatore*, *Grot.* proponit *bombilatore*.]

BOMBITO, as, n. *βομβῶ*, bombum edere, quod est apum. *Auctor carm. Philom.* 36. Bombitat ore legens munera mellis apis. Ita enim legendum, non *bombitat*, ut monuit *Giphani* ad *Lucret.* 2, 1114. in voce *Perfice*, et *Voss.* in *Etym.* in *Bombus*. [\**Vet. Gloss. Βομβῶ, bombo.*]

BOMBOMACHIDES, ac, m. nomen imperatoris fictum risus causa a *Pl. Mil.* 1, 1, 14. quasi clamore pugnantis: a *βομβος*, clamor, et *μαχομαι*, pugno.

\*BOMBOS, i, flumen Ciliciae. *Plin.* 5, 27. B. A.

BOMBUS, i, m. *βομβος*, Graeca vox a sono ficta. Dicitur de murmure apum, de tubarum cantu, de clamore plaudentis turbae et similibus. Primo autem et proprie dici videtur de apibus: unde *bombitare*, *bombitatio*, *bombitator*. *Varr. R. R.* 3, 16. Ex apibus conjecturam capiunt, si intus faciunt bombum. *Lucret.* 4, 545. Tuba reboat raucum bombum. *Cat.* 64, 263. Multi raucisonis efflabant cornua bombis. *Capell.* 2. p. 34. Ut Musarum cantus aliquando bombis tympani obtusior redderetur. *Ennius* apud *Fortunatian.* in *Dialect.* sonum pedum bombum pedum dixit. *Suet. Ner.* 20. narrat, tria plausuum genera edi solita ab adolescentibus, quos ut sibi cantanti acclamarent, Nero delegerat, vocata fuisse *bombos*, et *imbrices*, et *testas*. *Bombi* autem fuisse videntur cum eadem vox ab omnibus simul magna voce his terque repetebatur: *imbrices* plausuum significabant ad similitudinem pluviae super tegulas crepitantis obstrepentem: *testae* ideo fortasse dictum est tertium plausuum genus, quod testarum collisarum crepitus similem sonum edebat. Haec ex *Casaub.* ad *Suet.*

\*BOMBYCINATOR, oris, m. purpuram faciens. *Gloss. Isid. B. A.*

\*BOMBYCINO, as, purpuram facio. *Isid. Gloss. B. A.*

BOMBYCINUS, a, um, adj. *βομβυκίνος*, qui est ex bombyce, sericus. V. BOMBYX. *Juven.* 6, 258. Haec sunt, quae tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus urit. *Mart.* 14, 24. Taenia ne madidos violet bombycina crines. *Plin.* 11, 22, 26. Bombycina vestis. P *Bombycina* absolute sunt vestes bombycinae. *Mart.* 11, 50. Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt. Adde 8, 68. P [\**Bombycinum* genere neutro de textura bombycum. *Isid.* 19, 22. Bombycina vestis a bombyce vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura *bombycinum* dicitur, conficiturque in insula *Coo*.]

BOMBYCIUS, a, um, adj. *βομβυκίος*. *Bombyciae arundines* ap. *Plin.* 16, 36, 66. dicuntur, quae lanugine bombycis simili obductae sunt. P [\*Potest autem esse *Bombyciae* nom. plur. voc. *Bombycias*, ae; quod magis placet. *Bombycias* Graece est *βομβυκίας* et *καλαμος βομβυκίας* apud *Theophrastum*, *Hist. Plant.* 4, 12. Cf. *Salm.* ad *Tert. de Pallio* p. 234. et *Exerc. Plin.* p. 296. Adde *Isid.* 12, 15. B. A.]

BOMBYLIUS, ii, m. *βομβυλίος*. V. in v. seq.

BOMBYX, ycis, m. *βομβύξ*. Primo ita appellatur insectum quoddam ex vesparum genere, in Assyria proveniens, majus tamen, quam vespa. Nomen habet a *bombo*, quem apum instar edit. Nidum luto fingit salis specie, applicatum lapidi, tanta duritie, ut spiculis perforari vix possit. In eo ceram largius, quam apes, facit; deinde majorem vermiculum. *Plin.* 11, 22, 25. P Secundo *bombyx* dicitur aliud insectum e grandiore nascentem vermiculo, et gemina protendente cornua. Hoc primum eruca fit; deinde quod vocatur bombylius (al. leg. *bombytis*) ex eo necydaus; hoc in sex mensibus bombyx. Telam araneorum modo textit ad vestem luxumque feminarum; quae bombycina appellatur. Hujusmodi telas redordiri, rursusque texere prima invenit in *Ceo* insula mulier *Pamphila*, *Latoi* filia. *Plin. l. c.* P Etiam in *Co* insula bombycas nasci traditur ex floribus cupressi, terebinthi, fraxini, et quercus imbre decussis et putrefactis. Fieri autem primo papillones parvos nudosque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere, et adversum hiemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radendo lanuginem foliorum. Hanc ab iisdem cogi unguum carminatione, mox trahi inter ramos, et tenuari ceu pectine: postea apprehensam corpori involvi nido seu folliculo volubili. Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore et furfurum esca nutrir; atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitus ad alia peasa dimittit. Eam vero lanuginem nidi forma coactam aqua macerari, ut lentescat, mox in fila tenuari junceo fuso: inde vestes confici. *Plin. ib.* 23, 27. P Ex his satis apparet, quos nunc habemus bombyces, alterius quidem speciei esse ab iis, quos *Plinius* memorat, similes tamen, ut eadem omnibus appellatio aptissime tribui possit. Putat nihilominus *Salm.* ad *Tert. Pall.* 3., nec ab-

surde, bombyces *Plinii* eosdem omnino fuisse cum nostris, sed *Plinium*, cum apud falsum quendam scriptorem eam invenisset descriptionem, quam attulimus, sine delectu arripuisse, quod veram esse putaverit. [\*Primos bombyces anno 551. p. Ch. a duobus monachis Constantinopolin delatos esse auctor est *Procop. de bello Goth.* 4, 17.] P Saepes *bombyx* sumitur pro veste ex bombyce, vel pro ipsa bombycis lanugine. *Prop.* 2, 2, 25. Nec si qua Arabia lucet bombyce puella. *Arabium bombycem* appellat, quia in Arabia felici bombycinae vestes optime texebantur. *Lucere* autem puella dicitur, quia ex bombyce fiebant vestes pellucidae, et visum transmittentes: iisque ditiores feminae, et luxu deditae utebantur: quod et *Plin.* adnotavit 11, 22, 26., queriturque *Sen. ep.* 90. et *Ben.* 7, 9. nihil in iis esse, quo defendi corpus aut denique pudor possit. *Mart.* 8, 68. Feminum lucet sic per bombycina corpus. P *Bombyx* cum pro lanugine aut veste bombycina ponitur, etiam feminino genere effertur. *Plin.* 11, 23, 27. Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. P Sed et ipsum animal femineo genere usurpatum legitur. *Tert. Pall.* 3. Prorsus haud latet, bombycem, quae per aerem aliquando araneorum more etc. P Aliquando accipitur pro quavis tenuiore ac molliore lanugine. *Plin.* 19, 15, 2. n. 3. de frutice ferente *gossypium*. Parvus est, simileque barbatae nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. P *Lis* est inter eruditos non levis, utrum *serica* et *bombycina* antiquorum idem sint vestis genus, an diversum. Distincta esse putat *Lips.* in *Exc. I.* ad *Tac. A.* 2.: bombycina enim e verme, serica ex arborum lana fuisse. Distinguit etiam *Paul. Sent.* 3, 7. a med. illis verbis: Veste legata, ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt, item serica, et bombycina. [\**Ulp. Dig.* 34, 3, 23. Vestimentorum sunt omnia lanca lineaque vel serica vel bombycina.] Contra *Salm. Exerc. Plin.* ad *Solin.* 24., in adnotat. ad *Tert. Pall.* 3. et ad *Vop. Aurel.* 45. pluribus ostendit, sericum et bombycinum eandem omnino rem esse. Quod enim *Seres*, a quibus *sericum* denominatum est, lanuginem arborum depectere dicuntur tum a *Virg. G.* 2, 121., tum a *Plin.* 6, 17, 20. et aliis, eam ipsam lanuginem nihil aliud esse, quam telam ac texturam bombycinum, quos in ramis arborum texere idem *Plin.* tradit, ut supra dictum est. Re itaque haec duo idem esse, nomine tamen distincta, quia sericum dictum sit, quod a *Seribus* texebatur; bombycinum, quod in *Cea insula. Salm.* adstipulantur *Isid. Orig.* 19, 27. et *Serv.* ad *loc. Virg. cit.*, eaque sententia vero propior videtur. P [Ex his autem omnibus omnino apparet, sero admodum Romanos Italosque ceteros, omnesque Occidentis regiones cognovisse, quale esset bombycinum opus, quid serica materies. Putabant enim lanuginem esse, quae ex arborum frondibus depecteretur, quemadmodum mollis illa et alba lana, quam *gossypion* dicunt. *Virg. G.* 2, 121. Velleraque ut foliis depectant tenuia *Seres. Plin.* 6, 17, 20. *Seres* lanicio silvarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium canitium. *Ammian.*, qui vixit saeculo Christi IV. sub Constantio proximisque imperatoribus usque ad Theodosii tempora, 23, 6. Apud *Seres* silvae subluccidae, a quibus arborum fetus aquarum adspersivine crebris velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtegmina conficiunt sericum. Tradit vero *Zonar. Annal.* 14, 9. Imperante Justiniano, h. e. circa dimidium saeculi VI., ova bombycum a Monachis quibusdam ex India in Graeciam translata fuisse, ac tunc primum apud nos integrum animalium opus, totumque sericum artificium innotuisse. *Isid. Orig.* 19, 27. Sericum dictum, quia id *Seres* primi miserunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Graece *βόμβυξες* nominantur. Hac de re legenda omnino est adnotatio *Camilli Silestri* ad v. 66. sat. 2. *Juven.*, ubi pluribus verbis et firmissimis argumentis ostendit, sericum multo nobilius fuisse bombyce, quippe quod respondeat illi filo, quod nos *orsojo*, bombycem vero illi materiae quam *bavella*, *bavelline* aut *capecciole* nominamus. F.]

\*BOMILCAR, aris, m. Amilcaris filius, Poenorum dux, veniens in suspicionem Carthaginiensibus, quod cum Agathocle conspiraret, in medio foro patibulo suffixus est. *Justin.* 22, 7. P *Bomilcar* alius, a Jugurtha impulsus, Massivam sustulit; mox contra ipsummet cum Nabdalsa conspirans, re detecta poenas dedit. *Sall. Jug.* 35, 36. B. A.

\*BOMITAE, arum, Syriae oppidum, in Antiochena, ad Amanum montem. *Plin.* 5, 31. B. A.

[BOMONICAE, arum, m. plur. *βομονικαί*, a *βομός* ara, et *νίκω* contendo, ita appellati Lacedaemone pueri impuberes, qui super aram Dianae impositi contendebant de sustinendis verberibus, donec ex eorum corpore sanguis efflueret, qui instar esset sacrificii. *Hyg. fab.* 261. Ad Laconas Diana translata est, ubi sacrificii consuetudo ado-

lescentum verberibus servabatur, qui vocabantur bomonicae, quia aris superpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere. Haec eadem leguntur apud *Serv.* ad *A.* 1, 116. Adde *Lactant.* ad *Stat. Th.* 8, 437., ubi tamen Graece scribit. *Pl. Capt.* 3, 1, 12. *plagipatidas* appellat. V. SPARTANUS. F.]

BONA Dea, *Ἄγαθὴ Θεά*. Hoc nomine terra ipsa culta est a Romanis: quia omnium nobis ad victum bonorum causa est. Dicta est etiam *Fauna*, quia omni usui animantium favet: item *Fatua* a fando, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam terram attigerint: (vel quia mulieribus fata canere consueverat, ut *C. Bassus* apud *Lactant.* 1, 22. docet.) *Opem* quoque appellarunt, quod ipsius ope et auxilio vita constat. Haec ex *Cornelio Labeone* tradit *Maer. Sat.* 1, 12., ubi addit alios putare, eandem esse ac *Majam*, alios *Junonem*, alios *Semelem*, alios *Medeam*. Sed *Varro* apud *eund. Maer.* et *Lactant. ib.* docent, *Bonam Deam* *Fauni* filiam fuisse, adeo pudicam, ut extra *γυναικῶν* nunquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit auditum, nec virum unquam viderit, nec a viro visa sit: propter quod ejus aedem ingredi, et sacris adesse viris nefas erat. Solae enim mulieres, et in operto, ei operabantur. Quam religionem violavit *P. Clodius*. Cum enim *C. Caesaris* Pont. Max. uxorem *Pompejam* deperiret, repertus est aliquando in ejusdem *Caesaris* domo, ut *Suet. Caes.* 6. et 74. narrat, muliebri habitu inter matronas sacrificantes, et ab *Aurelia C. Caesaris* matre agnitus atque expulsus. Cujus rei toties fere mentio fit a *Cicerone*, quoties in *P. Clodium* invehitur. Adeo autem masculini sexus vitabatur consortium, ut etiam picturae masculinorum animalium eo loco contingerentur, ut *Sen. ep.* 97. et *Juven.* 6, 340. docent. Multa tamen impudicitiae crimina a mulieribus in hujus *Deae* sacris admitti solita perstringit *Id. Juven. ib.* 313. P [*Viscont. Monum. degli Scip.* p. 38. edit. *Mediol.* putat antiquissimum hujus *Deae* nomen derivari a *Δῖώ*, *Ceres*; hinc factum *Deona* et *Duona* ut a *Ἀρῶ*, *Latona*, deinde *Buona Mater*, seu *Ἀρητήρη*, hinc *Bona Mater*. *Or. A. A.* 3, 637. vocat *Bonam Divam*. F.] P Hujus sacrificia erant instituta pro salute populi Romani. In his porca caedebatur, et vas cum vino inferebatur, mutatis tamen nominibus, ut vas ipsum *mellarium*, vinum *lac* appellaretur: quia ejus *Deae* pater stuprum ei obtulisse traditur, et reluctantem decipere per ebrietatem voluisse. *Maer. l. c.* P [*Juven.* 2, 86. Atque *Bonam* tenerae placant abdomine porcae *E* magno cratere *Deam*: sed more sinistro *Exagitata* procul non intrat femina limen: *Solis* ara *Deae* maribus patet. Hoc *Juven.* loco *Minervae* *Quinquatria* intelligi nonnulli interpretes arbitrantur, quae in Albano celebrabantur, collegio a *Domitiano* instituto, ut narrat *Suet. Dom.* 4., *Bonam* autem dici putant, quod haec *Minervae* sacra ita celebrarentur, ut sacra *Bonae* *Deae*, porca scilicet caesa et vino illato; sed contrario ritu, amotis scilicet feminis, ut in *Bonae* sacrificiis excluderentur mares. Haec vero de sacerdotibus *Minervae* in monte Albano commode intelligi nequeunt; nam dissimiles dubio procul fuerunt *Minervae* et *Cybeles* cultus; praeterea minime probandum est, tantae infamiae auctoritatem quasi publicam praebuisse *Domitianum*, etsi malum principem; nullum insuper ea de re etiamnum exstat monumentum; denique ideo tantum institutum a *Domitiano* collegium et *Minervae* dicatum fuerat, ut *ederet eximias venationes, et scenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina*, ut ait *Sueton. l. c.* Alii eadem dici volunt de sacris ipsis *Bonae* *Deae*, quae tunc temporis Romae privatim a solis maribus colebantur, ut falso existimavit *Jo. Ant. Vulpianus* ad *Tib.* 1, 6, 22. Unde vero ita explicant, haec acceperunt? Cum igitur ex mera conjectura potius, quam alio quovis monumento freti hujus loci interpretationem dederint eruditi, nos putamus illa sacra fuisse simulata, et verorum *Bonae* *Deae* sacerorum parodiam ridiculam ab impiis hominibus in orgiis privatis peractam, ad irridendam potius religionem, quam in ejus honorem inventam. Consule, si vacat, *Juvenalis* locum, et mecum senties profecto, si sequentes etiam versus attente perlegeris. F.] P Etiam *Venus Bona Dea* dicta est, ut apparet ex *Inscr. ap. Reines. cl.* 1. n. 92. P Plura de hoc Numine V. apud *Maer. l. c.*

BONĀ, orum. V. BONUM.

BONĀSUS, i, m. *βόνασος* et *βόνωσος*, fera esse traditur in Paonia nascens juba equina, cetera tauro similis, cornibus tamen ita in se flexis, ut sint inepta pugnae: quapropter fuga sibi auxiliari, finem in ea reddens, interdum et trium jugerum longitudine, cujus contactus insequentes, ut ignis aliquis, amburat. Haec *Plin.* 8, 15, 16., cui similia habet *Solin.* 40., ubi al. male leg. *Bonacus*, et *Bonaculus*, quae mutuata ab *Aristot. Hist. An.* 9, 45. V. BISON.

\*BONONICA, ae, oppidum Galliae Belgicae, ad Rhenum flumen, in agro Vangionum, hodie *Op-*

*penheim. Tab. Peut.* In *Anton. Itin.* appellatur *Baunonica*. B. A.

BONE, adv. idem ac bene, *καλῶς*. *Lucr.* 2, 7. Sed nil dulcius est, bone quam munita tenere. *Id.* 4, 573. Quae bone cum videas etc. *Id.* 6, 996. bone confirmata atque locata. Ita *Gifan.* edidit ex quibusd. vet. codicib., addens etiam a *Sosipatr. Charis.* hoc adverbium probari. Alii passim bene reposuerunt.

[BONICIUS, a, um, adj. ad bonum pertinens. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 716, 2. *Ulpius Bonicius*. F.]

\*BONIFACIES, adj. *Ἐπιφρόσωνος* *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

\*BONIFĀTUS, a, um, adj. *Ἐπιφρόσωνος* *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

\*BONIMORIS, e, adj. *Καλόμορος* *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

\*BONITARIUS, verbum est a *Theophilo* et similibus fictum: item ut ejus contrarium *Quiritarius*. Duplex est (*inquit*) dominium: legitimum, quod jure Quiritium competit et appellatur dominus jure Quiritario: naturale, quod in bonis est, unde *Bonitarius* dominus dicitur. Causam autem harum (*dicta Gesneri* sunt) appellationum ex *Ulpiani Instit.* apparet, ubi ait: In bonis tantum alicujus servus est, velut hoc modo, Si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure cessus, neque ab ipso non possessus sit. Nam quamdiu horum quid fiat, is servus in bonis quidem emtoris est: ex jure Quiritium autem, venditoris est. *Hotoman. B. A.*

BONITAS, atis, f. *ἀγαθότης, ἰσθλότης*, [\*bona alicujus rei conditio, ejus praestantia ac virtus.] *Cic. Rosc. Am.* 7. Bonitas praediorum. *Id. Or.* 18. vocis. *Id. Off.* 3, 3. ingenii. *Phaedr.* 8, 4. aquae. *Plin.* 14, 4, 6. vini. *Id.* 13, 9, 17. Materies Persicae arboris bonitate, firmitudine, nihil differens a loto. *Id.* 37, 8, 37. Bonitates gemmarum distinguere. *Id.* 34, 12, 32. Atramentum quantum colore, tantum bonitate deterius. *Id.* 33, 3, 19. Aurum quo saepius arsit, proficit ad bonitatem. *Pomp. Dig.* 12, 1, 3. Mutuum eadem bonitate solvatur, qua datum est, [\*i. e. eodem statu, ut usu non detritum s. in pejus mutatum sit.] *Cic. Dom.* 22. Bonitas causae, h. e. causa quae justa est, et facile probari ac defendi potest. *Id. Or.* 49. Bonitate potius nostrorum verborum utamur, quam splendore Graecorum. P Saepius refertur ad animum et mores. *Cic. Off.* 1, 32. fin. Nonnulli sive felicitate quadam, sive bonitate naturae, sive parentum disciplina rectam vitae consecuti sunt viam. *Id. Dom.* 42. Vir singulari bonitate et modestia praeditus. *Nep. Tim.* 5. Hominis excellens bonitas. *Cic. Fam.* 13, 4. Commendare aliquid fidei justitiae et bonitati alicujus. [\*Sic exponit hanc vocem *Ernesti* ap. *Cic. N. D.* 31, 30. Ut donum hoc divinum rationis et consilii ad fraudem hominibus, non ad bonitatem impertitum esse videatur. Ubi alii explicant: in eorum commodum s. utilitatem.] P Speciatim sumitur pro benignitate, liberalitate, clementia. *Cic. N. D.* 1, 43. Quid enim est melius, aut quid praestantius bonitate et beneficentia? *Id. ib.* 3, 34. Uti bonitate Deorum. *Id. ib.* 2, 23. et *Pl. Capt.* 2, 1, 48. Bonitas alicujus erga aliquem. *Cic. Rosc. Com.* 10. Affluere bonitate. [\**Tac. H.* 1, 52. Id comitatem bonitatemque faventes vocabant. Ubi *Gronov.* ostendit bonitatem esse liberalitatem vel munificentiam; alibi (*Ann.* 13, 30, 15, 21.) *Tacitum* dicere *malitiam* pro avaritia.] P Item pro justitia et pietate in parentes. *Id. Part.* 22. extr. Justitia erga Deos, religio; erga parentes, pietas, vulgo autem bonitas; creditis in rebus, fides nominatur.

BONNENSIS, e, adj. ad Bonnam pertinens, urbem Germaniae inferioris ad Rhenum, inter Coloniā et Confluentiam, cujus meminit *Tac. H.* 4, 19. *Id. ib.* 20. Cum castris Bonnensibus propinquarent. Adde *ib.* 62.

BONONIA, ae, f. nunc *Bologna*, urbs nobilis Aemiliae, octava Italiae regione, ad Rhenum fluvium, colonia quondam Romanorum. *V. Liv.* 37, 57. Dicta est etiam *Felsina*: fuitque antiquitus totius Etruriae caput, licet ipsa in Etruria non sit. *Sil.* 8, 601. Oeni prisca domus, parvique Bononia Rheni. *Mart.* 3, 59. culta Bononia. Adde *Plin.* 3, 15, 20. et *Melam.* 2, 4. P Est etiam hoc nomine urbs Pannoniae, cujus meminit *Ammian.* 31, 11. [\*Item *Anton. in Itin.* P Fuit et Bononia oppidum in Gallia Belgica, hodie *Boulogne. Tab. Peut. B. A.*]

BONONIENSIS, e, adj. ad Bononiam pertinens. *Cic. Brut.* 46. C. Rusticellus Bononiensis. *Plin.* 16, 36, 65. Rhenus Bononiensis amnis.

[BONOSĀ, ae, f. V. ATTAGEN. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 371, 5. Antonia Bonosa. F.]

[BONOSUS, i, m. Cognomen Romanum consulis incerti. *Inscr. apud Maff. Mus. Ver.* 358, 5. Leontio et Bonoso Coss. F. \*Item Romanus Imperator, filius literarii paedagogi, auctore *Vopisco* 1.

omnium bibacissimus fuit, de quo Aurelianus dicebat, *Non ut vivat, natus est, sed ut bibat. Id. ib. Laqueo, a Probo superatus, vitam finivit. Inde jocus: Amphoram pendere, non hominem. Vopisc. in Bonoso 15.* P Item scholasticus quidam, cujus haec acute dicta in vet. exempl. Salmasius reperit. De incestu: *Incestum si promiseris, perii..... si negaveris, tu periisti.* De funambulo: *Vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta, quam semita etc.* Multi alii ejusdem nominis occurrunt in Veterum scriptis: ejus vero origo a Bonus est, pro quo Bonosus aetas illa loquebatur, sicut Canosus pro Canus legitur in quadam Epist. Valerian. Imp. ap. Vopisc. in Probo, 5. V. Salm. ad Vopisc. in Bonoso, 14. B. A.]

\*BONTOBRICE, oppidum Treverorum in Gallia Belgica. *Tab. Pent. V. Baudobriga. B. A.*

BONUM, i, n. τὸ ἀγαθόν, id quod est honestum, aut utile, aut jucundum, perfectum in suo genere, et naturae consentiens. *Cic. Tusc. 5, 30.* Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia. *Id. ib. 3, 6.* Summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum, positum est in eo, quod ὁμολογεῖν Stoici nos appellamus convenientiam. [\**Id. ib. 5, 28.* Concede nihil esse bonum, nisi quod honestum sit, concedendum est in virtute sola positam esse beatam vitam. — Dolere malum, in crucem si quis agit, beatum esse non potest. Bonum, liberi; miserum orbitas. Bonum patria; miserum exilium. Bonum valetudo; miserum morbus. Bonum integritas corporis; miserum debilitas. Bonum incolumis acies; miserum caecitas. Cf. *de Fin. 5, 6. Lael. 6.*] *Cic. Tusc. 5, 23.* Bonum mentis est virtus. [\**Pall. R. R. 1, 7.* bonum foecunditatis.] *Cic. Univ. 14.* Philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum praestantius. *Id. Ac. 1, 5.* Bona animi et corporis. *Id. Am. 13.* Bona et incommoda. [\**res secundae et adversae.*] *Id. Fam. 15, 14.* Uti bono litterarum. [\**facultatem litterarum scribendarum non praetermittere.*] *Quint. proem. 1.* Eloquentiae bonis male uti. *Id. ib. fin.* Bona ingenii studiique corrumpere. *Id. 11, 3.* Bona vocis. *Tac. H. 3, 81.* pacis. *Sall. Cat. 44.* Maximum bonum in celeritate putare. *Id. ib. 39.* Bonum publicum simulare. *Plin. fin. Proem. H. N.* Quia occupationibus tuis bono publico parcendum erat, [\**i. e. publicae utilitatis causa.*] *Liv. 34, 5.* Facere aliquid bono publico. *Id. 36, 31.* Pax bono omnium parta. [\**Id. 9, 38.* Ne ira obstaret bono publico, legatos ad eum mittendos censuit Senatus. *Symm. Ep. 3, 42.* Imperator ad bonum publicum natus. P Bonum de pulchritudine dicitur. *Ter. Ph. 1, 2, 57.* Vis boni, i. e. praestantia pulchritudinis. *Ruhn. dict. p. 239.*] P *Bono esse alicui* est utile, aut commodum alicui esse. *Liv. 8, 12.* Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat. *Cic. Rosc. Am. 5.* Accusant ii, quibus occidi patrem Sex. Roscii bono fuit. P *Hinc cui bono fuerit*, dictum celebre est L. Cassii summae severitatis viri, qui quoties quaesitor iudicii alicujus erat, in quo quaereretur de homine occiso, suadebat, atque praecipit iudicibus, ut quaerent, cui bono fuisset perire eum, de cujus morte quaerebatur, hoc est cuja interfuisset, e cujus re fuisset, qui bonum aliquid ex ea morte sperasset: eum enim probabiliter reum esse. *Ascon. in Cic. Mil. 12.* Adde *Cic. tum l. c., tum Phil. 2, 14.* P *Quid mihi sit boni, si mentiar?* *Pl. Most. 2, 1, 23.* Simile est illud: *Quod bonum est? h. e. quae utilitas est? quod saepe legitur apud Jctos. Ulp. Dig. 37, 4, 10.* Quod enim bonum est, eis favere, ut partem faciant, nihil habituri? Adde *Cajum ib. 16, 1, 13.* et alibi. Sed ubique alii legunt *quo bonum est?* [\**At que hoc unice hodie probatur. Cf. Duker. de Lat. Vet. Jctorum p. 399.* — Porro adde *Tac. A. 2, 15.* infensis rursus hostibus, nulla boni spe, i. e. nulla felicitis exitus spe. *Ernest. offendit ad haec verba, Tac. dedisse arbitrans: nulla bona spe. Sed hoc ipsum magis displicet: dicendum erat: non bona spe. Edit. Bipont. recte affert Auct. orat. post red. in Sen. 5.* quis enim ullam ullius boni spem haberet. Ubi vide *Wolf.*] P *Facere sibi bona multa* apud *Pl. Cas. 2, 8, 34.* est genio suo valde indulgere. P *Facere aliquid boni alicui, h. e. beneficium conferre. Pl. Amph. prol. 47.* P *Bona, orum*, sunt facultates, fortunae, patrimonium, τὰ ἐπιτάγματα, οὐλοία. *Ulp. Dig. 50, 16, 49.* Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant, hoc est quod beatos faciunt: beare est prodesse. *Cic. Caec. 13.* Ad incertum revocari bona, fortunae, possessiones omnium. *Id. Quint. 10.* Possidere bona alicujus ex edicto. *Id. ib. 29.* Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in universis, quae teneri ac possideri possunt. [\**Scaev. Dig. 33, 2, 37.* Bonorum appellatione continentur et praedia et mancipia et supellex et calendarium. *Id. 50, 16, 83.* Proprie bona dici non possunt, quae plus incommodi, quam commodi habent. *Quint. Decl. 273.* Bona sunt, ut opinor, ea, quae detractis alienis deprehensa sunt. Sed latiore significatione

bona dicuntur non eae tantum res, quarum proprietates ad heredes proprie pertinet, sed etiam agri vectigales, et quae pignori data sunt et quae bona fide possidentur. *Dig. 36. 4. 5. 6.*] *Cic. Caec. 7.* Esse in possessione bonorum, *Id. Top. 3.* Legare alicui usumfructum bonorum suorum. *Id. Off. 2, 23.* Bona civium voci subijcere praecis. *Ter. Eun. 2, 2, 4.* Bona patria abligurire. *Quint. 6, 1.* Cedere bonis. P *Esse in bonis* est esse in possessione bonorum. *Cic. Fam. 13, 30.* Nullam arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum; et est hodie in bonis. P *Praeterea esse in bonis alicujus dicitur*, quod in ejus patrimonio est. *Cajus Dig. 1, 8, 1.* Quod divini juris est, id nullius in bonis est. *Paul. ib. 40, 12, 38.* Servus, quem venditor emptori tradidit, et nondum pretio soluto, in bonis emptoris esse coepit. P *Habere in bonis* est possidere. *Ulp. Dig. 27, 10, 10.* P *De bonis Porsenae.* V. PORSENA. P *Bonum* in singulari pro bonis, seu fortunis. *Pl. Trin. 4, 1, 3.* Quos penes mei potestas boni, navisque foret, et meae vitae. P *Pro beneficio.* *Inscr. ap. Grut. 787, 5. L. Baeb. Pardus* omni bono de se merita fecit. P *Bonum* aliquando more interjectionis interseritur et exultantem laetitiam significat. *Appul. Met. 10.* Sciscitatus, quid, bonum! rideret familia. (Ita malum contrario sensu. *Id. ib. 4.* Anus subratior dicere eam jubebat, quid, malum! fleret.)

BONUS, a, um, adj. ἀγαθός, ἰσθλός, καλός, probus, integer, absolutus, perfectus, conveniens naturae: ab absolute *duonus*, quod legitur apud *Fest.* et idem significat. Latissime autem patet ejus vis, ut significatio: dicitur enim non solum de hominibus, sed de omnibus rebus, quae gratiam, voluptatem, utilitatem, commoditatem aliam habent. Ejus gradus melior et optimus suis loc. ponemus. *Cic. Tusc. 5, 15.* Quidquid est, quod bonum sit, id expetendum est. *Id. Agr. 3, 3. fin.* Vir multum bonus. *Id. Att. 12, 5. auctor. Tac. G. 19. fin.* Boni mores, bonae leges. *Id. A. 6, 46.* Bonae artes. *Cic. Sext. 16.* Bona causa. [\**Ov. Trist. 1, 8.* Quaelibet officio sit bona causa tuo.] *Cic. Att. 2, 2. conditio.* [\**Dig. 21, 1, 54.* Bonis conditionibus emere, aut distrahere, i. e. nullis adjectis appositivis legibus gravibus aut duris.] *Cic. Att. 7, 26. fama. Id. ib. 8, 4. memoria. Id. Top. 17. fides. V. FIDES.* [\**Bonus dolus. Ulp. Dig. 4, 2, 3. §. 3.* Non fuit contentus praetor *dolum* dicere, sed adiecit *malum*; quoniam veteres *dolum* etiam *bonum* dicebant, et pro solertia hoc nomen accipiebant: maxime si adversus hostem latronemve machinaretur.] *Cic. Fam. 13, 60.* benevolentia. *Id. Man. 24.* Bonam gratiam sibi quaerere. [\**Ulp. Dig. 24, 1, 32, 10.* Plerique cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi et offensa. — Nempe cum bona gratia dissolvi matrimonium olim dicebatur, quod neutrius ex conjugibus culpa, et sine animi ira, consensu mutuo solvebatur. Similia haec sunt: *bona venia, bona pace*, et addita praepositione, *cum bona venia, cum bona pace* formulae sunt ejus, qui alicujus rei veniam ab alio petit. *Liv. 29, 17.* cum bona venia audiat id quod invitatus dicam. *Ter. Ph. 2, 3, 31.* primum abs te hoc bona venia expeto. *Ruhn. dict. p. 251.*] *Cic. Coel. ad Cic. Fam. 8, 17.* Bona mens. *Quint. fin. 12.* voluntas. *Id. 9, 2. conscientia.* [\**Tac. A. 4, 38.* bonae recordationes, sc. eorum qui lubenter et cum grato animo alicujus memoriam recolunt.] *Cic. Fin. 2, 35. spes. Id. Off. 1, 33.* Bono consilio aliquid facere. [\**Hinc boni consulere* quod saepius in Jctorum libris usurpatur. *Quint. 1, 10.* interpretatur: bonum judicare.] *Cic. Q. Fr. 2, 2.* Bona tempestate navigare. *Quint. 11, 3.* Bona vox. *Lucr. 2, 418.* Bonus color. [\**Cic. Off. 3, 23.* boni numeri, opponuntur adulterini.] *Suet. Cal. 33.* Bona cervix. *Ter. Heaut. 3, 2, 13.* Mulier forma bona. *Pl. Bacch. 5, 2, 11.* Bona ovis. *Sen. Vit. beat. 22.* Bonus dies. *Ov. Fast. 1, 72.* Bonus dies. [\**Apud Senec. dies bonus proprio sensu est dies serenus, apud Ov. dies faustus, felix.*] *Cic. Dom. 4.* Bona tempora. *eod. sensu.* Re bona copiosum esse apud *Gell. 16, 19.* est divitiis affluere. *Cato R. R. 4.* Vicinus bonus esto. *Liv. 42, 20.* Prodigium vertetur in bonum. [\**Cic. Att. 13, 23.* bono modo, i. e. moderate, non nimis acriter. Cf. *Q. Fr. 2, 5.*] P *Boni, orum*, sunt viri boni, integri probatibus moribus. *Hor. Ep. 1, 16, 52.* Oderunt peccare boni virtutis amore. Adde *Cic. Tusc. 5, 10.* et *Am. 14.* et alibi saepe. In illo ejusd. ad *Brut. ep. 3.* ad f. Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos, amissimus: bonos intelligit probos viros, et bene de republica sentientes, sed non strenuos, fortes, animosos. [\**Id. Leg. 1, 7.* Solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci; nec vero ferent, si audierint, te primum caput viri optimi prodidisse.] P *Bonus* aliquando dicitur eleganter per quandam ironiam. *Ter. Andr. 3, 5, 10.* Ehodum bone vir, quid ais? viden' me consiliis tuis Miserum impeditum esse? *Cic. Verr. 2, 5, 6.* Quid ais, bone

custos defensorque provinciae? Adde *Sil. 2, 240.* [\**atque ad h. l. Drak.*] et *Stat. Th. 2, 460.* P *O bone* est blande compellantis. *Hor. Sat. 2, 6, 51.* o bone (nam te Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet) Nunquid de Dacis audisti? Et *ib. 95.* quo, bone, circa, Dum licet, in rebus jucundis vive beatus. Adde *Ep. 2, 2, 37.* et *Pers. 6, 43.* P *Boni* aliquando dicuntur divites et felices. *Cic. Att. 8, 1.* Ut quemcumque fors tulerit, casum subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. Etsi propediem video bonorum, id est lautorum et locupletum, urbem refertam fore. Et *ib. 9, 12.* Praetores jus dicunt, aediles ludos parant, viri boni usuras perscribunt. *Pl. Capt. 3, 4, 51.* Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invadeant bonis. P *Item nobiles. Ter. Ph. 1, 2, 64.* Illam civem esse Atticam bonam, bonis prognatam. *Pl. Pers. 4, 4, 93.* Bono genere natus. *Optimum* appellatio hinc orta est. [\**Etiam apud pedestres scriptores hoc significatu ponitur. Cic. Leg. 3, 9.* bonis viris quid juris reliquit tribunatus C. Gracchi?] P *Bonae res* idem sunt ac bona. *Nep. Ages. 8.* Praeter vitulina et hujusmodi genera obsonii nihil accepit: unguenta, coronas, secundaque mensam servis dispersit: cetera referri jussit. Quo facto eum Barbari magis contempserunt: quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. [\**bonae res h. l., ut apud Graecos τὰ ἀγαθὰ, de cibis delicatioribus dictae. Cf. Bremi.*] P *Dicuntur etiam bonae res*, quae sunt in bono statu. *Cic. Att. 15, 13.* Res Hispanienses valde bonae. *Id. ib. 12, 21.* Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. P *In re bona esse* est bona fortuna uti, divitiis abundare. *Laber. apud Gell. 10, 17.* P *Bona aetas* est adolescentia et juvenus, et mala aetas senectus. *Cic. Sen. 14.* Voluptatibus bona aetas frui libentius. V. MALUS. P *Interdum bona aetas* est, quae vergit ad senium. *Sen. ep. 76.* Bona, inquis, aetate. Quidni bona? quid autem stultius, quam quia diu non didiceris, non discere? Alii rectius hoc loco ironiam agnoscunt. P *Saepe bonus idoneum significat, aptum, commodum. Varr. R. R. 1, 9.* Terra cujusmodi sit, refert et ad quam rem bona, aut non bona sit. *Tac. A. 2, 14.* Campi militi Romano ad proelium boni. *Virg. G. 2, 447.* At myrtus validis hastilibus et bona bello Cornus. P *Item peritum, doctum, praestantem. Cic. Ac. 4, 31.* Bonus gubernator. *Virg. Ecl. 5, 1.* boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare leves, ego dicere versus. (Adde *Sil. 14, 453.*) [\**Appul. Met. 1. p. 105, 30.* boni latrones, qui 4. p. 146, 16. bonae frugis latrones appellantur. Sic *Catull. 33, 1.* furem optimum dicit furem callidissimum et artis furandi peritissimum.] *Tac. A. 1, 3.* Agrippa militia bonus. [\**Item pulcrum, formosum. Catull. 15, 10.* infesto pueris bonis malisque, i. e. formosis et deformibus. *Ruhn. ad Ter. Ph. 1, 2, 57.* Sed dubito, an idem recte huc trahat *Hor. Od. 4, 1, 3.* qualis eram bonae sub regno Cinarum. quo loco ad animi indolem potest referri.] P *Item fortem. Sall. fr. ap. Serv. ad A. 1, 199.* Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. *Id. Cat. 34. ad f.* Libertatem nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. [\**Vid. multa exempla apud Klotz. ad Tyrt. p. 8. Jahn.*] P *Item amicum, faventem, propitium. Cic. Att. 10, 8. in f.* Eo velim tam facili uti possem et tam bono in me. [\**Planc. in epist. Cic. Fam. 10, 8.* bonae voluntatis vir. *Sen. Clem. 1, 13.* bonae ac fidae voluntatis ministri. *Vell. 2. fin.* Varus sane gravis et bonae voluntatis vir. Recentiores inprimis scriptores hac locutione uti sunt. Vid. *Vales. ad Excerpt. post Amian. Tom. III. p. 399. ed. Erf.*] *Virg. Ecl. 5, 65.* Sis bonus o felixque tuus. *Id. A. 12, 647.* vos o mihi Manes Este boni. Adde *Planc. ad Cic. Fam. 10, 21.* [\**Hinc faustum, felicem. Nota locutio bona verba dicere* in sacris, ubi significat: verbis, quae malum omen habeant, abstinere. *Tibull. 2, 2, 1.* Dicamus bona verba, ubi vid. *Broukh. Translata inde ad alias res. Ter. Andr. 1, 2, 33.* Bona verba quaeso, i. e. loquere meliora; noli putare, te a me deludi posse. *Ruhn. dict. p. 28.* Pertinet huc formula, quae paulo infra legitur.] *Bona* vocatur a *Ter. Heaut. 2, 4, 8.* meretrix, quae nullam pro concubitu mercedem exigit; ut et *Tib. 2, 4, 45.* ubi opponitur *avarae*. At bona, quae, nec avara fuit, centum licet annos Vixerit; ardentem flebitur ante rogam. Item *Ter. ib. 2, 2, 4.* vocat *matrem meretricis malam*, quae avara est. [\**Ruhn. dict. in Ter. p. 156.*] P *Cum iis nominibus, quae quantitatem significant, ponitur pro multo vel magno. Cic. Or. 2, 3. ad f.* Ajebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. *Hor. Ep. 1, 18, 109.* Sit bona librorum et provisae frugis in annum Copia. [\**Bonus* et magnus passim junguntur. *Ter. Eun. 1, 2, 43.* hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit. *Valer. Max. 2, 9, 7.* *Ruhn. dict. in Ter. p. 94.*] P *Bonus* est. *Pl. Curc. 1, 3, 20.* Bonus est, pauxillum amare sane; insane non bonum est.

[\*Bonum est, i. e. prodest. *Cat. R. R.* 158. Eodem silphium irradiato, bonum est. Bonum dictum pro: factum dictum (Gallis *bons mots*) apud *Cic. Or.* 2, 54. Bona dicta tenere sapiens vix potest.] P *Bonum factum.* V. FACTUS. [\*V. *Bremi ad Suet. Vit.* 14. coll. *Caes.* 80.] P *In bonum exire,* succedere, evenire ex sententia. *Sen. Vit. beat.* 8. ad f. Nihil inopinatum accidet, sed quidquid aget, in bonum exibat. P *Quo bonum est?* h. e. ad quid utile est? *Cui bono fuerit,* h. e. cui utile fuerit. V. in BONUM, i. P *Quod bonum, faustum, felix fortunatumque sit* solemniter praefatio bene precandi in omnibus paene rebus agendis. Legitur apud *Cic. Div.* 1, 45. et *Liv.* 3, 31. et 54. etc. [\*In ejusmodi praefationibus *bonum est utile.* *Or. Fast.* 3, 27. Utile sit faustumque precor.] Dicebant etiam *quod faustum felixque sit,* teste *Donato ad Ter. Ph.* 1, 2, 81.; item *quod bonum atque fortunatum sit,* ut est apud *Pl. Cas.* 2, 6, 30. V. plura apud *Brisson. De formul.* l. 1. P *O bone Deus,* exclamandi formula, quae idiotismum sapere videtur, legitur apud *Scrib. Compos.* 84. in f. Dubitat autem *Rhodiis,* an aliunde irrepserit: non enim sibi videri aetati *Scribonii* congruere. P [\*Reperitur etiam forma *buonus.* *Front. ad M. Anton. de Or.* l. 2. fragm. 1. Feres profecto buona venia veterem potestatem etc. Cf. voces *Duonus, Duellum, Duellona, Duellator etc.* *Buono* superest adhuc in vulgari Italorum lingua. B. A.]

**BONUSCULA**, orum, n. plur. dimin. a bona scilicet possessione. *Sidon. ep.* 9, 6. Quantum de bonusculis avitis et paternis sumptuositas domesticae charybdidis abligurisset. *Imppp. Honor., Theod. et Constant. Cod. Theod.* 10, 10, 29. Uno petitorio singulorum bonuscula jubemus adscribi.

**BOO** et **BOVO**, as, avi, atum, n. et **BOO**, is, n. *boōo*, resonantem clamorem edo. Ducitur vel a boum voce, ut *Varr. L. L.* 6, 5. et *Non.* 2, 80. docent, vel ab allato *boōo*, ut *Festus* tradit. *Or. A. A.* 3, 449. Redde meum, clamant spoliatae saepe puellae: Redde meum, toto voce boante foro. *Enn. ap. Varr. l. c.* clamore boantes. *Pl. Amph.* 1, 1, 77. Boat coelum fremitu. *Pacuv. ap. Non.* l. c. Clamore et sonitu colles resonantes bount. P Est etiam clamare, vociferari. *Varr. ap. Non.* l. c. Exeunt citi, strepunt, bount. *Appul. Met.* 5. Quam maxime boans, honesta, inquit, haec etc. *Id. Flor. n.* 17. Tragoedi identidem boando purgant ravim.

**BOOPES**, is, n. *βοῶπις*, herbae genus. *Appul. Herb.* 104. Graeci paederota vocant, alii boopes, alii arctophyllon, Latini caerefolium. B. A.

**BOOTES**, ae, m. *Βοῶτης*, Latine *bulbulcus*, ἀπό τοῦ βοῦς ὄζειν, hoc est boves et plaustrum agere; vel *vociferans*, a *βοῶ*, clamo. [\*Est simpliciter factum ex *βοῦς* et *της* est terminatio.] De hoc satis dictum est in ARCTOPHYLLAX. *Juen.* 5, 23. illo tempore, quo se Frigida circumagunt pigri sarraca Bootae. *Or. Fast.* 5, 733. Auferat ex oculis veniens Aurora Booten. P Legitur etiam *Bootis* in genitivo, ut sit tertiae Latinorum declinationis. *Avien. Perieg.* 364. sed latior axe Bootis. Et *ib.* 456. plaga dura Bootis. Et *ib.* 856. vel qua riget ora Bootis. Nisi malis esse adj. *Bootis, idis*, ut *Maeotis*.

**BORA**, ae, mons Macedoniae, prope Illyricum. *Liv.* 30, 29. B. A.

**BORBETOMAGUS**, i, oppidum Galliae Belgicae, in agro Vangionum, hodie *Worms*. *Tab. Peut. Borbitomagus* dictum *Anton. Itin.* B. A.

**BORCANI**, orum, populi Apuliae. *Plin.* 3, 11. B. A.

**BORCOBE**, es, urbs Scytharum Aroterum, prope Thraciam. *Plin.* 4, 11. B. A.

**BORĒA**, ae, f. *βόρεια, βορρεια*, gemma ex genere iaspidium, colorem habens coelo autumnali matutino similem: alio nomine *aerizusa*. *Plin.* 37, 8, 37. P Item urbs Africae, fortasse ad promontorium Boreum in Cyrenaica, ad Syrtim majorem. *Cic. Att.* 16, 4. Sunt qui in Hispania ponunt. V. *Borium*. Etiam Boria scribitur.

**BORĒALIS**, le, adj. *βόρειος*, ad Boream pertinet. *Avien. Phaen. Arat.* 951. borealia flamina. *Adde Perieg.* 84. et 292.

**BORĒAS**, ae, m. *Βορέας*, ita dicitur Graeca appellatione ventus Aquilo, de quo V. suo loco. *Non.* 1, 251. dictum putat a *βοῦς*, clamor, pugna, quod sonorus sit et procellosus. *Virg. A.* 3, 687. Ecce autem Boreas angusta e sede Pelori, etc. *Or. Met.* 6, 682. Boreae Tereus Thracisque nocebant. (De Borea tanquam Deo et amatore loquitur.) *Id. ib.* 15, 471. Horriferum contra Borean ovis arma ministrat. *Borean* Graeca positione dicit pro *Boream*. *Colum.* 10, 288. Boreas nubifugus. P Qui quatuor tantum ventos posuere, Boream eundem fecerunt ac Septentrionem seu Aparctiam, ex adverso Noti. *Or. Trist.* 1, 2, 29. Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto. *Manil.* 4, 589. Asper ab axe ruit Boreas: fugit Euris ab ortu. P Quia Graece etiam *Βορρῆας* dicitur, quidam Latine dixerunt *Borra*, seu *Borrha*, ae, m. *Prud. Psych.* 847. algida Borrae aetas, h. e. senectus. *Paul. Nol. Carm.* 17, (al. 30.) 245. Te pa-

trem dicit plaga tota Borrae. Male alii utroque loco leg. *Boreae*.

**BORĒOTIS**, idis, f. *Βορροῦτις*, idem ac borealis. *Prisc. Perieg.* 577. Ast aliae oceani juxta boreotidas actas sunt geminae, h. e. geminae insulae Albion et Hibernia juxta litora oceani borealia. F.]

**BORĒUS**, a, um, adj. *βόρειος*, septentrionalis. *Or. Trist.* 4, 8, 41. Vita procul patria peragenda sub axe boreo est. P Paenultima correpta, extrita nempe altera vocali diphthongi, *Prisc. Perieg.* 271. Oceanum boreo contingunt frigore durum. Et *ib.* 315. Et Mysi Thracum boreis in finibus orti. *Id. ib.* 789. Ad latus istorum boreo sunt moenia clara. P Hac ratione scribitur et *Borius*. P [\*Boreum promontorium, vel Boreon, vel Borion, *Βόρειον ἄκρον Ptol.*, in Africa fuit, in Cyrenaica, ubi Berenice oppidum. *Plin.* 5, 4. ubi *Borion* forma occurrit. *Borion* etiam legitur a nonnullis apud *Melan* 1, 7. ubi *Vossius* mavult *Bryon* (*βύρων*, i. e. muscorum) ut et in loco *Plinii* supra allato. Et profecto *Bryon* lectio est editionis *Gronoviana*. B. A.]

**BORITH**, herba saponaria. De hac herba sic *Isid.* 16, 2. Crepitat in aqua, quomodo calx viva, et ipsa quidem disperit, sed aquam lavationi aptam reddit. Quae tamen verba absunt ab antiqua editione *Isidori* 1489. fol. a *Gothofredo* ex MSS. addita. *Jo. Mich. Languius* Dissertationes tres de ea edidit, et saponem vel smegma esse contendit: sed *Ol. Rudbeck.* purpuram vel coccum fuisse statuit. Cf. *Vulgat. Jerem.* 2, 22. et *Mal.* 3, 2. B. A.

**BORIUM** urbem, ultimam Pentapoleos, versus occidentem, meminit *Anton. in Itin.* et *Procop. ἀγὲ τῶν πενταπόλεων* 6, 2. Idem fortasse est quod Boria. V. Borea. B. A.

**BORIUS**, V. v. praec.

**BORMANNI**, orum, oppidum et populi Galliae Narbonensis. *Plin.* 3, 4. Bormanni, Comacina etc. Sic ed. *Hard.* Antea, v. g. in ed. *Elzev.*, *Bormannico*, *Marcina* legebatur. B. A.

**BORNI**, orum, Thraciae oppidum, circa Propontidem. *Nep. Alc.* 7. ubi *Bornos* habes, in quarto. B. A.

**BORRĀ**, V. in BOREAS.

**BORSYCITES**, ae, gemma quaedam, cujus meminit *Plin.* 37, 11. B. A.

**BORYSTHĒNES**, is, m. nunc *Dnieper*, *Βορυσθῆνης*, fluvius Sarmatiae Europaeae. *Plin.* 4, 12, 26. et *Mela* 2, 1, ubi addunt etiam lacum et gentem per ea loca eodem nomine esse. *Mela* 2, 7. Leuce insula Borysthenis ostio objecta. P *Borysthenes* fuit etiam equus Hadriani imperatoris, in quem exstat epigramma in *Anth. Lat. Burm.* T. 2. p. 288. Borysthenes Alanus, Caesareus veredus, Per aequor et paludes, Et tumulos Etruscos Volare qui solebat. P *Borusthenes* pro *Borysthenes* legitur in *Inscr. ap. Grut.* 453, 1. ex consuetudine Latinorum Graecam v in u vertentium.

**BORYSTHĒNIDAE**, arum, m. plur. ad Borysthenem habitantes. *Prop.* 2, 6, 18. Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.

**BORYSTHĒNIS**, idis, f. urbs ad ostia Borysthenis sita. *Mela* 2, 1. de Borysthenes: Secundum Borysthenida, et Olbiam, Graeca oppida, egreditur. P Adjective *Calvus* ap. *Valer. Prob. Gramm.* 1. p. 1394. Frigida jam celeri peragrata Borysthenis ora.

**BORYSTHĒNITAE**, arum, m. plur. Borysthenidae. *Maer. Sat.* 1, 11.

**BORYSTĒNIUS**, a, um, adj. ad Borysthenem pertinens. *Or. Pont.* 4, 10, 53. Cumque Borysthenio liquidissimum amne Dyrrapes.

**BOS**, bovis, comm. gen. *βόως, βοός*, animal notum, quo agri coluntur. Dicitur tum de mare, tum de femina. [\**Bos* ex graeco *βόως* dictum putat *Prisc.* 6, 36. p. 554. 6, 32. Forsitan ex *βός*, quod Aeolus est, qui et *πός* pro *ποῦς* dixerunt. *Jahn.*] *Cic. N. D.* 2, 63. Boum cervicis natae ad jugum: tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda. [\**Pompon. Dig.* 50, 16, 89. Boves magis armentorum, quam jumentorum generis appellantur. *Ulp. Dig.* 21, 1, 38, 6. Jumentorum appellatione eos (boves) non contineri verius est; sed pecoris appellatione continebuntur.] *Id. Div.* 1, 52. Bos opimus. [\**Col.* 6, 20. bos castratus. *ib.* 6, 2. bos cubitor. *Varr.* 2, 1. boves perferi. 2, 5. boves honore ceteras pecudes superant.] *Or. Fast.* 4, 631. Forda ferens bos est, fecundaque. *Hor. Epod.* 9, 22. Intactae boves. *Liv.* 1, 7. Bove eximia capta de grege. [\**Liv.* 41, 21, 4. Pestilentia priore anno in boves ingruerat. ubi vide *Drak.* — *Paul. Dig.* 21, 1, 43. Boverum, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt.] P In genitivo plurali habet *boum* per syncopen pro *bovum*, et in dativo *bobus* pro *bovibus*, ut *Prisc.* 7. p. 773 et 774. docet. *Virg. G.* 3, 211. Sive boum, sive est cui gratior usus equorum. *Hor. Od.* 3, 6, 43. et juga demeret Bobus fatigatis. *Id. Carm. saec.* 49. Quaeque vos bobus veneratur albis. Ita enim *Prisc.* *ib.* legit utroque loco; eodemque modo edidit *Bentl.* Pro *bobus* saepissime dicitur *bubus*. *Cic. N. D.* 2, 63. Quid de bubus loquar? Et mix. Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus. *Or. Her.* 5, 16.

Non profecturis litora bubus aras. *Tac. G.* 40. Dea vecta bubus feminis. [\*De forma *bubus* vide *Drak.* ad *Liv.* 7, 26, 10, 22, 10, 7.] P Reperitur etiam *bubum* pro *boum*. *Ulp. Dig.* 32, 55. a med. In quibusdam provinciis et editu bubum ad hanc rem utuntur. Ita leg. in celebri edit. *Torrentini. Haloand.* edidit *boum*. Veteres olim dixerunt etiam *boverum* pro *boum* teste *Varr. L. L.* 7, 38. sub f. Sic enim declinabant, *bovis, boveris*. Itaque quot juga *boverum* [\*ex codd.] legendum censet *Turneb.* 6, 23. apud *Cat. R. R.* 62., ubi plerique editi habent *boum*. P Prima in *bobus*, seu *bubus* producitur, quia ex bovis contracta est. Corripuit tamen *Auson. epigr.* 62. Aes veluti spirans cum bubus exagites. P *Boves mortui* sunt lora bubula in illo *Pl. Asin.* 1, 1, 21. Apud fustitudinas ferrirepidas insulas, ubi vivos homines mortui incursant boves. P *Bos lassus fortius figit pedem*, proverb. quo utitur *Hieron. ep. ad August.* 102. n. 2., volens eum detertere, ne se juvenis senem ad pugnam provocet, quia plus interdum senex valet, quam juvenis. P *Bovi clitellas imponere*, aliud proverb. apud *Cic. Att.* 5, 15. h. e. munus alicui imponere, quod ei accommodatum non sit. Boum enim terga ipsa declarant, non esse se ad onus accipiendum figurata, ut *Id. N. D.* 2, 63. loquitur. *Quint.* 5, 11. Non nostrum, inquit, onus: bos clitellas. *Adde Ammian.* 16, 5. Huc pertinet illud *Hor. Ep.* 1, 14, 42. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* quo significatur neminem sua sorte contentum esse. P *De bove Luca*, V. Lucas Bos. P De bove sancto Aegyptiorum, V. APIS. P Est etiam piscis marinus bovis nomine, apud *Plin.* 9, 24, 40. [\**Id. ib.* 32, 11, 54.] Hunc *Galenus* *βοῦν θαλάσσιον* vocat. *Or. Hal.* 94. Nam gaudent pelago, quales scombrique, bovesque, etc. P Quod *Plin.* scribit 18, 3, 3. Servium regem primum effigie ovium boumque aes signasse, putarunt quidam, *boves* esse nomen pecuniae bovem impressum habentis, in illo *Pl. Pers.* 2, 5, 16. Boves bini hic sunt in crumena. Verum *Pl.* non binos numeros eo loco intelligit, sed binum boum pretium. V. P Reperitur et *bovis* in recto singulari. *Petr. fr. Trag.* 62, *Burm.* ad f. Miles meus jacebat in lecto, tanquam bovis.

[**BOSSENS**, ium, m. plur. incolae urbis Bosae [\*meminit ejus *Anton. Itin.*] in Sardinia insula, nunc *Bosa*. *Plin.* 3, 7, 13. Bosenses, Caralitani civium Romanorum. F.]

**BOSCIS**, idis, f. *Colum.* 8, 15. Nessotrophii cura similis, sed major impensa est. Nam clausae pascentur anates, querequedulae, boscides, phalerides, similesque volucres, quae stagna et paludes rimantur. *boscides* sunt aves anatibus similes, sed minores. Apud *Colum.* alii leg. *boscades*: Graece enim dicitur *βοσκός, ἄδος*.

**BOSPHORANUS**, a, um, adj. ad Bosphorum pertinens. *Tac. A.* 12, 15. Mithridates Bosphoranus. *Val. Max.* 7, 6. in f. Bosphoranus tractus. P *Bosphorani, orum*, populi ad Bosphorum incolentes. *Cic. Man.* 4. et *Tac. A.* 12, 16. Uterque autem intelligit eos, qui Bosphorum Cimmericum habitant.

**BOSPHORĒUS**, a, um, et

**BOSPHORICUS**, a, um, et

**BOSPHORIUS**, a, um, adj. ad Bosphorum pertinens, *Βοσπόριος*. *Or. Trist.* 2, 298. Ionium Bosphoriumque mare, h. e. Pontus Euxinus. *Sidon. Carm.* 2, 55. Bosphoreis elephas inglorius ora tributis. *Gell.* 17, 8. Mare Bosphoricum.

**BOSPHORUS**, i, m. *Βόσπορος*, angustae maris fauces, ita dictae a meabili bovis transitu, quasi *βοῦς, bovis*, et *πόρος, via, iter*. Sunt autem duo *Bosphori* Thracius et Cimmericus tanta uterque angustia, ut et alitum cantus, et canum latratus ab ulteriore litore invicem audiantur. *Bosphorus Thracius* est angustia maris inter Thraciam et Asiam minorem, seu inter Byzantium in Europa, et Chalcidionem in Asia, seu inter Pontum Euxinum et Propontidem. Patet passus D. seu stadia quatuor, ut *Plin.* 5, 32, 43. et 4, 12, 24. docet, qua *Darius* pater *Xerxis* copias ponte transvexit. *Val. Fl.* 4, 345. et seqq. fabulatur, Io puellam in vaccam commutatam per hasce angustias in Asiam transisse, inde fretum illud Bosphorum nominari coepisse. *Bosphorus Cimmericus*, al. Fretum Cimmericum, est angustia maris inter Tauricam Chersonesum in Europa, et Sarmatiam in Asia, seu inter Maeotidem paludem, et Pontum Euxinum, per quam illa in Euxinum defluit, multo latior Bosphoro Thracio, cum pateat passus MMD., ut *Plin.* 4, 12, 24. tradit. Dicitur est autem *Cimmerius* a *Cimmeriis* populis ibi accolentibus. Sed ipsi *Cimmerii* vicissim ab eo *Bosphorani* dicuntur. P Scribitur et *Bosporus* sine aspiratione, ut quidem rectius, si Graecas litteras attendas, in quibus nulla aspiratio est: sed si consuetudinem, et quosdam antiquos opt. cod., aspiratio defendi potest, et sane defenditur a *Dausq. in Orthogr.* P In plur. num. neutr. genere extulit *Prop.* 3, 9, 60. Et modo Pompeja Bospora capta manu. Sic *Taenara, Ismara, Maenala*. In singulari feminino *Sulp. Sev. dial.* 1, 26. Bosporus exclusiva. Sic Aegyptus.

\*BOSTAR, vates Poenus, de quo Sil. 3, 647. seq. P In Gloss. Isid. Bostar est locus ubi stant boves.

B. A. BOSTRYCHITES, ae, m. βοστρυχίτης, gemma crinibus mulierum similis. Plin. 37, 10, 55.

BOSTRYCHUS, i, m. βοστρυχος, Graeca vox cincinnum seu cirrum significans. Etym. M. deducit a βοτρυς, racemus, ut significet caesariem in modum racemi compositam. Sunt etiam qui putant, proprie dici de crinibus muliebribus. [\*Recte vero Etym. auctor. Apud Meleagr. Epigr. 105. βοτρυς γατρης, ubi vide Graefe.] Adjective. Firm. Math. 4, 12. Crispos quoque aut crinibus bostrychis comatos. P Est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 1134, 3. Bostrychus pater.

[BOTANICUM, i, n. βοτανικόν. Isid. Orig. 4, 10. Botanicum herbarium dicitur, quod ibi herbae notentur. F.]

BOTANISMUS, i, m. βοτανισμός, runcatio, herbarum evulsio. Nam βοτάνη herbam significat, et βοτανίζω, herbas evellere. Plin. 18, 18, 47. Pauci runcant: quod botanison vocant.

BOTELLUS, i, m. βότση, intestinum delicatius aliquo cibo fartum, puta ex carne suilla minutatim concisa, aut hujusmodi: diminutivum a botulus. Mart. 5, 78. Et pulcem niveam premens botellus. Adde 11, 31. P Apic. 2, 3. peculiaris cujusdam botelli conficiendi rationem docet, nempe ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, addita caepa, porro conciso, admixtoque ture crudo ac pipere minuto: quibus omnibus intestinum sarciri iubet, adjectoque liquamine et vino coqui.

BOTHYNUS, i, m. βόθυνος, genus quoddam cometae, in modum foveae, seu scrobis: Graeca vox a βόθος, scrobs. Sen. Quaest. nat. 1, 14. Sunt bothynoë, cum velut corona cingente introrsus ingens coeli recessus est, similis effossae in orbem speluncae. Bothynoë scriptum est Graeca servata diphthongo, οί βόθυνοι: sed Latine bis usurpata legitur ab Appul. De Mundo.

\*BOTONES, um, et BOTONTINI, orum, apud Auct. rei agr. p. 225, 306. V. Bodones.

BOTRONATUM, i, n. capillorum strues corymbiata, corymbium, ornamentum feminarum, bacis margaritarum ita contextis, ut racemum uvae referant [\*V. dicta s. v. Bostrychus.]: a βοτρυς, racemus. Tert. Cult. fem. 10.

BOTRUOSUS, a, um, adj. βοτρωδής, racemosus, a βοτρυς, racemus. Plin. 12, 13, 28. Amomum fructe botruoso. Ita Salm. legit: sed Hard. myrtooso, ex omnibus MSS. et edit. libb. Appul. Herb. 66. Brionia fructu sive semine botruoso.

\*BOTRUS, i, e. uva. Vulg. Mich. 7, 1.

BOTRYTIS, ae, m. βοτρυτής, ό, gemma incipienti uvae similis: estque duplicis generis, nigra, et pampinea. Plin. 37, 10, 55.

BOTRYTIS, idis, et itis, f. βοτρυτίς, ό. Ita appellatur genus quoddam cadumiae cameris in modum uvae pendens: a βοτρυς, uva, racemus. Scrib. Comp. 24. et 220. Plin. 34, 10, 22. et Cels. 6, 6. n. 6.

BOTRYO et Botryon, onis, m. βοτρυών, uva, racemus. Pall. 3, 33. Ut vitis botryones et albos afferre possit et nigros. Adde [\*10, 17.] 12, 12. P In illo Mart. 11, 27. Nec dignam toto se botryone putat. botryonem alii interpretantur racemum uvae conditiciae; alii liquamen ex ovis piscium, quia ova sic condita ita mutuo adhaerescunt, ut in uva acini. P Est etiam botryon medicamentum quoddam apud Plin. 28, 4, 10. [\*Hoc medicamentum, observate Hard. ad Plin. l. l. ap. Sext. Empir. 17. appellabatur etiam botrys, βοτρυς, i. e. uva, quia forsitan maturae uvae modo nigresceret. B. A.]

[BOTRYODES Cadmia, eadem quae botrytis. Sic de Morgagni sententia legendum putant Gesn. et Schneid. ad Veg. Veter. 4, 11. F.]

BOTRYS, vos, f. βοτρυς, Graece racemum uvae significat. A Plin. 25, 7, 36. et 27, 4, 11. ita appellatur herba quaedam, quae et artemisia et ambrosia dicitur. Aliam iisdem nominibus appellatam describit ib. 8, 31, 8. V. AMBROSIA. P [\*Item oppidum Phoeniciae. Plin. 5, 20.]

[BOTTIAEI, orum, m. plur. incolae Bottiaeae, quae est parvus tractus Macedoniae, versus sinum Thermaicum, inter Axium et Ludiam amnes, ubi est Pella, de quo Liv. 26, 25. Plin. 4, 11, 18. Beni, Corpilli, Bottiaci. F.]

BOTULARIUS, ii, m. qui botulos conficit et vendit. Sen. ep. 56. Et botularium cogita, et crustularium, et omnes popinarum institores.

BOTULUS, li, m. βούλος, βόσση, genus farcinis vel ex carne minutatim concisa, cujusmodi dicitur [\*Cervelatwurst], vel ex sanguine animalium intestinis infuso, et percocto, quod vulgo vocant [\*Blutwurst]. Gell. 16, 7. Laberius in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat. Mart. 14, 72. Qui venit botulus medio tibi tempore brumae, etc. Tert. Apol. 9. Botulos cruore distentos admovetis. Adde Arnob. 2, 73. P Aliud hujusmodi farciminum genus describit Ap. V. BOTELLUS. P Translate Tert. De jejun. ade. Psych. 1. appellat Psychicorum botulos interiores intestina cibis luxuriosis farta, exteriores vero di-

stenta libidine veretra. P Gell. l. c. hanc vocem enumerat inter vocabula sordidiora, quibus Laberius usus est.

BOVA, ae, f. V. BOA. P In illo Varr. apud Non. 1, 95. Aes defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, etc. Turneb. 17. interpretatur vas vinarium longum turgidum, et amplum, boaeque seu bovae serpentis similem. Sed alii leg. obbam.

BOVATIM, adv. boum genere: item ad similitudinem boum. Ita exponit Non. 1, 190., et auctorem affert Nigidium. Al. leg. Boatim.

\*BOVENNA, ae, insula prope Sardiniam. Tab. Peut. B. A.

[BOVIANENSIS, ae, adj. ad Bovianum pertinens, Samnii oppidum, nunc Bojano. Bojanenses, ium, sunt incolae illius oppidi. Inscr. ap. Roman. Topogr. Napol. T. 2. p. 443. Clodio Octaviano U. C. ordo Bovianensium patrono jam privato. F.]

BOVIANUS, a, um, adj. ad Bovianum pertinens. Est autem Bovianum duorum oppidorum in Samnio nomen, quorum alterum Bovianum vetus, nunc Bojano, de quo Liv. 9, 31.; alterum Bovianum Undecimanorum, quod eo milites legionis undecimae coloni deducti sunt. Plin. 3, 12, 17. P De priore Sil. 9, 566. Qui Batulum Nucrasque mentunt, Boviania quique Exagitant lustra.

BOVICIDIUM, ii, n. caedes boum. Solin. 1. Ritus sacrorum, factis bovicidiis, Potitios docuit.

BOVILE, is, n. βούλιον, βοουλίσιον, statio duorum boum in stabulo. Phaedr. 2, 8. Et opportuno se bovili condidit. Al. leg. bubili. [\*Veg. R. 3, 1. Bovile loco sicco statuendum est.] Cato etiam et Varr. usi sunt, teste Charis. 1. p. 81. Sed idem Varr. L. L. 30. docet a bove non bovine, sed bubile dici, quod certe multo est usitatius. V. BUBILE.

\*BOVILLA, βοουιλία Vet. Gloss. B. A.

BOVILLAE, arum, f. plur. vetus oppidum Latii in Appia via, quod propter parvitatem alii vicum, seu pagum fuisse dicunt: ita appellatum quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens bos jam consecratus, ibi comprehensus est. Ita docet Vet. Schol. Persii ad 6, 55. Paulo aliter Non. 2, 410. Hillas, inquit, intestina veteres esse dixerunt. Unde Bohilla (sic enim scribit) oppidum in Italia, quod eo bos intestina a vulnere trahens advenerit. Suburbanas appellant Or. Fast. 3, 667. et Prop. 4, 1, 33., quia Urbi Romae id oppidum valde vicinum fuit. P [\*Est et Bovilla, ae, singularis numeri, apud Frontin. de Colon. p. 103. B. A.]

BOVILLANUS, a, um, adj. ad Bovillas pertinens. Cic. Plan. 9. Bovillana vicinitas. Id. Q. Fr. 3, 1. Bovillanus fundus.

[BOVILLENIS, se, adj. ad Bovillas pertinens, oppidum Latii. P Bovillenses, ium, sunt incolae illius oppidi. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 654. Locus adsignatus ab C. Dissinio C. F. Quir. curatore reipublicae Bovillensium. Alia apud Fabrett. p. 456. n. 74. Albani Longani Bovillenses decuriones, h. e. decuriones Bovillenses, qui a proxima Alba Longa tunc diruta ita sunt appellati. F.]

BOVILLUS, a, um, adj. βούλος, bubulus. [\*Liv. 22, 10. in antiqua formula: ex Suillo, ovillo, caprino, bovillo grege.] Theod. Prisc. 1, 7. Bovillam pugnam joculariter vocat Cic. Att. 5, 13. caedem Clodii, qui ad Bovillas oppidum a Milone interfectus est. B. A.]

BOVINARI est conviciari, teste Festo. Alii exponunt tergiversari, cunctari malitiose: et ductum esse ajunt a bubus macilentis et in arando strigantibus. Vox est obsoleta.

BOVINATOR, oris, m. tergiversator, cunctator, qui rem malitiose differt, Lucil. ap. Gell. 11, 7. et Non. 2, 84. Hic strigosus, bovinatorque, ore improbu' duro. V. STRIGOSUS.

BOVINUS, a, um, adj. βούκος, bubulus. Theod. Prisc. de diaeta 15. Medulla bovina.

\*BOVIS, nominat. pro bos apud Petr. 62. V. BOS ad f. B. A.

\*BOVIUM, Britanniae urbecula, in agro Silurum. Anton. Itin. Hodie est Bangor. B. A.

BOVO, V. BOO.

\*BOVUS, non nisi singularem numerum capit. Nam pluralem nemo dixit. Haec Charis. 1. p. 58. neque quidquam aliud constat. B. A.

BOX, hociis, m. βώξ, genus piscis, de quo V. in BOCAS.

BR

BRABEUM, seu Brabium, aut Bravium, ii, n. βραβείον, victoriae praemium, ejus praecipue, quae in ludis publicis paritur. Hinc hodieque bravo ei acclamant, quem in aliquo certamine victorem erant. Novatian. ep. de cibis Judaic. 1. et Prud. per. 5, 538. brabii duplicis palmam tulisti. P Translate Tert. ad mart. 3. Bonum agonem subitari estis, in quo brabium angelicae substantiae politia in coelis, gloria in saecula saeculorum.

BRABEUTA, ae, m. βραβευτής, Graeca vox, qua significatur praeses et judex certaminum gymnico- rum, quique victoribus sua praemia distribuit.

Latine designator dici potest, propter similitudinem officii. Ulp. Dig. 3, 2, 4. Designatores autem, quos Graeci βραβευτές appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant. Suet. Ner. 53. Nec aliter certamina gymnica Graecia tota spectaverat, quam brabeutarum more in stadio humi assidens. P Inter agonothetam et brabeutam quidam hoc statuunt discrimen, quod ille scenicis ludis praesit, hic vero gymniciis. Sed vereor ut probari possit.

BRABYLĀ, ae, f. herba quaedam, quae spissandi vim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores, inquit Plin. 27, 8, 32.

BRACA, ae, f. ἀραξυρίς, βράξα. [Vocis etymon est a βραχος Aeolice pro βραχος, quod a βράσσω, frango: hinc bracas Eustath. appellat διεσθώγους ἱμῶν, h. e. vestem bifariam divisam. Quidquid igitur effutiant grammatici, amandanda est scriptio bracca et bracha. F.] Vestis barbarorum propria, ut Persarum, Medorum, Sarmatarum, Gallorum, Germanorum, et hujusmodi, nostris femoralibus valde similis, laxior tamen et longior, ut quae non femora solum, sed et crura, imo et ventrem contegat. Talis putatur, quam Dalmatae e plebe adhuc gestant. A Romanis, sicut neque a Graecis, diu adhibita non fuit. Quanvis enim de Augusto narret Suet. in ejus Vita 82. femoralia et tibialia hie me gestasse; ea tamen non bracae, sed fasciae fuerunt, quibus femora et tibiae involvebat, ut praeter alios Casaub. eo loco pluribus docet. Posterioribus tamen temporibus etiam ad Romanos transit. Scribit enim Lampr. Alex. Sev. 40. in f. illum imperatorem bracas albas habuisse, non coccineas, ut prius solebant. Ex quo intelligitur aliquanto etiam ante bracas a Romanis gestari coeptas. Qui mos postea adeo invaluit, ut latis legibus coercendus fuerit. Hinc Imp. Arcad. et Honor. sanxerunt, ut nemini liceret intra Urbem bracas gestare, ut in Cod. Theod. 14, 10, 2. legitur. V. Salm. ad l. c. Lamprid. Usurpatur fere in plurali numero. Or. Trist. 5, 7, 49. Pellibus et laxis arcent male frigora bracas. Tac. H. 2, 20. Versicolore sagulo, bracas, tegmen barbarum indutus, togatos adloquebatur. Prop. 4, 10, 43. Bracae virgatae. Val. Fl. 6, 227. pictae. Id. 5, 424. Sarmaticae. [\*De bracarum usu vide Pont. in Gloss. Prisc. Gall. in braca p. 207., Berrald. et Prop. 3, 3, 17. Manil. ad Pers. Sat. 3, 53. Casaub. ad Suet. Aug. 82. et Burm. ad Anth. Lat. T. II. p. 518. qui hos collegit. Graecio τὰ Σαράβγα vocabantur. Jahn.] P In singulari. Or. Trist. 5, 10, 33. Hos quoque qui geniti Graja creduntur ab urbe, Pro patrio cultu Persica braca tegit. V. BRAX.

BRACARA, ae, f. Braga cognomento Augusta, urbs Hispaniae Tarraconensis occidentalis ad fluvium Cavado, non longe a Gallacia. Nunc pertinet ad regem Lusitaniae. Auson. de Urb. 9, 5. Quaeque sinu pelagi jactat se Bracara dives. P [\*Augusta simpliciter vocatur a Plin. 4, 20. et Bracara Augusta vel Bracaraugusta in Inscr. ap. Gruter. p. 156. n. 3. et p. 465 et 562. P Est et Bracara appellata, geminata c, in Inscr. ap. eund. p. 158. B. A.]

BRACARAUGUSTANUS, a, um, adj. ad Bracaram Augustam pertinens. Inscr. ap. Grut. 324, 11. [Alia apud Fea, fram. Cons. p. 86. M. Silaccius C. F. Col. Coranus Praef. Coh. V. Bracaraugustanorum. F.]

BRACARI, orum, m. plur. populi Hispaniae, quorum caput Bracara. Plin. 3, 3, 4. et 4, 20, 34. [\*Etiam Bracares; Plin. 3, 3. et 4, 20. B. A.]

BRACARIUS, ii, m. qui bracas conficit. Lampr. Alex. Sev. 24. Bracariorum, linteonum, vitreario- rum vectigal instituit. Al. leg. bracteariorum. Adde Cod. Justin. 10, 64, 1., ubi eadem est lectionis varietas; [quae tamen tollitur auctoritate Edict. Diocl. p. 20. Bracario pro excisura et ornatura, pro birro qualitatis primae, pro birro qualitatis secundae, pro caracalli majori, pro caracalli minori, pro bracibus, pro udonibus. Ex his apparet, bracarium Diocletiano imperante generaliter significasse vestificum, cum ei pretium pro quacumque veste assignetur. Adde apud Marin. Papir. Diplom. n. 88. pluries haberi in Diplom. an. a Chr. n. 572. exarato: Bonus vir honestus bracarius. F.]

BRACĀTUS, a, um, adj. bracis indutus. Cic. Fam. 9, 15. Bracatae et Transalpiniae nationes. Prop. 3, 3, 17. Bracatus miles. Pers. 3, 53. Bracati Medi. Cic. Pis. 23. Bracatae cognationis dedecus. Bracata cognatio est cum hominibus e natione bracata Gallorum. [\*Nempe intelligitur avus maternus Calventius, qui ex Transalpina Gallia in Italiam venerat et Placentiae consererat.] P Bracata Gallia dicta est ea Galliae pars, quae postea Narbonensis est appellata, ejus populi bracis utebantur. Ideo autem ea praecipue regio bracata dicta est, quia provincia Romanorum fuit, idque vestimenti genus et primo, et saepius propter commercium, Romani conspiciant: eoque nomine a Togata et Comata distinguebatur. Mela 2, 5., Plin. 3, 4, 5. [\*Hinc bracati dicebantur milites auxilarii ex iis Galliae regionibus, quarum incolae

fluxiore vestitu ad femora tegenda utebantur. *Amian.* 15, 5, 30, 16, 12, 43.] P Quos dixit *Juven.* 8, 234. *Bracatorum pueros*, Gallorum Narbonensium filios significavit. P Interdum *bracatus* dicitur, qui veste laxa et bracas referente indutus est. *Mela* 2, 1. Satarchae totum braciati corpus, et nisi qua vident, etiam ora vestiti.

BRACE, es, f. vox Gallica, qua significatur genus farris in Gallia provenientis, quod a *Colum.* 2, 9. *hordeum distichum* et *Galaticum* dicitur. *Plin.* 18, 7, 11. Galliae quoque suum genus farris dedere: quod illic bracen vocant, apud nos sandalam (lege *scandalam* sive *scandelam*) nitidissimi grani. Ex *brace* factum Italicum *bracciato*, belliciorum genus ita appellatum, quod armillae figuram habet, quodque vulgo Itali *brazzadella* Germani *Brätzeln* dicunt. V. SCANDALA.

BRACEUS, a, um, adj. ad bracas seu bracas pertinens. *Auct. Priap.* 74. Quod movear, non est: quia, si furaberis ipse Grandia poma, tibi bracea mala dabo, h. e. in te stuprandum malis seu testiculis, utar, quae bracibus continentur. Adde poetam jocosum fuisse in ambiguitate soni vocis *bracea*, nam *βράτσα*, h. e. brevia opponit grandibus, mala opponit pomis. Alii leg. *bracica* eodem sensu. F.]

## BRACHIA. V. BRACA.

BRACHIALE, lis, n. *βραχιόλιον, περιπέριον*, circulus armillae modo in ornamentum brachii. *Plin.* 28, 7, 23. Menstrum in lana arietis nigri, brachialis argenteo inclusum. P Reperitur etiam *brachialis*, is, m. *Trebell. Claud.* 14. Balteum inauratum unum, anulum unciatam, brachiale unum unciarum septem. P Revera haec vox adjectiva est; et, cum neutro genere effertur, cogitandum ornamentum; cum masculino *torques*, aut aliquid simile.

BRACHIALIS, le, adj. ad brachium pertinens. *Pl. Poen.* 5, 4, 99. Condamus alter alterum in nervum brachiale, h. e. brachiorum vinculo jungamur. *Plin.* 17, 17, 27, et 20, 23, 96. Brachialis crassitudo. *Vopisc. Aurelian.* 7. Torquem brachiale habeat miles.

BRACHIATUS, a, um, adj. brachiata arbor dicitur, quae ramos utrinque in brachiorum modum compositos habet. *Colum.* 5, 5. Nam duae species hujus quoque culturae sunt: alii capitatae vineas, alii brachiatae magis probant. Quibus cordi est in brachia vitem componere, convenit, ut, etc. *Plin.* 16, 30, 53. Arborum aliae ab radice brachiatae, ut ulmus: aliae in cacumine ramosae, ut pinus.

BRACHIOLARIS, is, adj. musculus brachiolaris ap. *Veg. Veter.* 1, 25. V. v. seq. F.]

BRACHIOLUM, li, n. parvum brachium. *Cat.* 61, 181. Mitte brachiolum teres. P *Brachiola* videntur esse venae quaedam in utroque latere equorum. *Veg. Veter.* 1, 25. Minuendus est sanguis ex venis, quae positae sunt in dextra et sinistra, ubi brachiola conjunguntur, et flexura fit, cum armus plicatur. Quibus vero armus est in causa, de brachiolis sanguis mittatur, quae venae positae sunt interius, ubi centuriae, i. e. musculi brachiolares sunt.

\*BRACHIONARIUM, i, n. *Gloss. Gr. Lat. ψέλιον ἀνδρός*, brachionarium. Est itaque armilla. B. A.

BRACHIUM, ii, n. *βραχίον*, [videtur ita appellatum ab Hebr. *כַּף* vectis; F.] membrum hominis a cubito ad manum, duobus ossibus constans, quorum alterum *radius*, alterum *cubitus* et *ulna* appellatur. Ita vocem brachii accipit *Cels.* 8, 1, item *ib.* 10, n. 3., ubi agit de brachio fracto. Nam reliquam partem, quae est a cubito ad humerum, *os humeri*, atque etiam *humerum* appellat: alii Latini scriptores *lacertum*. *Ov. Met.* 1, 500. laudat digitosque, manusque, et nudos media plus parte lacertos. *Tac. G.* 17. Feminae nuda brachia ac lacertos. P Ceterum saepius *brachium* dicitur totum illud, quod est ab humero ad manum. [\**Cic.* *Coel.* 5. Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus. Hoc quid sit docet *Senec. Decl.* 5. Apud patres nostros qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabant brachium extra togam exserere. Nam in toga pars quaedam in dextra parte excurrerat, quae sinus dicebatur, et in dextrum humerum ita rejiciebatur, ut obvolveret.] *Id. Or.* 18. Projectio et contractio brachii. *Id. ib.* 2, 59. Extendere brachium. *Ov. Met.* 2, 270. exserere. *Virg. G.* 1, 34. contrahere. Et *ib.* 202. remittere. *Id. A.* 5, 364. atollere. *Quint.* 2, 13. demittere. *Virg. A.* 5, 377. Jactare brachia. *Ov. Met.* 9, 210. et *ib.* 293. tendere coelo, et ad coelum. *Id. ib.* 1, 766. porrigere. *Id. ib.* 2, 82. curvare. *Varr. ap. Gell.* 16, 15. diducere. *Hor. Od.* 3, 4, 50. Fidere brachiis. *Id. Epod.* 15, 6. Lentis brachiis adhaerere alicui, h. e. amplexu adhaerere. *Id. Od.* 3, 9, 2. et *Virg. A.* 6, 700. Dare brachia collo. *Ov. Met.* 9, 458. Circumdare brachia collo. *Id. ib.* 1, 762. implicare. *Id. ib.* 3, 389. injicere. [\**Tac. A.* 15, 63. brachia exsolvere ferro, i. e. venas incidere.] P Brachia

jactare in numerum. *Lucr.* 4, 770. candida molli deducere brachia motu. *Stat. Silv.* 3, 5, 66. numeris brachia mota suis. *Ov. Rem. Am.* 754. numerosa brachia ducere. *Id. Amor.* 2, 4, 29. mollia mobiliter brachia mittere. *Lucr.* 4, 791.; pertinent haec omnia ad saltationem. V. SALTO. P Translate *praebere brachia sceleri* ap. *Ov. Her.* 7, 126. est dare manus et cedere scelus facienti. P *Molli* aut *levi brachio aliquid agere* est remisse, leniter, vel negligenter agere. *Cic. Att.* 2, 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas. *Id. ib.* 4, 16. Consules, qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. P *Dirigere brachia contra torrentem* ap. *Juven.* 4, 89. proverbialis locutio est, sumpta a natantibus, qui si adverso flumine natare velint, vi aquae abripiuntur. Dicitur de iis, qui majori potentiae resistere volunt. P Per similitudinem tribuuntur brachia multis animalibus, ut loliginibus, sepiis, polypis, scorpionibus, cancris, et hujusmodi, quae similia humanis brachiis membra habent. *Plin.* 9, 29, 47. de navilio pisce: Prima duo brachia retorquens membranam extendit, etc. *Id.* 11, 48, 108. Octonos pedes esse dicimus polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium movent, pedes in orbem, aut in obliquum. Et *ib.* 37, 86. Leoni in feminum et brachiorum ossibus exigua medulla, h. e. pedibus anterioribus. *Virg. G.* 1, 34. jam brachia contrahit ardens Scorpius. *Plin.* 9, 31, 51. Dextrum brachium omnibus cancris majus. P In arboribus. *brachia* sunt rami, seu potius minores rami e majoribus erumpentes. *Virg. G.* 2, 298. de aesculo: Tum fortes late ramos et brachia tendens. (*Adde Val. Fl.* 8, 114.) *Id. ib.* 368. de vitibus: tunc stringe comas, tunc brachia tonde. (*Adde Colum.* 4, 21., et V. DURAMEN.) *Plin.* 16, 34, 62. Omnium hederarum generi radiciosa brachia. *Id.* 13, 9, 18. In brachia ramorum spargi. P Item mari, ubi ex oceano per medias terras variis sinibus se effundit. *Ov. Met.* 1, 13. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. P In munitionibus sunt projecti aggeres, aut fossae, et hujusmodi opera in longum protensa ad claudendum et muniendum. *Liv.* 4, 9. *extr.* Et alia parte consul muro Ardeae brachium injunxerat, qua ex oppido sui commeare possent. [\**Communicationslinie.*] Et 22, 52. Brachio objecto, flumine eos excludit. [\**V. Drak.* ad h. l.] Et 44, 35. Degressus ad imam partem castrorum, veluti per devexum in mare brachium transitum tentaturus. Et 38, 5. Superato brachio in urbem penetrat. *Lucan.* 3, 386. densas tollentia pinnas Cespitibus, crudeque extraxit brachia terra. *Id.* 4, 266. Aut circum brachia fontes. *Suet. Claud.* 20. Portum Ostiae extruxit, circumducto dextra sinistraque brachio. *Auct. B. Al.* 30. Castellum brachii cum opere castrorum conjungere. *Adde Auct. B. Afr.* 56. et *B. Hisp.* 13. Simile est illud *Curt.* 6, 4. Duo terrae ejus velut brachia excurrunt. Et *Prop.* 3, 20, 24. Scandam ego Theseae brachia longa viae. Et *Plin.* 5, 27, 27. Taurus mons dictus Caucasus, ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis. P In navi sunt antennae, veluti brachia mali. *Virg. A.* 5, 829. Attolli malos, intendi brachia velis. [\**Stat. Silv.* 5, 1, 244. lataque veliferi porrexit brachia mali.] P Denique in balistis *brachia* sunt, quae extenduntur et remittuntur in jaciendo. *Vitr.* 1, 1. P *Vult Manut.* in *Orthogr.* scribi brachium duplici cc. ex *Virg. Carpens.* et aliis veterib. libb. Sed ea scriptio non obtinuit.

BRACHMANAE, arum, et Brachmanes, num. m. plur. *Βραχμῆνες*, sapientes in India ceteri diligentissimi siderum observatores, alterum genus gymnosophistarum. Nam Bardesanes Babylonius gymnosophistarum duo tradit genera, quorum illi, qui ex generis successione veluti hereditariam sapientiae professionem amplectebantur, *Brachmanae* dicti; qui vero electione ad philosophiae professionem assumebantur, Samanei. Ex *Strab.* 15. Horum mentio fit etiam ab *Appul. Flor.* n. 15. et a *Tert. Apol.* 42. et ab *Ammian.* 23, 6. et 28, 1. Eos quoque suppresso nomine, describit *Curt.* 8, 9. P A *Plinio* memorantur *Brachmanae* populi circa Gangem 6, 17, 21.

\*BRACHODES, *Βραχώδες*, prom. Africae, in extremo cornu Syrtis parvae. *Plin.* 4, 3. B. A.

BRACHYCATALECTUM et Brachycatalecticum metrum, *βραχυκατάληκτον, βραχυκαταληκτικόν*, dicitur cui pes deest. *Diomed.* 3, p. 501. et *Serv. Centim.* p. 1817.

BRACHYLOGIA, ae, f. *βραχυλογία*, quae Latine dici potest *copulata dissolutio*, figura est, qua conjunctiones omittuntur, cum quid instantius dicitur, et singula inculcantur, et quasi plura fiunt, ut in illo *Cic. contr. conc. Metell.*: Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad senatum adduci jussi, in senatu sunt positi, etc. Haec *Quint.* 9, 3., qui tamen ipsam vocem tum hoc loco, tum infra *eod. cap.*, tum etiam 8, 3. Graece scribit: est enim a *βραχύνω*, brevis, et *λόγος*, sermo. Dicitur etiam *Asyn-deton*. V.

BRACHYSYLLABUS Pes, *βραχυσύλλαβος*, idem

qui tribrachys, tribus syllabis brevibus constans, ut *legere. Diomed.* 3, p. 475.

\*BRACICUS vel Braccicus, a, um, ad bracas pertinens, in braccis latens. *Priap. carm.* 74, 2. si lectio certa. Si furaberis ipse Grandia mala, tibi braccica mala dabo. *Sensus obscenus. Priapus loquitur.* V. BRACEUS. B. A.

BRACEA, ae, f. *πέταλον*, lamina tenuis ex metallo, vel alia quapiam materia, quae alicui rei superinducitur. Videtur esse a *βράτσειν*, crepitare, quia bractea jactata manu plicatur et crepitat. Differt a lamina, quae crassior est et durior. *Virg. A.* 6, 208. Talis erat species auri frondentis opaca llice: sic leni crepitabat bractea vento. *Lucr.* 4, 728. ut aranea bracteaque auri. *Ov. A. A.* 3, 232. Aspice, quam tenuis bractea ligna tegat. *Mart.* 8, 33. astuti derasa est ungue ministri Bractea. *Plin.* 16, 43, 84. Ut una arbor saepius veniret, excogitatae sunt et ligni bractea. P Per similitudinem *bractea viva* dicitur a *Mart.* 9, 62. pellis ovium auratum vellus habentium. P Translate *Solin. ep. ad Advent. praef. Polyhist.* 2. Cui libro si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei inesse, quam bractea eloquentiae deprehendes, h. e. fucum verborum. P Scribitur et *brattea*, sed minus recte. *Pier.* ad *Virg. l. c.* docet, eos qui *brattea* scripsere, deceptos esse characteribus Longobardicis, in quibus c et t eadem paene forma figurantur. Addit, juniores quosdam etiam *bractea* scripsisse, sed contra omnes orthographiae leges.

BRACEALIS, le, adj. ad bracteam pertinens. *Prud. peri. steq.* 10, 1024. Nec non et auro frons coruscat hostiae, Setasque fulgor bractealis inficit.

BRACEAMENTUM, ti, n. *Fulgent. Planc. de contin. Virg. init.* Aseraei fontis bracteamto saturior, h. e. poetica facundia: ea ratione, qua bractea eloquentiae dicit *Solin.* V. BRACEA.

BRACEARIUS, ii, m. qui bractea facit, *πυλαουργός*. *Inscr.* ap. *Grut.* 1074, 12., at emendatio apud *Visconti Mus. Jenkins.* cl. 1. n. 5. Concordiae collegi Brattiariorum (leg. *Bracteariorum*) et inauratorum Q. Hordionius Primigenius S. P. D. *Firmic. Mathes.* 4, 15. Facit enim artifices, inauratores, bractearios, argentarios. [\**Adde ib.* 8, 26.] V. BRACARIUS. P *Bractearia*, ae, f. quae bractea facit. *Inscr.* ap. *Don.* cl. 8. n. 19. Fulvia Melema bractearia.

BRACEATOR, oris, m. *πυλαουργός*, bractearius. *Firmic. Mathes.* 8, 16. Aurifices, bracteaiores, inauratores. [\**Inscr.* ap. *Don.* cl. 9. n. 1.]

BRACEATUS, a, um, adj. bracteis, et fere semper aureis, inductus. *Sen. ep.* 41. Bracteaes leo, h. e. jubam auratam habens. *Sidon. ep.* 8, 8. Sellae gestatoriae bracteaes. *Id. ep.* 2, 10. in *carm.* Bracteaes lacunar. *Adde Capell.* 1. p. 20. Comae bracteaes. P Translate *Sen. ep.* 115. Omnium istorum quos incedere altos vides, bractea felicitas est, h. e. fucata, non sincera, non solida, ut quae in exteriori tantum specie et velut crusta consistit. P *Bractea dictum* est elegantissimum et ornatissimum. *Auson. Grat. act.* ad *Gratian.* 8. O mentis aureae dictum bractea!

BRACEOLA, ae, f. parva bractea. *Juven.* 13, 150. minor exstat sacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis et faciem ipsam Neptuni, qui bracteaolam de Castore ducat. *Adde Arnob.* 6, p. 205.

\*BRADANUS, i, Italiae flumen, a Mediolano per Picenum fluens. *Anton. Itin.* B. A.

BRADUA, ae, m. a *βραδύς*, tardus, gravis corpore. Cognomen Romanum plurimum consulium, ac praecipue an. a Chr. n. 191., de quo multa habet *Marin. Frat. Arv.* p. 181. M. Valerius Bradua Mauricus. F.]

\*BRAGAE, insulae quaedam deserta, in Arabia. *Plin.* 6, 26. B. A.

\*BRANA, oppidum in Hispania Baetica. *Plin.* 3, 1. si lectio certa. B. A.

BRANCA, ae, f. idem quod extremus pes. *Vet. Auct. De limit.* ap. *Goes.* p. 310. Branca lupi, branca ursi. F.]

## BRANCE. V. BRACE.

BRANCHIAE, arum, f. plur. *τὰ βράγχια*, sunt partes hiantes in piscibus folium more juxta cervicem, quibus anhelitum reddere, ac per vias respirare existimantur: a *βράγγος*, guttur, quia gutturis officio in reddenda aqua, quae ore accepta est, funguntur. Balaenae et delphini excipiuntur, qui fistulis spirant, balaenae a fronte, delphini a dorso. *Plin.* 9, 7, 6. et *ib.* 18, 33. P In singulari munero *Auson. Mosell.* 266. Reddit mortiferos exspirans branchia flatus.

BRANCHIDAE, arum, m. plur. Apollinis Didymaei sacerdotes, apud Posideum oppidum, et promontorium Ioniae, qui locus prius Branchidarum Oraculum dicebatur. *Plin.* 5, 29, 31., *Mela* 1, 17., *Curt.* 7, 5.

BRANCHOS, i, m. *βράγγος, ὄ*, raucedo ex acris humoris in fauces destillatione proveniens. Graeca vox est, sed Latine scripta legitur apud *Coel. Aurel. Tard.* 2, 7.

BRANCHUS, i, m. *Βράγγος*, filius Simari, et filiae cujusdam Patroni, quae cum gravida esset,



vidit in somnis per fauces suas introisse solem, et exisse per ventrem: ideo infantem quem peperit, Branchum vocavit, ἀπὸ τῶν βράγγλων, hoc est a faucibus. Alii patrem ei assignant ipsum Apollinem, et matrem quandam Jauci filiam, Sucronis uxorem. Hic cum in silvis Apollini occurrisset, eumque osculatus esset, accepit ab eo coronam et virgam, et vaticinari coepit, subitoque nusquam comparuit. Ideo templum ei factum est, quod Branchiaden appellavere: et Apollini quoque Philesio (ἀπὸ τοῦ φίλου, osculari) templa sunt consecrata, quae ab osculo Branchi, sive certamine puerorum, philesia sunt nuncupata. Haec et alia plura *Vet. Schol. Statii ex Varrone*, ut quidem ait, tradit. Meminit hujus Branchi *Stat. Th. 3, 479. et ib. 8, 198.*

\*BRANCOSI, orum, Indiae populi, cis Gangem. *Plin. 6, 20. B. A.*

\*BRANNODUNUM, i, oppidum Britanniae, in agro Icenorum. *Notit. Imper. B. A.*

\*BRANONIUM, i, oppidum Britanniae, in regione Cornavorum. *Anton. Itin. B. A.*

BRASMA. V. BRECHMA.  
BRASMATIAE, arum, m. plur. βρασμάτια, Graece dicuntur ebullitiones, aestus veluti aquae ferventis, et sursum agitatae: a βράζω, ferveo, bullio. Hinc *Ammian. 17, 7* docet, *brasmatis* appellari terrae motus quandam speciem, qua humus molestius suscitatur, sursumque propellit immanissimas moles, ut in Asia cum Delos emersit, quae antea maris undis tecta fuerat. [\**V. Wagner. ad h. l. Tom. II. p. 276.*]

BRASSICA, ae, f. βράσση, [etymon a βράσσω, sono; nam a crepitatione ita appellata videtur, ut etiam *bractea F.*] genus oleris frequentissimi et usitatissimi, caule et foliis magnis, cujus plura genera recenset ac describit *Plin. 19, 8, 41. et 20, 9, 33.* post *Cat. R. R. 157*, qui eam miris laudibus commendat. [\**Col. 10, 120.*] *Cic. N. D. 2, 47*. Vites a caulibus brassicisque, si propter sati sint, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur. P. Brassica Pompejana ea esse creditur a quibusdam, quae ab Italis *cavolfiore*: brassica Sabellica, *broccoli*. Sed de his ad botanicos. Habet etiam multos olus hoc usus in medicina, quos refert *Plin. l. c. 20, 9, 33. et Cato ib.* Quin per DC. fere annos solum brassicam in medendis morbis Romanos adhibuisse, scribit ex Catonis testimonio *Plin. ib. et Plin. Valer. 4, 29.*

BRASTAE, arum, m. plur. βράστια, eadem terrae motus species, quae *brasmatis* dicuntur: quod V. Haec quoque Graeca vox est, a βράζω, ebullio; legiturque apud *Appul. de Mundo p. 65, 25.*

[BRATHY, ys, n. βράθυ, herba apud *Plin. 24, 11, 61*. Herba Sabina, brathy appellata a Graecis duorum generum est. Adde *Appul. Herb. 85. Scribon. Compos. 154*. Habet genitivum brathys. F.]

BRATTEA. V. BRACTEA.  
\*BRATTIA, ae, insula maris Hadriatici, prope Illyricum, hodie *Brazza*. *Plin. 3, 26. Anton. Itin. et Tab. Peut. B. A.*

BRATUS, i, f. arbor quaedam in finibus oppidi Sittacae in Zagro monte Asiae, cupresso fusae similis, exalbidis ramis: odorem emittens cum accenditur, cedro proximum atque jucundum. *Plin. 12, 17, 39*, ubi ita legendum monet *Hard. ex MSS.*, non *bruta*, quod est in quibusdam editis.

\*BRATUSPANTIUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in agro Bellovacorum, inter Sequanam et Samaram fluvios. *Caes. B. G. 2, 13. Cellarius*, adstipulante *Mannertio*, idem oppidum hoc fuisse existimat, quod postea *Caesaromagus* audiebat. Quod si verum sit, hodie est *Beauvais*; quanquam *Danvillius* asserit abhinc annos bis centum oppidi vestigia remansisse, cui nomen fuit *Bratuspante*, aliquot millia passuum ab hodierno *Beauvais* distantis. *B. A.*

BRAVIUM. V. BRABEUM.  
\*BRAURON, onis, βραῦρον, oppidum Atticae, juxta Marathonem. *Plin. 4, 7. Stat. Th. 12, 675. Brauronia* appellatur a *Mela 2, 3. med. B. A.*

[BRAX, acis, f. βράξ, eadem ac braca. *Not. Tir. p. 157*. Brax, bracatus. Adde alium locum in V. BRACARIUS. F.]

BRECHMA, Indorum lingua significat semen piperis cassum et inane, ut est apud *Plin. 12, 7, 14*. [\**Locus Plinii est: Quod vocant brechma, sic Indorum lingua significante abortum, ubi ed. Elzev. pro brechma, sic habet brechmasin. B. A.*] P. *Dioscor.* hoc idem vocat βράγμα: ex quo quidam [\**Salm.*] etiam apud *Plin. brasma* legere malunt. [\**BREGETIO*, onis, oppidum Pannoniae inferioris. *Anton. Itin. Bregitio* audit *Ammian. 30, 20. B. A.*

\*BREGMA, atis, n. βρέγμα, a medicis proprie appellatur pars anterior capitis, supra frontem capillis tecta, quae et sinciput a Latinis dicitur. *Marc. Empir. 1*. Ad dolores capitis puerorum, maxime ejus partis, quam *Bregma Graeci* appellant. Sed pura puta vox est Graeca, et Graece scribit *Coel. Aurel. Acut. 1, 76. B. A.*

\*BREGMENTENI (MSS. *Bregmeni*), orum, populi Phrygiae. *Plin. 4, 30. B. A.*

\*BREMENIUM, i, oppidum Britanniae. *Anton. Itin. B. A.*

\*BREMETONACUM, i, Britanniae oppidum. *Anton. Itin.* Dictum est etiam *Bremeturacum. Notit. Imper.* P. *Camdeno Ribchester* videbatur esse, nempe viculus Lancastrensis: sed sententiam postea commutavit. Consentiant (ait *Wesselingius ad Antoninum*) esse *Ocerborough*, ubi praeter nomen, numi, lapides insculpti et pavimenta tessellata Romanam stationem figunt, ut praestantissimi (pergit ille) *Th. Galei* verbis utar e *Comment. p. 119. V. Rauthmelii Antig. Bretonacenses. B. A.*

[BRÉMUSA, ae, f. fremens, murmurans: a βρέμω, fremo. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut. 724, 5. Calpurniae Bremusae Flavia Thymele matri piissimae. F.*]

\*BRENDA, vel Brendum, vel Brentium, Brundisium. *V. Brunda. B. A.*

BRENNI, orum, m. plur. populi Norici in Alpiibus, quos *veloces* appellat *Hor. Od. 4, 14, 11*. Horum meminit etiam *Flor. 4, 12*. Eorum oppidum creditur esse *Bruneck* in comitatu Tyrolensi. P. Apud *Hor. al. leg. Breuni*, [quod praefereendum videtur; nam *Breunos* in Vindelicis ponit *Ptolem. 2, 13*. intra *Lycum* et *Oenum*, eosque memorat *Inscr. ap. Don. T. 1. p. 561*. Marti sacrum nomine C. Geminii Prisci Praef. Coh. 1. *Breunorum* libero comitatu. F.]

BRENNICUS, a, um adj. ad Brennum pertinens. *Sidon. carn. 7, 561*. cum *Brennica* signa Tarpejum premerent.

BRENNUS, i, m. dux Gallorum, qui Romanos ad Alliam fudit urbemque cepit, ut est ap. *Liv. 5, 38. et Serv. ad A. 6, 826*. P. Dicitur Brennum condidisse, quae postea *Verona* dicta est. Apollinis Delphici templum praedae causa ingressus, iram numinis se ipsum interfecit. *Val. Max. 1, 1, n. 18*. P. Est etiam *Brennus* mons Galliae cisalpinae, *Brixiae* proximus.

[BRENTESIA, ae, m. *Brenta*, idem ac *Medoacus* major, flumen Patavium urbem praeterehens. *Messala, Aug. progen. 10*. Antenor adverso flumine, quod *Brentesia* dicitur, sursum contendens, terra potitus, sedem sibi suisque elegit. Alii male leg. *Brentesia*. P. Idem flumen a *Venant. Vita S. Martini, 4, 677*. vocatur *Brinta. F.*]

\*BRENTONICUM, i, oppidum Tridentinorum secundum *Paul. Diac. Langob. 3, 31. B. A.*

BREPHOTROPHIUM et Brephotrophium, ii, n. βρεφοτροφειον, locus, in quo infantes aluntur et educantur, Graeca vox a βρέφος, infans, et τροφή, nutritio. *Imp. Justinian. Cod. 1, 2, 19.*

BREPHOTROPHUS, i, m. βρεφοτροφος, qui alit infantes. *Imp. Justin. Cod. 1, 3, 42. §. 9. V. v. praec.*

[BREUCI, orum, m. plur. Pannoniae populi. *Plin. 3, 25, 28*. Savus per Colapianos, Breucosque defluit. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 5. C. Minicio C. Fil. Vel. Italo Praef. Coh. 1. Breucor. Equit. C. R. F.* P. \*Sunt et Alpini populi in Rhaetia, Vindelicia versus, Genauis vicini. Hic melius scribitur *Breuni* cum *Plin. 3, 20. Hor. Od. 4, 14, 11. edd. Bentl. et Jani et Flor. 4, 12. post init. B. A.*]

\*BREUCOMAGUS, i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Triboccorum, dictum et Brocomagus in *Tab. Peut.* Hodie, credunt, est *Brumt* vel *Brumat* in Alsacia.

BREVIARIUM, ii, n. βρεβιαριον, summarium, compendium, epitome. *Sen. ep. 39*. Haec, quae nunc vulgo *brevarium* dicitur, olim, cum Latine loqueremur, summarium vocabatur. *Suet. Gramm. 10. Breviarium rerum omnium Romanarum. Id. Galb. 12. Breviarium rationum.* [\**Breviarium imperii* apud *Suet. Aug. 101*. quod idem 28. *rationarium imperii* dicit, et *Cal. 16. rationes imperii*. Fuit is libellus, in quem, ipso docente *Suet.*, numerus legionum ac classium, magnitudo aedium publicorum etc. relatae erant. Videtur igitur comparari posse quod nos diceremus *ein Staatsinventarium.*] *Plin. 18, 26, 62*. Peragere *brevarium totius culturae.* [\**Suet. Vesp. 21*. simpliciter dicit *brevarium nobis ein Wirtschaftsbuch*. Apud *Nep. Att. 13*. appellatur libellus in similem usum scriptus *ephemeris.*]

BREVIARIUS, a, um, adj. in compendium reductus. *Scaev. Dig. 33, 8, 26*. Cum rationibus *brevariis* et sortem et usuras complexus sit.

BREVIATIO, onis, f. contractio, decrementum. *August. ep. ad Hesych. 80. med.* Breviatio dierum.

BREVIATOR, oris, m. qui in compendium redigit. *Oros. Hist. 1, 8*. Pompejus historicus, ejusque *breviator* Justinus. P. [\**Breviator* est etiam *brevis*, i. e. tabellarum, in quibus nomina debitorum consignabantur, scriptor. *Novell. 105, 2, 4*. Nec his, qui vocantur *breviatores*, adulterare aliquid horum, quae a vobis disposita sunt, liceat.]

BREVIATUS, a, um, partice. a *brevis*, *brevis* factus, contractus. *Paulin. Nolan. carn. Nat. S. Fel. 24, 9, 13*. et *breviatas* Cogit hiems horas. *Sidon. ep. 2, 2*. Non *breviatis* angustatisque gradi-

bus ascenditur. *Sev. Sulp. Hist. sacr. 1, 1*. Ea, quae de sacris voluminibus *breviata* digessimus.

BREVICULUS, a, um, adj. dimin. *brevis*. *Pl. Merc. 3, 4, 54*. Homo ventriosus, bucculentus, *breviculus*. *Front. de eloq. Coturnicum* potius *pinnis breviculis*, quam *aquilarum majestate* volitare. *Appul. Met. 1. p. 107, 18*. *Grabatulus breviculus*. Et *ib. 6. p. 183, 35*. *Breviculo* tempore. P. *Breviculum*, vel *Breviculus*, i, absolute, est parvus libellus, *brevis scriptura*. In *Cod. Justinian. l. 7. titulus 44. et in Cod. Theod. l. 4. titulus 17*. inscribuntur *De sententiis ex breviculo recitandis*. In legibus enim, quae eo titulo continentur, praecipitur, ut *judices sententias suas perscribant et ex libello partibus legant*. Ita *Budaeus, Alciat. et alii*. *Cujac. vero in Cod. 4, 19. ad leg. 5, 6, 7. in fin. legi jubet ex periculo*: sed non satis probat, ut *apparet sedulo examinanti auctoritates*, quas affert. Denique alii volunt *legi ex periculo*, quod in quibusdam ex infima Latinitate scriptoribus *paricula charta* accipiatur pro exemplo seu descriptione, ut est in *Gloss. Du Fresne*.

\*BREVIGERULUS, i, m. qui breve gerit. *Isid. Gloss.* Ex eo intellectu fortasse esse *Gesnerus* censet, quo *breve* i. q. epistolam significat *barbara aetate. B. A.*

BREVILOQUENS, entis, adj. βραχυλόγος, qui breviter et pauca loquitur. *Cic. Att. 7, 20*. *Breviloquentem* jam me tempus ipsum facit.

BREVILOQUENTIA, ae, f. βραχυλογία, *brevis sermo*, pauca verba. *Cic. fragm. ap. Sen. 22. epist. mor.* (ita enim refert *Gell. 12, 2*.) *Breviloquentiam* in dicendo colat. Addit *Gell.* reprehendi a *Seneca* Ciceronem, quod *breviloquentiam* et *suaviloquentiam*, *Euniana* verba, usurpaverit.

\*BREVILUQUUS, a, um, vel *Breviloquis*, e, adj. βραχυλόγος. *Gloss. ambo Labbaei: item H. Steph. p. 413. B. A.*

BREVIO, as, avi, atum, a. 1. βραχύνω, *brevis* facio, *abbrevio*. *Quint. 1, 9*. Versus *paraphrasi* *audacius* *vertere*, qua et *brevis* *quaedam* et *exornare*, salvo modo *poetae sensu*, permittitur. [\**ib. 5, 13, 41*. Si *callide* *quid tacuisse*, *brevis*, *obscurasse* dicuntur.] *Id. 11, 3*. *Breviatur* *cervix* et *gestum* *quendam humilem* atque *servilem* *facit*, cum se in *habitu* *metus* *fungunt*. Adde *Manil. 3, 461*. [\**Ex illa* *totidem* *per partes* *sic* *breviatur* *lanigeri* *ad fines*. *Lactant. Epit. Praef. Prolixa* *laniari* (in scribendo). P. Est tamen haec vox apud *argenteae aetatis* *scriptores* *tantum* *usurpata*. *Vid. Cellar. Cur. Poster. p. 202. Vorst. Not. ad Sulpic. Sec. 1, 1. Censorino* etiam ex *Ms. restituit Barth. Advers. XXVII. 19*. quem vide. Haec *collegit Burn. ad Anth. Lat. 1, 89. T. 1. p. 76. Jahn. 1*. P. *Breviare syllabam* est *brevis* *mora* *proferre*. *Quintil. 12, 10*. *Detrahit* *aspirationem*, *breviavitque* *secundam* *ejus* *nominis* *syllabam*.

BREVIS, ve, adj. βραχύς, qui *parvo tempore* fit: cui opponitur *longus* et *diuturnus*. *Cic. Amic. fin.* *Omnia brevia* *tolerabilia* *esse* *debent*, etiam si *magna* *sint*. *Id. Arch. 11*. In hoc tam *exiguo* *vitae* *curriculo* *et* *tam* *brevi*. *Id. Fam. 12, 2*. *Respublica* *brevi tempore* *jus* *suum* *recuperabit*. P. *Brevi* *idem* *est* *ac* *brevi tempore*. *Cic. Ver. 2, 5, 54*. *Brevi* *postea* *est* *mortuus*. *Gell. 1, 15. ad fin.* *Brevi* *antequam* *moreretur*. et *13, 18*. *Fuit* *Aeschylus* *non* *brevi* *antiquior*. [\**Monendum* *tamen*, *comparativum* *brevius* *non* *recte* *usurpari* *ad* *temporis* *notionem* *significandam*. *Bremi* *ad Suet. Dom. 18*.] P. *In brevi* *pro brevi* *rarem* *est*. *Quint. 9, 4. ante med.* Haec *arbitror*, ut in *brevi*, de *ordine* *fuisse* *dicens*. *Auct. ep. ad Octav.*, *quam* *quidam olim* *Ciceroni* *tribuebant*. *O miserum* *et* *in* *brevi* *tam* *celerem* *et* *tam* *variā* *reipublicae* *commutationem!* [\**Adde Flor. 1, 1, 15*.] P. Significat etiam *brevi* *pauca* *verbis*. *Cic. Fam. 3, 8*. *Tamen* *cum* *tu* *multis* *verbis* *ad* *me* *scripsisses*, *faciendum* *mihi* *putavi*, *ut* *tuis* *litteris* *brevi* *responderem*. [\**Id. Leg. 2, 14*. *Reddam* *brevi*. *Sext. 45*. *Brevi* *circum* *scribi* *potest*. *Unde* *apparet* *errare* *eos*, *qui* *praecipitur* *brevi* *de* *tempore* *tantum* *adhiberi*.] P. *Ad breve* (*subaudi tempus*). *Suet. Tib. 68*. *Oculi*, *qui* *noctu* *etiam* *et* *in* *tenebris* *viderent*, *sed* *ad breve*. P. Dicitur etiam *brevis*, qui *parvo tempore* *durat*. *Hor. Od. 2, 3, 14*. *nimum* *breves* *Flores* *amoenae* *ferre* *jube* *rosae*. Et *ib. 14, 24*. *Brevis* *dominus*. Et *ib. 1, 36, 16*. *Breve* *lilium*. *Ter. Eun. 3, 5, 56*. *Ocasio* *brevis*. P. Item qui *pauca* *continet*. *Cic. Or. 2, 80*. *brevis oratio*. P. Item qui *pauca loquitur*. *Cic. Inv. 1, 20*. *Multos* *imitatio* *brevitatis* *decipit*, *ut* *cum* *se* *breves* *putent* *esse*, *longissimi* *sint*. P. *Breve*, *is*, n. absolute est *libellus*, in quo *summatim* *aliquid* *perscriptum* *est*. *Vopisc. Aurel. 36*. *Breve* *nominum* *conscriptum*. Et *max.* *Breve* *legit* *singulis*, *quorum* *nomina* *continebat*. *Id. Bonos. 15*. *Dabis* *ei*, *juxta* *breve* *infra* *scriptum*, *omnia* *quae* *praecipimus*. *Grut. et Salm.* ubique *legunt* *breve* *ex MSS.*, *ut* *sit* *brevis*, *is*, m. *et* *intelligatur* *libellus*. Sic *id. ib. 15*. *Brevis* *munerum* *fuit* *etc.* Et *Lampr. Alex. Sev. 21*. *Milites* *suos* *scilicet* *ubique* *scivit*, *ut* *in* *cubiculo* *haberet* *breves* *etc.* Et *Hieron. ep. 5. n. 2*. *Libros*, *quos* *me* *non* *habere* *brevis* *subditus* *edoccebit* *etc.*

*Imp. Arcad. et Honor. Cod. 1, 32, 1.* Breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverrint dirigendos. P Dicere aliquid breve [\*etwas kurz machen; paucis rem complecti.] *Cic. Sext. 5.* Longum est ea dicere: sed hoc breve dicam etc. P Facere aliquid breve. *Auct. Decl. in Sall. 1.* Jam dabo operam, quam maxime potero, ut breve id faciam. P Cogere aliquid in breve. *Liv. 39, 47.* Erant de rebus singulis in breve coactae causae. *Alio sensu Hor. Ep. 1, 20, 8. ad librum suum et scis.* In breve te cogi, cum plenus languet amator, h. e. involvi et complicari. Nam veterum volumina evolvebantur, si legi opus esset, rursusque involvebantur, si claudi et deponi. P Sumitur praeterea brevis pro exiguo, parvo. *Hor. Sat. 1, 2, 88.* Breve caput, ardua cervix. [\**Pall. R. R. 1, 29.* brevissimae offulae. *Plin. 8, 23.* Pantheris breves in candido macularum oculi.] *Id. ib. 2, 2, 37.* Breve pondus. *Id. Ep. 1, 14, 35.* Coena brevis. *Id. Od. 2, 15, 13.* census. *Or. Fast. 2, 574.* mus. *Pall. 5, 8.* Brevissimum vasculum. [\**Pall. R. R. 1, 28.* breves insulae.] *Juven. 1, 73.* Breves Gyari. *Claud. B. Gild. 107.* ex persona Romae brevior duxi securius aevum: Ipsa nocet moles. P Item pro contracto, non longo. *Or. Her. 2, 119.* Brevis coluber. *Virg. Ecl. 9, 23.* via. P Item pro humili. *Cic. Or. 2, 60.* Pusillus testis processit: sed sedebat iudex L. Aurifex, brevior etiam, quam ipse testis. *Suet. Galb. 3.* Homo brevi corpore. [\**Quint. 2, 3, 8.* Homines statura breves.] *Sen. Herc. Oct. 1640.* Brevior ilex. P *Brevia vada et brevia, ium,* absolute, sunt, ubi aqua profunda non est et transiri pedibus potest. *Sen. Agam. 572.* Has inopis undae brevia comminuunt vada. *Virg. A. 1, 115.* tres Euris ab alto In brevia et Syrtis urget. *Adde Tac. A. 1, 70.* Sic apud *Juven. 3, 226.* puteusque brevis, nec reste movendus. P Syllaba brevis dicitur, quae brevi mora temporis profertur, cui contraria est longa, aut producta. Itaque brevis syllaba dicitur esse unius temporis, longa duorum, ut *Quint. 9, 4.* docet. Hoc autem duplici ratione intelligendum est, nempe vel quantitate, vel pronuntiatione. Quantitate, ut in pedibus metricis: quo sensu *Hor. A. P. 251.* Syllaba longa brevis subjecta vocatur iambus. Pronuntiatione, cum plus, minusve morae trahitur in syllaba aliqua pronuntianda, etiam contra rationem quantitatis. Quantitas enim syllabae ex ipsius natura aut positione petitur: pronuntiatio ex usu atque instituto loquendi. Ex quo fit, ut aliquando quae quantitate longa est, brevis pronuntiatione dicatur et contra. Hinc *Cic. Or. 48.* Inclitus dicimus prima brevi littera, *Inanus* producta, *inhumanus* brevis, *infelix* longa. *V. Gell. 2, 17, et 4, 17.* Haec facilius intelligerentur, si Latinae pronuntiationis vim ac sonum legitimum, quem iam penitus amisimus, calleremus. [\**Schuetz.* de hac re in *Ind.* sic exponit: Hic non agitur de brevitate syllabarum, quae vulgo dicitur, sed de syllabae longae pronuntiatione vel acuta vel flexa, ut Germani partiuntur longas syllabas in *geschürfte* (quae pronuntiando acuntur) et *gezogene* (quae tractim pronuntiantur). Hac significatione syllaba prima in *Maasse* producte, rectius fortasse tractim (*gezogen*) dicitur pronuntiarum, in *Masse* breviter (*geschürft*).]

**BREVITAS**, atis, f. *βραχυτης*, contractio, parvitas. Tot modis accipitur quot *brevis*. *Cic. Att. 1, 10.* Brevitate temporis tam pauca egeret scribere. *Nep. Epan. 5.* Concinnus in brevitate respondendi. *Cic. Or. 51. in fin.* Omnium longitudinum et brevitatum in sonis iudicium natura in auribus collocavit. [\**Cic. Or. 57.* brevis syllabarum.] *Caes. B. G. 2, 30.* Gallis prae magnitudine corporum suorum brevis nostra contemptum est, [\*i. e. parva statura corporum nostrorum.] *Et Claud. epigr. 20. de zona etc.* Brevitas doni. *Plin. 8, 34, 52.* erurum. *Id. 12, 2, 6.* arborum. [\**Pall. R. R. 9, 3.* brevis vineae.] *Gell. 10, 26.* angusti freti. *Vitr. 7, 8.* guttae. *Plin. 18, 25, 57.* Brevitatis gratia. *Cic. Har. resp. 19. in fin.* Cuius tanta in dicendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevis fuit, ut posset, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo, h. e. stilus pressus. [\**Id. Or. 2, 80.* Narrare vero rem quod breviter jubent; si brevis appellanda est, quum verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevis, quum tantum verborum est, quantum necesse est; aliquando id opus est, sed saepe vel maxime obest in narrando. *Brut. 13.* Brevitas laus est interdum in aliqua parte dicendi; in universa eloquentia laudem non habet.]

**BREVITER**, adv. breviter seu paucis verbis, *βραχυτως*. *Cic. Or. 15. in f.* Summatim breviter describere aliquid. *Id. Fin. 4, 10.* Quod ego pluribus verbis, illi breviter. *Id. Dio. 1, 32.* Exposui, quam brevissime potui, somnii et furoris oracula. P Item brevi tempore. *Cic. Or. 48.* Quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in sapiente et felice, producte dicitur, in ceteris omnibus breviter. *Gell. 19, 1, in fin.* Cum breviter et strictim colore atque vultu motus est. P *Plin.*

2, 67, 67. Parvo brevius, quam totus, hinc aut illinc septentrio eremigatus, h. e. paulo minus quam totus. P *De loco Tib. 4, 1, 94.* equum curvo brevius compellere gyro, h. e. angustiore spatio.

**BRIA**, ae, f. *ειδος ἀγγελου*, genus vasis seu poculi, ut exponitur in *Gloss. Philox.*, sed quale tandem vas sit, ignoratur. [Etymon fortasse est repetendum a *βρῖον*, mano, scateo, unde est etiam *βρῖν*, vox infantium potum petentium, quae adhuc utuntur Venetorum infantes, vulgo *brun brun* itantes: quod videtur factum ex sono aquae ex vase aliquo defluentis.] *Arnob. 7. p. 235. (p. 295. Har.)* Date, quaeso, Diis immortalibus bibant, scyphos, brias, pateras, simpiviaque depromite. P *Charis. 1. p. 63.* non *briam*, sed *hebram* seu *ebriam* vocat; quod vel mendum est, ut quidam putant, vel dicendum, articulum cum nomine coalescente, ut *hebra* sit ex *ἡ βρῖα*, ea ratione quae temetum ex *ῥο μέθῃ* factum esse videtur. P Ab hac *bria* seu *hebra* ducunt etymologi *ebrius* et *ebrietas*, item *sobrietas*, *sobrius*. P *Charis. ib. p. 37.* docet, *hebram* esse communis generis, allato testimonio *Pomponii* in *Auctorato*: Neque ego sum *Memmius*, neque *Cassius*, nec *Mimatius* *Ebria*. [At hic *ebria* est cognomen *Mimatii*. F.]

**BRIAREIUS**, a, um, adj. ad Briareum pertinens. *Claud. Rapt. Pros. 3, 187.* nostros an forte penates Appetit centum Briareia turba lacertis?

**BRIAREUS**, i, m. *Βριαρεὺς*, vox trisyllaba; nomen est ejusdam gigantis filii Titani, vel, ut alii volunt, Aetheris et Terrae, qui in bello fortissimus fuit: ita dictus vel a *βρῖ*, valde, et *ἄρης*, Mars; vel a *βριαρός*, robustus, validus. Hunc poetae finxerunt centum habuisse brachia et quinquaginta ventres. *Virg. A. 6, 287.* Et centum-geminus Briareus et bellua Lerna. P *Homerus* narrat *I. Iliad.* Briareum suasionem Tethydis, cum *Pallas*, *Juno*, *Neptunus* alique ex Diis nonnulli adversus Jovem conjurassent, in coelum ascendisse, ut Jovi suppetias ferret, Deosque conjuratos illius adventu territos a coeptis destitisse et cum Jove in gratiam rediisse. Ubi etiam hoc addit, a Superis quidem Briareum dictum fuisse, ab hominibus autem *Aegaeonem*. P Alii Briareum inter eos numerant gigantes, qui adversus Jovem bellum gesserunt. Unde a *Virg. l. c.* cum aliis monstris in vestibulo Inferorum collocatur. *Adde Lucan. 4, 596. et Sere. ad l. Virg. c.*

[**BRICA** et **Briga** et **Briva** et **Bria**, ae, f. Veteres Galli, seu Celtae ita pontem appellabant, hinc etiamnum Germani superiores *Brücke*, inferiores *Brucke*, Anglo-Britanni *bridge* dicunt. Inde etiam plurimae civitates in Gallia et Hispania nomen sumpserunt, ut *Samarobriva*, nunc *Amiens*, *Sogobriga*, nunc *Segorbe*. *Strabo l. 7. et Stephan. Byzant. Bolar* apud Thraeces urbem, *Hesych.* vero vicum significare affirmant. Quae vero urbes apud *Ptolemaeum* in *briga* finiuntur, apud *Plinium* plerumque in *bria* exeunt. P Est etiam cognomen Romanum. *Inscr. apud Mur. 1422, 2.* Calliae *Briae* uxori. F.]

**BRIGAEICINI**, orum, populi Hispaniae *Tarraconensis*, circa *Asturiam*, quorum caput *Brigaeum* (*Brigecum*) audit *Anton. Itin.* Statio fuit legionis VII geminae, postea inde *Legio* ipsa proprio nomine appellata. Hodie est *Leon*. *Flor. 4, 12.* ubi vulgo legitur *Trigaccini*, legendum *Schellerus* censet *Brigaeicini*. B. A.

**BRIGANTES**, um, m. plur. apud *Marcell. Empir. 8.* sunt verniculi, qui cilia arare et exulcerare solent. P Sunt etiam hoc nomine populi *Britanniae*, apud *Tac. Agr. 17.*

[**BRIGANTICUS**, a, um, adj. ad Brigantes populos pertinens. Fuit cognomen Romanum. *Julius* enim *Briganticus* nepos ex sorore *Claudii Civilis* memoratur a *Tac. H. 2, 22. F.*]

[**BRIGANTINUS** lacus; nunc *Bodensee*, prope *Brigantium* oppidum *Vindelicorum* a *Plin. 9, 17, 29.* memoratus. F.]

**BRIGANTIUM**, i, oppidum *Vindeliciae*, hodie *Bregenz*, dictum *Brigantia* in *Anton. Itin.* P Item oppidum *Galliae cisalpiniae*, in *Alpibus*, et ipsum *Brigantia* appellatum in *Anton. Itin.* Hodie est *Briançon* in *Delphinatu*. B. A.

**BRIGIANI**, orum, populi *Alpini*. *Plin. 3, 20.* lidem sunt qui *Brigantii*, incolae scilicet *Brigantiae cisalpiniae*, iudice *Harduino*. B. A.

**BRIGOBANNA** vel *Brigobannis*, *Vindeliciae* oppidum. *Tab. Peut. B. A.*

**BRILESSUS**, i, *Βριλλήσος*, mons *Atticae*. *Plin. 4, 7.* Fortasse idem quod *Briletus* vel *Briletus*. *Plin. 11, 37.* Bina jecinora leporibus circa *Briletum* et *Tarnen*. et *mox*: At in *Brileto* et *Tharne* quaterni renes cervis. B. A.

**BRIMO**, us, f. *Βριμώ*, *Hecates* seu *Proserpinae* cognomentum: a *βριμώ* seu *βριμώ*, leonis voce utor terrendi causa: vel a *βριμώ*, exandresco, fremo, mitor, quod credita est pueris noctu terriculamenta immittere. *Graeci* grammatici aliquot narrant, *Mercurium* *Proserpinae* concubitum appetuisse. Quo respexit *Prop. 2, 2, 64.* *Mercurio* et sanctis fertur *Baebidos* undis *Virgineum* *Brimo* composuisse latus. *Stat. Silv. 2, 3,*

38. Immitem *Brimo*, stagna invida et invida tela. h. e. *Dianam*, quae eadem est cum *Hecate*. P *Aliter de Brimo* narrat *Arnob. 5. p. 170. (p. 213. Har.)* nempe *Jovem* aliquando matris concubitum appetuisse, (haec autem mater *Ceres* fuit) atque in taurum versum obscene in eam irruisse: qua injuria vehementer commotam *Cerem* adeo indignatam aestuasse et fremuisse, ut inde *Brimus* nomen accepit.

**BRINIATES**, ium, populi *Liguriae*. *Liv. 39, 2. post med. et 41, 19. init.* Ita ed. *Gronov.* In ed. *Drakenb.* est *Friniates*. B. A.

**BRINTA**. V. **BRENTESIA**.

**BRISA**, ae, f. vinaceus uvae, cum calcatur, vel potius vinaceorum massa, ex qua vini vel aquae affusione fit vinum secundarium: videturque esse a *βρῖον*, mano, scaturio, quia cum calcatur, vini liquorem effundit. *Colum. 12, 39.* Subactam *brisa* prelo subjicere. *Graeci* vocant *τὰ βρῖον* vel *βρῖον*. P Est etiam *Brisa*, *Βρῖσα*, promontorium *Lesbi*, in quo *Bacchus* colebatur; inde *Brisaeus* dictus. Quare in *Persii* 1, 76. ita legitur quidam: Est nunc, *Brisaei* quem *vinosus* liber *Acci*: ut *Accius* *Brisaeus* dicitur, quod *Bacchas* tragoediam scripserit, vel quod in *Bacchi* tutela esset. Alii autem putant, *Bacchum* ipsum dictum esse *Brisaeum* non a promontorio, sed ab uva, quae *Brisa* dicitur. Sed apud *Pers.* alii aliter legunt.

**BRISAEUS**, a, um, adj. V. vocem praec.

**BRISEIS**, idis, f. *Βρισηΐς*, *Lyrnessia* puella a patre *Brisa* ita appellata, cum suo nomine *Hippodamia* vocaretur. Haec, capta *Lyrnesso* urbe, *Achilli* victori in sorte cessit: postea ab *Agamemnone* erepta, implacabilis inter eos dissidii causa fuit. Detrectabat enim *Achilles* *Agamemnonis* imperium, neque unquam adduci potuit, ut arma sumeret, donec *Patrocli* mors nuntiata eum ad vindictam impulit. *Hor. Od. 2, 4, 3.* Serva *Briseis* niveo colore *Movit* *Achillem*. *Or. Amor. 2, 8, 11.* *Thessalus* ancillae facie *Briseidos* arsit. *Id. Her. 3, 137.* Respice sollicitam *Briseida*, fortis *Achille*.

**BRISEUS**, i, m. *Βρισηΐς*, disyllab. unum est ex cognominibus *Bacchi* a *Graecis* ei impositum, ut *Maer. Sat. 1, 18.* docet. *Videri* possit ductum a *βρῖον*, quam *Varinus* in *Lex.* interpretatur fontem pellucidum solvendo curis animo accommodatum. Nam vinum quoque curas jugulare solet. P Sunt qui scribunt *Bryseus*, et ducunt vel a *Graeca* voce allata, vel a *Brysea* *Laconiae* urbe, ubi praecipue *Bacchus* colebatur.

[**BRISO**, onis, m. a *βρῖον*, post sumptum cibum dormito caput inclinans, ideo deses, et gravis. *M. Antius* *Briso* trib. plebis memoratur a *Cic. Brut. 23. F.*]

**BRISOANA**, flumen *Persidis*. *Amian. 23, 23. B. A.*

**BRITANNIA**, ae, f. *Βρεταννία*, insula maxima in Oceano septentrionali. Prius dicta est *Albion* ab *Albis* montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent, deinde *Britannia* a *Britone* rege. Ab ortu abluitur Oceano Germanico, ab occ. *Hibernico*, a sept. *Caledonio*, ad mer. angusto freto a Belgio dirimitur. Dividitur in duo regna, *Angliam* in austrum, et *Scotiam* ad septentr. *Plin. 4, 16, 30.* P Ob hanc causam usurpatur etiam in plurali. *Catull. 29, 21.* Hunc *Galliae* timetis et *Britanniae*? *Adde 45, 22. et Plin. 25, 3, 6. et 33, 1, 5. V. ALBION.*

**BRITANNICIANUS**, a, um, adj. ad *Britanniam* pertinens. *Inscr. ap. Reines. cl. 1. n. 177.* *M. Secund.* *Silvanus* negotiator *cretarius* *Britannicianus*, h. e. qui in *Britannia* *cretifodinas* exercebat.

**BRITANNICUS**, a, um, adj. ad *Britanniam* pertinens, *Βρεταννικός*. *Cic. N. D. 3, 10.* Aestus maritimi *Britannici*. *Juven. 10, 14.* Quanto delphinis balaena *Britannica* major. *Plin. 4, 19, 33.* Oceanus *Britannicus*. P *Britannica* herba est, quam alio nomine *hydrolapathum* appellari quidam putant, foliis oblongis nigris, radice nigra, flore qui vibo appellatur. Utilis est ad vitia oris, ad anginas, et ad serpentum ictus. *Plin. 25, 3, 6. et Appul. Herb. 29.* P *Britannicus* fuit etiam cognomen eorum, qui *Britanniam* expugnaverunt, ut filii *Claudii* imperatoris ex *Messalina*, qui primo *Germanicus*, mox *Britannicus* fuit appellatus, ut patet ex *Suet. Claud. 27.*, tum etiam *Commodi* imperatoris. *Lampr. Commod. 8.*

[**BRITANNIS**, idis, f. idem ac *Britannica*. *Priestian. Perieg. 577.* Ast aliae Oceani juxta boreotidas actas Sunt geminae, *Rhenique* *Britannides* ostia cernunt, h. e. insulae *Britannides*, nempe *Albion* et *Hibernia*. F.]

**BRITANNUS**, a, um, adj. *Britannicus*. *Prop. 2, 1, 86.* *Esseda* caelatis siste *Britanna* jugis. *Juven. 15, 111.* *Gallia* caudicibus docuit facunda *Britannos*. *Claud. II. Cons. Stilich. 301.* Canes *Britannae*. P Substantiv. *Britannus*, i, et in plur. num. *Britanni*, orum, *Britanniae* populi. *Hor. Epod. 7, 7.* Intactus aut *Britannus* ut descenderet *Sacra* catenatus via. *Virg. Ecl. 1, 67.* Et penitus toto divisos Orbe *Britannos*. [\*V. voc. seq.] P Sunt etiam *Britanni* populi *Galliae*, qui et *Britones* appellantur. *Sidon. ep. 1, 7. et ep. 9, 9.* P

Primam syllabam, quam poëtae passim corripunt, produxit *Lucr.* 6, 1104. Nam quid Britannis coelum differre putamus. Ex quo quidam putant etiam duplici *tt* scribi posse.

**BRITO**, onis et ònis, m. idem qui Britannus. *Auson. epigr.* 110. Silvius hic Bonus est, quis Silvius? iste Britannus. Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est. [\**Brito* deducit *Camdenus* in Britannia p. 27. a verbo *Brit*, quod proprie versicolore, depictum et coloratum esse statuunt. Eum sequuntur *Tempelius* et *Cannegieter de Brittenb.* p. 6. et *Schrader. Observat. Lib. 1. Cap. 1.* p. 6. *Pontanus* in *Gloss. Prisc. Gall.* p. 210. eos Britonas a vicinis vocatos putat, quod in ore semper haberent vocab. *prut*, quod exultum et politum designet. Aliam etymologiam eamque phoeniciam proposuit *Bochart*, quem sequitur *Rapin.* in *Introd. ad Hist. Angl.* p. 5. Utrorumque sententiam improbat *Schrader.* l. d. *Jahn.*] P Sunt etiam populi Galliae ad Oceanum Britannicum siti, quorum regio *Britannia minor* dicitur. *Juven.* 15, 124. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam. *Mart.* 11, 21. Quam veteres braccæ Britonibus pauperis et quam etc. P Sunt qui putant, nec absurde, etiam *Ausonium* Galliae populos designare, non insulae Britanniae. Nam illi quoque *Britanni* dicuntur. P Scribitur et *Britto. Inscr.* ap. *P.* 569, 5. M. *Ulpio Justo* Vix. annos XLV. natione Britto etc.

**BRITOMARTIS**, is, f. *Βριτομαρτίς*, Cretica vox, quae dulcem puellam significat, ut *Solin.* 11. docet. Cretes hoc nomine Dianam appellaverunt, ut *Id. ib.* tradit. Sed alii nympham quandam Cretensem fuisse dicunt, quae ut vim suae pudicitiae imminuentem effugeret, in mare se praecipitavit. V. dicta in *APHAEA. Claud. II. Cons. Stil.* 251. Ignea Cretaea prope Britomartis ab *Ida.*

**BRITTH. V. BRUTTH.**

**BRILITAE**, arum, m. plur. incolae Briulæ [\**leg. in Notit. Prov.*], Lydiae urbis, in cujus nummis apud *Eckhel. D. N. V. T. 3.* p. 96. est *ΒΡΙΟΛΑΙΤΩΝ* et *ΒΡΙΟΛΑΙΤΩΝ.* *Plin.* 5, 29, 31. Mastauraenses, Briulitæ, Hypæpeni. *F.*

**BRIXELLANUS**, a, um, adj. ad Brixillum pertinens, quod est oppidum Galliae Cisalpinæ ad Padum fluvium inter Parmam et Mantuam, non procul a Rhægio Lepidi, nunc *Bersello. Plin.* 7, 49, 50. et *Suet. Oth.* 9. Hinc *Inscr.* apud *Grut.* 1057, 1. L. Callidus Primus Brixellanus etc. P Legitur et *Brixillum* et *Brixillanus* in *Inscr.* apud *Murat.* 2039.

**BRIXENTES**, um, Rhaetiae populi, ubi nunc *Brixen* in Comit. Tyrol. *Plin.* 3, 20. *Βριζάνται* sunt *Ptol. B. A.*

**BRIXIA**, ae, f. *Brescia*, clara urbs Transpadanae regionis ad Melam fluvium, coloniam olim Romanorum. *Liv.* 32, 30. *Plin.* 3, 19, 23.

**BRIXIANUS**, a, um, adj. ad Brixiam pertinens. *Liv.* 21, 25. *extr.*, *Tac. H.* 3, 27., *Inscr.* ap. *Grut.* 397, 1. et 631, 6. et 1098, 1. et 1100, 8. et apud *Murat.* 1034, 4. et alibi.

**BRIXIAS** vel Brixia, ae, flumen Asiae ulterioris, in Elymaide. *Plin.* 6, 27. ubi ablat. *Brixia* reperitur. *B. A.*

**BRIXIENSIS**, se, adj. idem qui Brixianus. *August. ep.* 222. *edit. Benedic. Paris.* Philastrius quidam Brixianus Episcopus, quem cum Sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi. Idem *Augustin. Haeres.* 41. hunc eundem Philastrium *Brixianum Episcopum* vocat.

**BRIXINO**, oppidum Norici, hodie *Bressanone. Plin.* 3, 20. *B. A.*

**BRIZANA**, Persidis fluvius, alio nomine *Brisoana. Ammian.* 23, 23. *B. A.*

**BROCAVUM**, i, n. oppidum Brigantum, non procul a Luguvallio, hodie (ait *Wesselingius*) *Brougham Castle. Anton. Itin. V. Martiniere, le grand Dictionnaire Geographique etc.* in v. *Luguvallium. B. A.*

**BROCCHILLUS**, a, um, adj. dimin. brocchi. Cognomen Romanum *Inscr.* ap. *Don. cl. 7. n. 164.* Valeria Brocchilla. *F.*

**BROCCITAS** vel Brochitas, atis, f. dentium prominentia. *Plin.* 11, 37, 64. Senectus in equis, et ceteris veterinis intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

**BROCCUS** vel Brochus, a, um, adj. *πρόδος*, qui est productio ore, et dentibus prominentibus, ut *Non.* 1, 102. exponit. *Lucil. ib.* Brochus novit lanis dente adverso eminulo. Adde *Pl. fragm.* ap. *Fest.* in *Valgus.* [\**Adde Non. c. 1. n. 102.*] P Ipsi quoque dentes, qui prominent, *brocchi* dicuntur. *Varr. R. R.* 2, 9. Canes debent esse mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra, paulo eminulis superioribus, directis potius, quam brocchis. *Id. ib.* 7. *de equo.* Dentes cum facti sunt brocchi, et supercilia cana, h. e. cum gingivis ob senium retractis prominentes fiunt. P Fuit etiam cognomen Romanum: hinc L. *Furius Brochus* in nummo apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5, p. 221. et T. *Furius Brochus* apud *Cic. Lig.* 11. P Legitur etiam *broneus, bronchus, et brocus*, sed scriptio superius allata rector videtur.

**BRÖCHON**, i, n. gummi, quod ex bdellio arbore manat. *Plin.* 12, 9, 19.

**BROCOMAGUS** (Brocomacus), i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Triboccorum. *Tab. Peut. V. Breucomagus. B. A.*

**BRÖDIONTH**, orum, populi Alpini. *Plin.* 3, 20. *ed. Hard.* Antea legebatur *Ebroduntii. B. A.*

**BROGA**, vox Gallica agrum significans. *Vet. Schol. ad Juven.* 8, 234. Ideo autem dicti Allobrogae, quoniam *broga* Galli agrum dicunt, *allo* autem, aliud. Dicti igitur, quia ex alio loco fuerant translati. *B. A.*

**BRÖME**, seu Brömie, es, f. nympa, quae Bacchum educavit. *Bromen* appellat *Serv.* ad *Ecl.* 6, 15., *Bromien* vero *Hyg. fab.* 182.

**BROMIALIS**, le, adj. ad Bromium pertinens, Bacchicus. *Capell.* 8. p. 271. Famulicium Veneris, vernaculae, quae Bromiales tantos cachinnos concussis admodum tulere singultibus, ut etc. *B. A.*

**BROMIUS**, ii, m. *Βρόμιος*, unum ex nominibus Bacchi: vel a *Brome* nympa, quae una cum sorore Bacche ipsum nutrit, ut *Serv.* ad *Ecl.* 6, 15. docet: vel a *βρόμος*, fremitus, fragor, quia inter fragores tonitruum, matre Semele fulmine icta, editus fertur: vel quia ebrii fremere, minari et furere solent. [\**βρόμιος* est *tumultuans*, quod epith., quum proprie de Bacchi cultoribus adhiberi debeat, ad deum ipsum translatum est.] *Öv. Met.* 4, 11. Turaque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque. P Adjective *Claud. II. Cons. Stil. fin.* taurinaque pulsu Baccharum Bromios invitant tympana remos. Al. aliter *leg. Varr.* ap. *Non.* 2, 22. Cape hanc caducam Liberi mollem dapem De fronde Bromiae autumnitatis avidam.

**BROMOS**, i, f. *βρόμος*, avena sativa, jumentorum cibis. *Plin.* 18, 10, 20. n. 4. P Ab *Eod.* 22, 25, 79. sic appellatur etiam avena silvestris, folio, et stipula triticum imitata, et inter vitia segetum enumeranda.

**BROMOSUS**, a, um, adj. graveolens, *βρομώδης*: Graeca vox. *Coel. Aurel. Acut.* 2, 37. a *med.* Caro neque pinguis, neque bromosa. *Id. Tard.* 3, 2. Qualitas bromosa vel fumosa. P Legitur et *brumosus.*

**BRONCHUS. V. BROCCUS.**

**BRONIA**, V. v. seq.

**BRONTE**, es, f. *βροντή*, Graece est tonitru. Hoc sensu *Plin.* de Apelle 35, 10, 36. n. 17. Pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetraque: Bronten, Astrapen, Ceraunoboliam appellant. P Est etiam nomen unius ex equis Solis apud *Hyg. fab.* 183. P Item gemma e capitibus testudinum tonitribus cadens, ex quo nomen traxit. Nam *βροντή* tonitruum significat. Huic similis nomine est *Brontia*, *βροντία*, quae et ipsa imbribus et fulminibus cadere dicitur. De utraque *Plin.* 37, 10, 55. [\**Brontia* legendum esse videtur apud *Isid.* 16, 14. ubi nunc legitur *bronia.*]

**BRONTES**, ae, m. *Βρόντης*, Cyclops, unus e tribus Vulcani ministris. *Virg. A.* 8, 424. Ferum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyraemon. Adde *Öv. Fast.* 4, 288. et *Claud. III. Cons. Honor.* 193. P Haec nomina sic interpretatur *Serv.* ad *l. c. Virg.* Quid facturi sint, ex nominibus docet: nam Brontes a tonitru dictus est, *ἀπό τῆς βροντῆς*: Steropes a fulgetra, *ἀπό τῆς στεροπῆς*: Pyraemon vero, qui nunquam a calenti incude discedit, *ἀπό τοῦ πυρός, καὶ τοῦ ἀμυροῦ*; nam *πῦρ* ignis est, *ἀμύρον* incus.

**BRONTIA. V. BRONTE.**

**BRONTON**, ontis, adj. (Graeca vox) *βροντών*, tonans. *Jupiter Bronton* est *Jupiter tonans. Inscr.* ap. *Grut.* 34, 5. Sacerdos Dei brontontis. Adde *lv.* 12.

**BRÖTEAS**, ae, m. Vulcani, vel, ut alii volunt, Jovis et Minervae filius, qui cum ob deformitatem contemni se ab omnibus cerneret, in ardentem pyram se conjecit. *Öv. Ib.* 517. Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis, Des tua succensae membra cremanda pyrae. [\**Alii legunt Brotheum*; alii Proteam. P Broteas Lapitharum unus, ab Grynæo centauro injecta ara oppressus. *Id. Met.* 12, 262. P Broteas et Ammon gemini fratres fuerunt caestibus clari, qui a Phineo occisi sunt in aula regis Cephoniorum. *Id. ib.* 5, 107. *B. A.*]

**BROVONIACUM**, i, Britanniae oppidum. *Anton. Itin. B. A.*

**BRUCHION**, i, fuit locus, sive regio, urbis Alexandriae in Aegypto, ubi Museum fuit, de quo *Spartian.* in *Hadriano* 20. Pro Museo ipso accipit *Ammian.* 22, 16. ubi ait fuisse *diuturnum praestantium hominum domicilium. V. Casaub.* et *Salm.* ad locum *Spartiani*; qui nomen interpretantur per *prytaneum*, quasi *πυρρονέσιον* i. *πυρός* *καμείον*. Vestae templum. *Πυρρονέσιον* habet *Euseb. Hist.* 7, 32. *B. A.*

**BRÜCHUS**, i, m. *βρόχος* vel *βρόχος*, insectum e locustarum genere, tenera germina herbarum arborumque erodens: a *βρόχω*, rodo. Quidam eum definiunt locustam minime alatum. *Prudent. Ha-*

*martig.* 229. Aut populator edet gemmantia germina bruchus.

**BRUCTERUS**, i, et Bructeri, orum, m. populi Germaniae ad silvam Hercyniam. *Claud. IV. Cons. Honor.* 450. venit accola silvae Bructerus Hercyniae. *Tac. A.* 1, 51. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes etc. P Sunt qui aliam sedem iis attribuant. V. geographos.

**BRUGES** pro Phryges, olim a Latinis scriptum fuit, quemadmodum et *Burrus* pro *Pyrrhus. Quint.* 1, 4.

**BROMÄ**, ae, f. *χειμερινή τροπή*, tempus solstitii hiemalis, cum dies brevissimi sunt: quod incidit secundum Latinos auctores a. d. VII. cal. Januar., ut est apud *Plin.* 18, 25, 59., vel XVI. cal. Januar., ut ex Hipparcho docet *Colum.* 11, 2. *ad f.*, sole Capricorni signum ingrediente et per tres fere dies durat. Et quia eo tempore sol fine ulterius recedendi facto, rursus ad nos incipit accedere; et quodammodo renovari, ideo bruma dicitur novissimum veteris solis tempus, et novi primum, atque adeo anni ipsius principium. *Varr. L. L.* 5, 2. *a med.* Tempus a bruma ad brumam, dum sol redit, vocatur annus. *Öv. Fast.* 1, 163. Bruma novi prima est, veterisque novissima solis. *Cic. N. D.* 2, 7. Possetne tot rebus ipsis se immutatibus, solis accessus discessusque solstitii brumisque cognosci? *Öv. Trist.* 5, 10, 7. Nec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert: Efficit angustus nec mihi bruma dies. *Virg. G.* 1, 210. serite hordea campis Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem. *Plin.* 18, 24, 56. Inter omnes convenit, circa brumam serendum non esse. *Id.* 16, 39, 74. Si competant lunae coitus in novissimum diem brumae. P Metaleptice ponitur pro anno. *Manil.* 3, 603. Per quinquagenas complet sua muna brumas. Adde *Mart.* 10, 104. P Saepa a poetis accipitur pro ipso hieme. [\**Etiam apud Cic. Div.* 11, 14. et si non de hieme, tamen de tempore circa brumam dicitur. Verba sunt haec: musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri et pulegium aridum florescere ipso brumali die. Ubi oppositionem vides inter bruma et brumalis dies.] *Hor. Od.* 4, 7, 9. ver proterit aestas Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit, et mox Bruma recurret iners. *Phaedr.* 4, 23. *de musca.* Aestate me lacesis; cum bruma est, siles. *Virg. G.* 3, 321. nec tota claudes foenilia bruma. *Id. ib.* 443. Horrida bruma. *Id. A.* 2, 472. frigida. Adde *Öv. Ib.* 37., *Stat. Silv.* 4, 1, 24. et *Manil.* 1, 267. P Saniores etymologi dictam docent cum *Varr. l. c.* a brevissimis diebus: nempe *brumam* esse per syncopen a *brevissima*, unde *brevina, breuma, bruma.* [\**Eadem contractionis ratio est infimus, imus.* Recentiores *brumam* barbare vocant *solstitium* hibernum; veteres *solstitium* simpliciter dicebant solstitium aestivum. *Ruhnck. dict.* in *Ter. Ph.* 4, 4, 28. Opponuntur igitur *bruma* et *solstitium.* V. annot. *Drak.* ad *Liv.* 35, 49, 7.]

**BRUMALIS**, le, adj. ad brumam pertinens. *Cic. Or.* 3, 45. Ut sol accedat ad brumale signum, et inde sensim ascendat in diversam partem, h. e. ad signum Capricorni. *Id. Fat.* 3. Brumali die natus. *Plin.* 2, 47, 46. Brumalis ortus, h. e. ea coeli pars, qua sol brumae tempore oritur. [\**Col. R. R.* 1, 6. Brumalis ortus. *Ib.* 9, 5. Brumalis merities. Quod ita explicat: Potest locus *brumalem meridiem* spectare dici, cui nihil obstat, quo minus etiam brumae tempore radii meridiani solis collustrari queat.] *Censor. De die nat.* 16. Brumalis hora, h. e. omnium brevissima, nam Romani diem naturalem in duodecim partes dividebant. P Item ad hiemem pertinens. *Mart.* 13, 16. brumali gaudentia frigore rapa. *Id.* 14, 136. Brumale tempus. [\**Öv. Pont.* 4, 5, 4. Nix brumalis. *Plin.* 10, 54, 74. Duobus mensibus hyemis brumalibus. Ubi vox *hyemis* ex abundantia adjecta est.]

**BRUMARIA**, ae, f. herba eadem, quae leontopodium. *Appul. Herb.* 7.

**BRUMOSUS. V. BROMOSUS.**

**BRUNDÄ**, ae, f. idem ac Brundisium, a poetis aliquando usurpata vox, brevitatis causa, *Festo* teste. Legitur etiam apud *Arnob.* 2. p. 50. (p. 64. Har.) P Apud *Fest.* quidam legunt *Brenda*, alii *Brendum*, vel *Brentium.*

**BRUNDISIANUS**, a, um, adj. Brundisius, ut *Brundisiana ostrea*, apud *Plin.* 32, 6, 21., h. e. quae in Brundisii portu capiuntur.

**BRUNDISINUS** et Brundisius, a, um, adj. ad Brundisium pertinens. *Cic. Att.* 4, 1. Brundisina colonia. P *Brundisini* vel *Brundisini, orum*, sunt Brundisii incolae. *Cic. Att.* 4, 1. Summa Brundisiorum gratulatione celebrata est.

**BRUNDISIUM** et Brundisium, ii, n. *Βρονδίσσιον* et *Βρονδίσσιον*, oppidum Salentinorum cum portu, conditum ab Aetolis sociis Diomedis, vel, ut alii volunt, a Cretensibus quibusdam, qui e Creta cum Theseo Minotauri victore profugerant. *Plin.* 3, 11, 16. Describitur etiam a *Lucano* 2, 610. et seqq. *Sil.* 8, 576. Nec non Brundisium, quo desinit Italia tellus. P Scribitur et *Brundisium* recte: sed *Brundisium* frequentius in vet. libb. invenitur, ut

et in *Inscr. ap. Grut.* 151, 2. et 801, 5. P In celebri editione *Torrentini Dig.* 14, 1, 1. et 19, 1, 3. legitur *Brundesium*, et *ib.* 45, 1, 22. *Brente-sium*.

\*BRUNDULUS, i, m. portus Galliae Transpadanae, in Venetis, inter Athesim amnem et Venetiam. Prope abest *fossa Clodia*. *Plin.* 3, 16. *Harduinus* vult hodiernum esse *Brondolo*, et sic *Martiniere* (*Dictionnaire Géographique etc.*)

BRUSCUM, i, et Molluscum, i, n. sunt tubera acris arboris, bruscum quidem intortius crispum, molluscum simplicius sparsum, hoc est magis recto venarum discursu. E brusco fiunt et mensae nigrescentes: e mollusco autem pugillares, et similia minora opera. *Plin.* 16, 16, 27.

BRUTA, arbor. V. BRATUS.

BRUTATES, um, m. plur. iidem qui Brutii. *Eam. ap. Fest.* in *Bilinguis*.

BRUTESCO et Brutisco, is, n. brutus fio, bruto similis sum. *Sidon. ep.* 4, 1. *fin.* Illorum ferocia stoliditasque, quae secundum belluas inceptit, brutescit, accenditur. *Venant. ep. praef. carm.* 6, 5. Mens tunc morbescente brutescens. P Quidam tribuunt etiam *Lactantio* 2, 5. *fin.* Animal quia sensu praeditum est, etiam membra ejus habent sensum, nec nisi a corpore divulsa, brutescunt, h. e. sensum amittunt. Nam *brutum* proprie dicitur, quod sensu caret. Alii leg. *putrescunt*. [\**Id.* 7, 12, 24. Brutescit.]

BRUTIANUS, a, um, adj. ad Brutum pertinens, Brutinus. *Vell. 2*, 72. Brutiana castra, h. e. M. Bruti, qui Caesarem interfecit. Sic *ib.* 74. Brutiana Cassianaeque partes. Et *Lactant.* 2, 7. *sub f.* Bello civili Brutiano. *Val. Max.* 4, 7. n. 6. Brutiana ultio. P *Brutianus* ad Brutios pertinens. V. in BRUTIANUS.

[BRUTILLUS, a, um, adj. dimin. bruti. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat.* 1615, 32. C. Servilius Brutillus. *F.*]

BRUTINUS, a, um, adj. Brutianus. *Cic. ad Brut.* 1, 15. Consilia inire coepi Brutina plane, reipublicae liberandae.

[BRUTTIACE, es, f. adj. idem ac Bruttiana. Cognomen Romanum. *Inscr. apud Grut.* 568, 13. Villiae Bruttiae conjugi B. M. *F.*]

BRUTTIANUS, a, um, adj. ad Bruttios pertinens, Bruttius. *Plin.* 19, 8, 41. n. 3. Bruttiani caules, h. e. qui in Bruttio agro nascuntur. P *Bruttiani* dicebantur, qui officia servilia magistratibus Romanis in provinciis praestabant, eo quod Bruttii primi totius Italiae ad Annibalem defeceant, et cum eo perseveraverant, usque dum recederet de Italia. Quibus propterea eam ignominiam Romani imposuerunt, ut neque milites scriberent, neque pro sociis haberent, sed magistratibus in provincias euntibus praesto esse servorum vice juberent. Haec *Fest.* et *Gell.* 10, 3., apud quem *Cato in lib. de falsis pugnibus*. Dixit, a decemviris parum sibi bene cibaria curata esse: jussit vestimenta detrahi atque flagro caedi: decemviro Bruttiani verberaverunt. P *Bruttianae parvae* dicebantur scuta, quibus Bruttiani sunt usi. *Festus*. P *Scribitur et Brutianus*.

BRUTTH, orum, m. plur. *Βρυθτιοι*, populi extremae Italiae, inter Lucaniam et fretum Siculum, et inter mare Tyrrhenum et sinum Tarentinum. *Caes. B. C.* 1, 30. [\**Bruttii* pro terra Bruttiorum *Varr. R. R.* 2, 1. In Bruttis pecuariae nobiles. *Lic.* 34, 53. Duae coloniae, una in Bruttis, deduceretur. *Id.* 32, 1. In Bruttis quaestiones perferret.] P In singulari numero *Sil.* 8, 570. Brutius haud dispar animorum, unaque juvenus Lucanis excita jugis. *Adde* 11, 10. P *Scribitur et Brutius* unico t: sed alteram scriptiorem magis probant *Manut.* et *Dausqu.* ex vet. libb. et lapidib. P *Item Bruttius*. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 102. n. 234. Correctori Lucaniae et Bruttiorum.

BRUTTIUS, a, um, adj. ad Bruttios pertinens. *Plin.* 3, 5, 10. Bruttium litus. *Id. ib.* Bruttius ager. *Sil.* 17, 433. vastabat Bruttia signa. *Adde Pers.* 6, 27. [\**Col. R. R.* 10, 139. Bruttia tellus.] P *Bruttia pix*, quam probatissimam antiqui habuere, praesertim ad dolia picanda, est secundus liquor, qui ex taeda excoquitur, et aceto spissatur. Ideo autem *Bruttia* cognominata est, quia in Bruttio agro optima coquebatur. *Eam* laudat *Plin.* 16, 11, 22. item 24, 7, 23., ubi aliquot ejus usus in medicina enumerat. [\**Col. R. R.* 12, 18. *Veg. R. R.* 4, 14, 15, 23. et 25.] *Bruttia* absolute dicitur a *Calpurn.* *Ecl.* 5, 80. [\**Britia* vel *Brittia* scribitur apud *Veg. Vet.* 4, 14. et alibi. *B. A.*] P *Bruttius angulus* apud *Flor.* 3, 20. videri fuisse locus quidam apud populos Bruttios. P *Scribitur et Brutius*. V. v. praec.

BRUTUS, a, um, adj. *βρυτος*, *ἀνάλθητος*, proprie terrae tribuitur, quasi quae sine sensu immota et gravis maneat. *Hor. Od.* 1, 34, 9. Quo bruta tellus et vaga flumina etc. Ad quem locum *Vet. Schol.* Bruti, inquit, graves et tardi dicuntur, quod terrae perpetuum est. *Festus*: Brutum antiqui gravem dicebant. *Serv. ad A.* 10, 102. Terra semper immobilis: unde *Horatius*: *Et bruta tellus*. [\**Eodem sensu terra iners* apud *Hor. Od.*

3, 4, 45.] *Appul. de Deo Socr.* p. 47, 5. Corpora neque tam bruta, quam terra, neque tam levia, quam aetheria. *Levibus* corporibus bruta, hoc est gravia opponit. [\**Lactant.* 7, 4, 12. Homo ex rebus diversis atque repugnantibus configuratus est, animo et corpore, id est coelo atque terra, tenui et comprehensibili, aeterno ac temporali, sensibili atque bruto. Ubi brutus est: sensus expers, sensu destitutus. *Arnob.* 6, p. 252. *Har.* Quod in primigenio corpore iners fuerit, et brutum et sensu mobilitate privatum. *Id.* Quum pateat, rebus fieri verba cum brutis, exaudiri vos remini, i. e. vos preces facere ad simulacra omni sensu carentia.] Huic significationi astipulantur etymologi, qui brutum *ἀνάλθητος*, hoc est a gravitate ductum putant; ita ut *brutus* sit per syncopen pro *brutus*. P Hinc dicitur de animalibus, iis praecipue, quae minus sensu vigent, magisque tarda sunt ac stupida. *Plin.* 11, 37, 70. Bruta existimantur animalium, quibus cor durum riget; audacia, quibus parvum est; pavida, quibus praegrande. Quae *Plin.* hic bruta, *Aristot. de part. anim.* 3, 4. *ἀνάλθητος* appellat. *Rursus Plin.* 9, 29, 46. *de polyppo*. Et cum aliqui brutum habeatur animal, ut quod ad manum hominis adnatat, in re quodammodo familiari callet. *Id.* 8, 51, 77. *de stic.* Animalium hoc maxime brutum; animamque ei pro sale datam non illepe existimatur. *Adde* 11, 39, 92. P Ab animalibus ad alia eleganter transfertur. *Pacuv. ap. Auct. ad Her.* 2, 23. Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi, h. e. stolidam, et more bruti animalis temere operantem, ut quae *dignum atque indignum nequeat internoscere*, ut *ib.* subditur. *Plin.* 2, 43, 43. *bruta fulmina* appellat, quae nulla veniunt ratione naturae: cujusmodi sunt, quibus percutiuntur montes, maria omnesque alii irriti et coelo jactus. Quibus opponit *fatidica*, quae statis de causis veniunt, et ex suis sideribus. *Id.* 15, 15, 16. *pira bruta* (ex emendat. *Harduin.*: nam alii aliter leg.) dicitur, quae corium lanam habent. Nam stultissima animalium lanata esse, *Id.* 8, 49, 75. tradit. *Prud. περὶ στερ.* 5, 66. Scitumque brutum Caesaris, h. e. sine consilio et ratione factum. P De homine hebeti, stupido, stolido. *Pacuv. apud Non.* 2, 75. Ea obnoxium esse, aut brutum, aut elinguum putes. *Sen. Ben.* 3, 37. *a med.* T. *Maenius* relegatus a patre ob adolescentiam brutam atque hebetem. *Appul. Met.* 7, p. 191, 30. Non sum quidem tam brutus, vel certe temerarius, ut scitum vestrum inhibeam. [\**Ludit* in hac voce *Cic. Att.* 14, 14. *Ista culpa* Brutorum minime illorum quidem, sed aliorum brutorum.] P Ab hac notione cognomen traxit L. Junius ille, qui, referente *Livio* 1, 56., ut tutus esset a *Tarquino Superbo* avunculo suo, stupiditatem simulavit, et Brutorum familiae nobilissimae nomen reliquit. P *Sup. Brutissimus* apud *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 3, 67. Effigies, quas haud dubie divinas esse vel brutissimas sentiat.

BRYA, ae, f. frutex in Achaja, quem *Dioscorides* *μυρτὸν*, Romani tamaricem appellant. *Plin.* 13, 21, 37.

\*BRYANIUM, i, oppidum Macedoniae, in Paonia, quod *Erigonus* flumen alluit. *Lic.* 31, 39. *B. A.*

\*BRYAXIS, is (idis), sculptor marmorarius insignis Graecus. *Plin.* 34, 7. et 8. *Colum. Praefat.* 1. Mausoleum una cum aliis fecit, teste *Plin.* 36, 5. *B. A.*

\*BRYAZON, ontis, fluvius Bithyniae. *Plin.* 5, 32. *B. A.*

\*BRYAZUS, i, templum in Bithynia, cum deo cognomine. *Plin.* 31, 2. *B. A.*

\*BRYLLION, i, oppidum Bithyniae, in confinio Phrygiae. *Plin.* 5, 32. *B. A.*

BRYON, i, n. *βρυον*, uva populi albae. *Plin.* 12, 28, 61. P Item frutex folio lactucae, rugosiore tantum. *Id.* 13, 25, 49. *Adde* 27, 8, 33. et 32, 9, 36., ubi varios ejus usus in medicina recenset. P [\**Bryon* (*βρυον*, genitiv. plur. i. e. muscorum) promontorium, in Cyrenaica. *Mela* 1, 7. *Dictum et Boreum*. V. *Boreum*. *B. A.*]

BRYONIA, ae, f. et *Bryonias*, adis, f. *βρυονία*, herba est duplicis generis, altera alba, quae et vitis alba appellatur, et sarmenta, capreolos et folia habens sativae viti non dissimilia, omnia tamen hirsutiora, a nonnullis psilothrum, quod acinos ferat rubentes, quibus tergora depilantur. Hujus meminit *Plin.* 23, 1, 16. et *Scribon. Compos.* 59. Altera est nigra, quam proprie *bryoniam* vocant, similis priori, praeter quam colore. De ea plura *Plin. ib.* 17. *Colum.* 10, 250. indomitasque *bryonias* alligat alnos.

\*BRYSAE, arum, populi Thraciae. *Plin.* 4, 11. *B. A.*

## BU

BU, *βου*, particulam solebant Graeci magnis et amplis rebus praepone, a magnitudine scilicet bovis. Hinc *bupaedus* magnos pueros dixerunt, et *mariscam ficum budycon*, et magnam famem *buti-*

*num. Festus*. *Adde Varr. R. R.* 2, 5. [\**Copiosissime* de his compositionibus egit *Barker. Epist. crit. ad Schaeff.*, in *Arcad. edit. de accent.* p. 226. seqq.] P Praeterea *bu* est idem quod *bu* puerilis vox potionem petendi. *Fest.* in *Imbutum*.

BUA, ae, f. *βου*, vox est, qua infantes utuntur, cum potum petunt. *Varr. apud Non.* 2, 97. Cum cibum ac potionem buas ac papas dicunt, et matrem mammam, patrem tatam. Hinc *vinibuae* dicuntur mulieres vinolentae, *Lucil. ib.*

BUBALINUS, a, um, adj. ad bubalum pertinens. *Valer. Imp. in ep. apud Vopisc. Prob.* 4. Vini veteris sextarios decem cum larido bubalino: salis olerum, lignorum quantum satis est.

BUBALION, ii, *βουβάλιον*, cucumis silvaticus. *Appul. Herb.* 113.

BUBALIS, le, adj. idem ac bubalinus. *Petr. Sat.* 35. Super Arietem cicer arietinum; super Taurum bubale frustum, h. e. frustum carnis bubulae. Al. rectius leg. *bubulae frustum*.

BUBALUS, li, m. *βουβάλος*, animal ferum in Africa, vitulo ac cervo simile. Ita definit *Plin.* 8, 15, 15. et *Solin.* 20., ubi addunt male imperitum vulgus hoc nomine appellare uros, qui sunt tauri feri in Hercynia silva Germaniae. Hunc autem bubalum *Plinii* longe diversum esse ab eo, quem Itali vocant *bufalo*, recte existimat *Harduin. ad h. l.* Fortasse autem et *Martialis* ex vulgi opinione locutus est, bisontem Hercyniae silvae cum bubalo conjungens *Spectac.* 23. Illi cessit atrox bubalus atque bison. P *Front. Strat.* 1, 5. *sub f.* Ligurum bubalos commemorans, bovinum pecus universim videtur intelligere. Alii tamen rectius *buculos*.

BUBASIS, idis, f. ad Bubasum pertinens, quae est urbs et regio Cariae, cujus meminit *Plin.* 5, 28, 29. et *Bubassum* vocat. *Or. Met.* 9, 642. *Byblida* non aliter latos ululasse per agros *Bubasides* videre nurus. [\**Βιβασσις* audit ap. *Steph. Byz.*]

BUBASTIS, is, f. *Βουβάστις*, nomen Dianae apud Aegyptios, quo *nova luna* eorum lingua significatur, qui et urbem eodem nomine habuerunt, ut est apud *Mel.* 1, 9., a qua *Bubastites* praefectura denominata est, de qua *Plin.* 5, 9, 9. verba facit. *Or. Met.* 9, 689. cum qua latrator Anubis, Sanctaque *Bubastis*, variisque coloribus Apis. V. *Jablonsk. Panth. Aegypt.* 2, 3.

BUBASTIUS, a, um, adj. ad Bubastim pertinens. *Grat. Cyn.* 42. Vix operata suo sacra ad Bubastia lino Velatur sonipes aestivi turba Canopi.

BUBBATIO. V. BULLATIO.

\*BUBEIUM, i, Africae natio vel oppidum. *Plin.* 5, 5. *B. A.*

[BUBELLĀ, ae, f. dimin. bubulae. *Not. Tir.* p. 167. *Bubula, bubella. F.*]

\*BUBESSIUS, a, um, ad Bubessum vel Bubasum pertinens. *Mela* 1, 16. *Bubessius* sinus. *B. A.*

\*BUBETANI, orum, populi, incolae vetusti cujusdam oppidi in Latio, quod *Bubetum* forte vel *Bubentum* audiebat. *Plin.* 3, 5. *B. A.*

BUBETH, orum, m. plur. *Plin.* 18, 3, 3. Ludos boum causa celebrantes, *Bubetios* vocabant.

BUBILE, is, n. *βουβάσιον*, locus, in quo par boum stabulatur, proprie est statio duorum boum jugandorum; stabulum est nostrum *Stall. Vitr.* enim 6, 9. distinguit stabulum a bubile. *Cato R. R.* 4. *Bubilia* bona, bonas praesepes. *Colum.* 1, 6. *Domitis* armentis duplicia bubilia sint, hiberna atque aestiva. [\**Varr. R. R.* 1, 13.] *Adde Varr. de L. L.*, cujus verba V. in BOVILE. [\**Phaedr.* 2, 8, 4. Et opportuno se bubili condidit. Sic *Burm.*, *Bentl.* bovis edidit.] P *Revera* vox adjectiva est, et cogitandum *stabulum* aut quippiam simile. *Bubilem* in accusativo dixit *Pl. Pers.* 2, 5, 18., ubi cogitari potest *caula*.

BUBINARE est menstruo mulierum sanguine inquinare. *Festus*. Est a *βουβιον*, inguen. V. IMBUBINO. [\**Isid. Gloss.* *Buvinare*, sanguine inquinare mulieris menstruatae. *B. A.*]

BUBIO, is. V. BUTIO.

BUBLEUM, genus quoddam vini. *Festus*: ubi al. leg. *bublinum*, al. *bubeum*, al. denique *byblinum*, cujus meminere *Hesiod.* et *Theocrit.*

BUBO, onis, m. et f. *βυβων*, avis nocturna, noctuae similis, magnitudine tamen aquilam paene aequans, pennis in capite utrinque aurium similibus, volatu transverso, unciis unguibus, hebetibus oculis, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu: unde et funebris avis habetur: deserta incolit, raroque interdum, et in urbibus visitur; quod si accidat, dirum ostentum est, et lustratione piandum: quod bis Romae factum fuisse, *Plin.* 10, 12, 16. et *ib.* 13, 17. narrat. Poetae fabulantur, in hanc avem mutatum fuisse *Ascalaphum* *Acherontis* seu *Stygis* filium. V. ASCALAPHUS. Multa ex aurum disciplina de hac ave disputat *Serv.* ad *ilud Virg. A.* 4, 462. Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepa queri et longas in fletum ducere voces. *Or. Met.* 15, 791. *Tristia* mille locis *Stygus* dedit omina bubo. *Id. ib.* 5, 550. *Ignavus* bubo, dirum mortalibus omen. Et *ib.* 6, 431. *profanus*. Et *ib.* 10, 453. *funereus*. P *Superstitiosa* vetustas has aves inauspicatas, cum penetra-

verint domum quampiam, sollicite prehensas foribus affigebat, quod et nostrates etiamnum faciunt, ut nempe quod infaustis volatibus familiae minantur exitium, suis luerent cruciatibus. V. Appul. Met. 2. et Colum. 10, 348. Pall. Veter. 1, 35. Contra grandinem noctua pennis patentibus extensa suffligitur. P Negat Serv. l. c. esse feminini generis, et ubi a Virg. dicitur sola, subaudiendum esse avis. Sed Non. 3, 23., Priscian. 6. p. 683. et Palaemon Art. gramm. ib. p. 1370. femininum quoque genus admittunt. [\*Cf. Voss. Aristarch. 3, 22.]

BUBO vel Būbio, is, n. verbum exprimens vocem butionis avis. Auct. Carm. Philom. 42. Inque paludiferis butio bubit aquis. Al. leg. butit, ut sit butio, is, n.

\*BUBON, onis, Βουβών, oppidum Lyciae, in regione Cabaliae. Plin. 5, 27. B. A.

[BUBONĀ, ae, f. Dea apud Romanos, quae bonum curam gerere credebatur. August. Civ. Dei 4, 34. Sine Segetia seges, sine Bubona boves, mella sine Mellona, poma sine Pomona, ab uno vero Deo multo felicius acceperunt Hebraei. F.]

BUBONIUM, ii, n. βουβόνιον, herba, quae tumoris inguinum praesentaneum remedium est: a βουβών, inguen, tumor inguinis. Hinc Latine inguinalis dicitur. Vocatur etiam Aster Atticus a capitulis quibusdam, quae in cacumine habet, stellae in modum radiata. Plin. 27, 5, 19.

\*BUBROSTIS. Inter mala venena enumerat Marcian. Dig. 48, 8, 3. Alio senatus consulto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas aut bubrostim dederint, poena teneantur hujus legis. Bubrostis habetur cantharidum species, corpus maxime inflammans et adurens, de qua vid. Plin. 30, 4. Fortasse in Dig. loco scribendum Buprestis. V. s. h. v.

BUBSEQUĀ, ae, m. βουβός, bubulcus, qui boves sequitur. Appul. Met. 8. in. p. 201, 13. Equisones, opiliones et bubsequeae. Sidon. ep. 1, 6. Bubsequeae rusticani. P Scribitur et bobsequa et busequa.

BUBULĀRIUS, ii, m. Legitur in ludico testamento M. Grunii Corocottae porcelli (cujus meminit Hieron. in proem. lib. 12. comment. in Esaj.) quod affertur a Brisson. de form. l. 7., a Lambec. in adnot. ad Apic. 8, 7., et inter spuria Gruteri p. 18. his verbis: Donabo sutoribus setas, surdis auriculas, bubulariis intestina, isiciariis femora. Bubularii videntur esse qui farcimina faciunt ex carne Urbis concisa. Ficus bubularis novus in regione Urbis octava memoratur in Inscr. ap. Grut. 621, 4. In eadem regione prope Palatium locus fuit capita bubula dictus.

\*BUBULCARIUS, i, m. bubulcus. Gloss. Gr. Lat. βουβλήτης, bubulcarius. B. A.

BUBULCITO, as, n. et Bubulcitor, aris, dep. βουβολίτω, boves pasco, bubulcum ago. Pl. Most. 1, 1, 50. Decet me amare et te bubulcitarier. paraloge pro bubulcitari. Appul. Florid. n. 6. p. 343, 14. Est apud illos gens, qui nihil amplius, quam bubulcitate, novere. P Translate est declamitare more bubulcorum verius, quam oratorum. Varr. ap. Non. 2, 85. Vinicius meus, quod apud Plotium rhetorem bubulcicaret, alteri in dolore non defuit.

BUBULCUS, i, m. βουβός, qui boves curat et agit, arator. [\*Paul. Dig. 33, 7, 18, 6. De bubulo quoque ita respondit: sive de eo qui bubus ibi araret, sive de eo qui boves ejus fundi aratores pasceret, quaereretur, debere.] Qualis is esse debeat, et quod ejus in arando officium, docet Colum. 1, 6. et 2, 2. et 3. [\*Col. 1, 9.] Cic. Div. 1, 27. Mane bubulo praesto ad portam fuisse. Ov. Trist. 3, 12, 30. Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. Juven. 11, 151. Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. P In Junia gente Romana Bubulcus cognominatus est, qui bubus optime utebatur, inquit Plin. 18, 3, 3. Liv. 27, 6. et 9, 20.

BUBULINUS, a, um, adj. idem quod bubulus. Veg. Veter. 1, 13. Stercus bubulinum. Id. ib. 2, 28. fin. Fimum bubulinum. Adde 3. 4. 8. et 47.

BUBULO, as, n. verbum exprimens bubonis vocem. Auct. Carm. Philom. 37. Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

BUBULUS, a, um, adj. βόειος, bovinus. Varr. R. R. 2, 1. Bubulum pecus. Pl. Poen. 1, 1, 11. Tres facile corios contrivisti bubulos, h. e. lora, flagra. Plin. 6, 29, 34. Utres bubuli. Id. 11, 41, 96. Bubulum lac. Et 28, 10, 43. Bubula caro. Colum. Praef. 1. Bubulum armentum. Suet. Aug. 76. Caseus bubulus. Cat. R. R. 40. et Plin. 17, 14, 24. Lingua bubula, h. e. buglossa. P Bubula, lae, absolute, bubula caro. Pl. Aul. 2, 8, 3. Venio ad macellum, rogito pisces: indicant caros; agniam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcina. Adde Curc. 2, 3, 88. et Cels. 2, 24.

BUCA. V. BUCCA.  
BUCAEDA, ae, m. servus, qui bubulis loris caeditur. Pl. Most. 4, 2, 1. Illi bucaedae erunt multo

potius quam ego sim restio. Alii leg. bucaedae, quod idem est.

[BUCĀNUS, a, um, adj. ad Bucam pertinens, excisum Frentanorum oppidum, nunc Penna, cujus mentio est apud Plin. 3, 12, 17. Inscr. ap. Mur. 1032, 4. Imp. Caes. T. Aelio Hadriano Divi F. Antonino Bucani ob merita P. F.]

BUCARDĪA, ae, f. βουκαρδία, gemma est bubulo cordi similis: a βούς, bos, et καρδία, cor. Plin. 37, 10, 55.

BUCCA, ae, f. στόμα, γνάθος, pars interior oris humani concava, qua dentes et lingua continentur, quae collecto et retento spiritu inflatur: item pars exterior, iqua hilaritas et risus indicatur, ut Plin. 11, 37, 59. loquitur. Usurpatur saepe in plurali numero, praesertim cum pars exterior significatur, quia utrinque in ore apparet. [Etymon est a praet. perf. βέβυκα, verbi βύω, turgere facio. Hinc recte etiam scribitur buca. F. \*Arnob. 6. p. 252. Har. Si (accipiant hominum) auriculas, nasos, buccas, labra, oculos, cilia, continuo dii fiant.] Juven. 3, 262. Bucca excitare foculum. Pl. Poen. 5, 2, 43. Miseram esse praedicat buccam sibi. Mart. 1, 42. Bucca loquax. Cato ap. Gell. 2, 23. Implere buccam. Cic. Or. 2, 66. Gallus distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus. V. FLUENS. Suet. Rhet. 5. Fulvia, cui altera bucca inflator erat. Pl. Stich. 5, 4, 42. Age, tibicen, refer ad labia tibias, suffla celeriter tibi buccas. Id. ib. 5, 6, 7. Inflare buccas. Mart. 3, 17. Sufflare buccis. [\*Cic. Pis. 11. cerussatae buccae.] Pl. Truc. 2, 2, 35. Buccae purpurissatae. P Buccas inflare dicuntur irati et superbi. Hor. Sat. 1, 1, 20. Quid causae est, merito quin illis Juppiter ambas Iratus buccas inflat? Graeci quoque φουφύρας γνάθους, dicunt de iis, qui irascuntur. P Quod in buccam venit dicere, hoc est, quidquid venit in mentem. Cic. Att. 1, 12. fin. Tu velim saepe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. Id. ib. 12, 1. Cum coram sumus et garrimus quidquid in buccam. [\*Videtur tamen haec locutio in vulgari tantum sermone, quo utimur in epistolis scribendis, locum habuisse, ut cautius ea abstineas, ubi dicendi genus adhibetur ultra quotidianum sermonem exurgens.] P Apud Pers. 5, 11. scloppo tumidas buccas rumpere allegorice est ventosa et inania verba, seu, ut Hor. loquitur A. P. 97. ampullas et sesquipedalia verba proficere. P Durae buccae homo est idem, qui improbi ac duri oris. Petr. fr. Trag. Burm. 43. Durae buccae fuit, linguosus, discordia, non homo. P In illis verbis ejusd. Petr. ib. 64. bucca, bucca quot sunt hic? innuitur quidam ludus puerilis, de quo multa Scheffer. in adnotat. P Buccae interdum dicuntur ipsi tibicines, quia canendo buccas inflant. Juven. 3, 34. Quondam hi cornicines et municipalis arenae Perpetui comites notaeque per oppida buccae. Al. praecones interpret. P Item inepti declamatores et viles rabulae, qui inflatis buccis in foro latrant. Juven. 11, 34. te consule, die tibi, quis sis, Orator vehemens, an Curtius et Matho, buccae. Noscenda est mensura sui etc. Alii ita conjungunt: buccae Noscenda est mensura tuae, h. e. videndum, quam polleas facultate dicendi. P Bucca pro buccae, quantum scilicet bucca capit. [\*Suet. Aug. 76. duas buccas manducavi, ubi alii buccas legunt.] Mart. 10, 5. Oret caninas panis improbi buccas. Petr. fr. Trag. 44. Burm. Non mehercule hodie buccam panis invenire potui. Al. leg. buccam. P De brutis animalibus. Plin. 11, 37, 65. de ranis coaxantibus. Tunc extenti buccarum sinus perlucet, oculi flagrant labore propulsi. P Per similitudinem usurpatur de cavitate aliqua buccae simili. Plin. 11, 45, 103. In ipsa genu utriusque commissura, dextra laevaque, a priore parte gemina quaedam buccarum inanita est. P [Fuit cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 729, 11. L. Messius M. F. Bucca. Adde aliam ib. 468, 7. In tribus nummis Julii Caesaris apud Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 8. habetur Buca simplici e ἀρχαϊκός, cognomen nempe L. Aemilii, qui ab Ascon. in or. pro Scauro fin. appellatur L. Aemilius Bucca. F.]

BUCCĒA, ae, f. φουφός, γνάθος, a bucca fit et significat frustulum alicujus rei esui aptae, quantum scilicet bucca commode capit. Aug. ap. Suet. in ejus. Vita 76. Duas buccas manducavi, priusquam ungi inciperem.

BUCCĒLLA, ae, f. parva bucca, φώμιον. Mart. 6, 75. Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentae, Sive femur leporis, sive quid his simile; Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis. P Est etiam buccella panis in modum coronae factus, qui ab imperatoribus populo Romano distribui aliquando solebat. Impp. Valentin. et Valens Cod. Theod. 14, 17, 5. Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis quinquaginta uncias comparabat, triginta et sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur. V. Salm. in adn. ad Vopisc. Aurel. 35., ubi plura hac de re. Quod vero mundae buccellae in allata lege dicuntur, intelligendae sunt purae, non sordidae et furfuraceae, sed ex optimo frumento confectae. P Buc-

cella est etiam diminutivum buccae, buccula. [Not. Tir. p. 127. Bucca, buccula, buccella, buccosus, bucciferus. F.]

BUCCĒLLĀRIS, re, adj. Buccellaris farina, quae legitur apud Plin. Valer. 1, 6., videtur esse farina ex buccellato bene tunso confecta. P Buccellare, is, n. absolute est vas quoddam ad coquendum aptum apud Marcell. Empir. 23. Aeris florem mittes in acetum, simulque in buccellari decoques. Al. leg. bucculari, ut sit a buccula.

BUCCĒLLĀRIUS, ii, m. verna, cliens, parasitus [\*Vid. Gloss. Isid.], item satelles, qui cibi causa dominum armatus sequitur, ejusque corpus custodit: ita dictus a buccella, qua panem significat, quia domini panem edit. Impp. Leo, et Anthem. Cod. 9, 12, 10. Omnibus per civitates et agros habendi buccellarios, vel Isauros, armatosque servos licentiam volumus esse praeclusam. [\*Copiose de buccellariis egit Salm. ad Script. Hist. Aug. p. 197. 238. 321. et 419.]

BUCCĒLLĀTUM, i, n. panis militaris ad usus diuturnitatem excoctus, qui militi in expeditionibus distribui solet. [\*Anmian. 17, 8. (17). Frumentum ex eo, quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgo appellant, humeris imposuit libentium militum, ubi vide Vales. et Lindenbr. p. 279. Wagner.] Spartian. Nigr. 10. Pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites contentos esse. Adde Vulcat. Gallic. in Avid. Cass. 5. et Impp. Constant. et Julian. Cod. Theod. 7, 4, 6. et ib. 5, 2. P Dictum est a buccella, qua panem significat et fortasse idem sunt buccellatum et buccella, cum hoc tamen discrimine, quod buccella recens, et semel tantum cocta civibus dabatur, ut dictum est; buccellatum bis coctum militibus. [\*Sic Germani Zwieback.]

[BUCCĒLLĀRIS, a, um, adj. qui magnam buccam fert. V. BUCCĒLLA. F.]

BUCCĒLLĀ, cum derivat. V. BUCCĒLLA.

BUCCĒLLĀ, cum derivat. V. BUCCĒLLA.

BUCCO, onis, m. [\*γνάθορ, ὁ, φουφύραθός, ὁ.] Isid. Or. 10. bucconem interpretatur garrulum, quod ceteris oris loquacitate, non sensu praestet. Alii exponunt scurrum, parasitum, qui implendae buccae causa alienas mensas sectatur. A Plauto et Appulejo sumitur pro stulto, stolido, fatuo. Nam qui magnas buccas habent, stulti esse saepe consueverunt. Pl. Bacch. 5, 1, 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Appul. Apol. p. 325. 30. Omnes isti, si cum hac una Rufini fallacia contendatur, macci prorsus et buccones videbuntur. P Docet Lips. epist. quaest. ep. 2, 22. Maccum et Bucconem esse personas stolidas, fatuas, stultas poetis Atellanarum. Hinc Pomponius quasdam fabulas suas inscripsit Bucconem adoptatum et Maccos geminos etc., ut est apud Charis. 2. p. 187. et apud Non. 2, 840. et alibi. P [Est quoque cognomen Romanum. Nummus apud Mionnet. Descr. des medaill. T. 1. p. 39. L. Pompejus Bucco. Adde Martial. 11, 76. F.]

BUCCONĪĀTIS Vitis a Plin. 14, 3, 4. n. 7. recensetur inter eas, quae in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit.

[BUCCOSUS, a, um, adj. qui magna bucca praeditus est. Not. Tir. p. 127. V. BUCCĒLLA. F.]

BUCCŪLĀ, ae, f. στόμιον, parva bucca. Suet. Galb. 4. Constat, Augustum puero adhuc salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: καὶ οὐ, τίανον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρασώζει. Appul. Met. 3. p. 137, 40. Tuis istis micantibus oculis et rubentibus bucculis et renitentibus crinibus. [\*Ib. 6. p. 182, 17. Juppiter pressa Cupidinis buccula, manneque ad os suum relata consecrat.] Arnob. 2. p. 73. Bucculas infantis tibiis distendere. P Item pars cassidis buccam et genas utrinque tegens, παράγναθος. [\*Germanis das Visier.] Liv. 44, 34. Alii galeas bucculasque, scuta alii loricasque tergere. Juven. 10, 133. truncis affixa tropaeis Lorica et fracta de casside buccula pendens. P Est etiam buccula umbo scuti, hoc est media ejus pars et eminentior, in qua saepe facies hominis vel animalis cujuspiam effingi solet, cujus bucca seu os medium scuti obtinet. Porro quemadmodum umbo, sic et buccula pro ipso scuto ponitur. Capitol. Maxim. jun. 3. Fecit et spathas argenteas; fecit etiam aureas: fecit et galeas gemmatas; fecit et bucculas. Impp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod. 10, 22, 1. Cum senae per tricenos dies ex aere a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae tegerentur, octo vero cassidas, totidemque bucculas et tegerent argento et deaurarent etc. [\*Tarrunt. Pat. Dig. 50, 6, 6. buccularum structores. ubi Turn. buccularii. Ceterum dubitationi valde obnoxium est, an in his locis buccula de scuti parte aut de toto scuto intelligi debeat. Equidem nullam causam video, quae nos moveat, ut a vulgari significatione recedendum sit.] Gloss. Philox. Buccula, παράγναθος, ὄμφραλος. P Per similitudinem bucculae dicuntur in caputulis parva oscula, seu labella ipsius canalisis, in quo telum ponitur, ne vacillet: quae et regulae appellantur. Vitr. 10, 15.

BUCCŪLĀRIUS, ii, m. qui bucculas facit. Aurel.

Arca. Dig. 50, 6, 6. Fabri sagittarii, aerarii, buccularii, structores, carpentarii etc. Ita legendum censet Turneb. Advers. 9, 16. Verum optima editiones aliae buccularum structores; aliae bractearii, structores habent.

BUCCULENTUS, a, um, adj. qui magnam buccam habet, βουκόλιος, ονομαστικός. Pl. Merc. 3, 4, 54. Canus, varus, ventriosus, bucculentus, breviculus.

\*BUCEPHALA. V. v. seq.

BUCEPHALUS, i, m. a βους, bos, et κεφαλή, caput, fuit equus Alexandri M., sic dictus per excellentiam, a figura taurini capitis armo impressa, quae generosioribus Thessaliae equis imprimebatur, ex qua omnes bucephali dicebantur, vel quod latitudine frontis bubulum caput referret; vel ab aspectu torvo; vel simpliciter a magnitudine, quia βοῦν magnum significat. Plin. 8, 42, 64. P. [\*Bucephalas audit Gell. 5, 2. init. et Curt. 6, 5. Βουκεφάλας Arriano et Straboni. P. Bucephala in recto habet Jul. Valer. res gest. Alex. M. 3, 11. B. A.] P. Eo mortuo in India in proelio adversus Porum, urbem condidit Alexander, quam ab ejus nomine Bucephalam vel Bucephalon appellavit. Plin. 6, 20, 23, Solin. 45., Gell. 5, 2.

BUCERAS, atis, n. βούκρας, herba quam foenum graecum vulgo appellant: ita dicta a βοῦς, bos, et κέρα, cornu, quia semen habet corniculis simile. Plin. 24, 19, 120.

BUCERIAE, arum, f. plur. greges boum. Lucr. 2, 660. Lanigerae pecudes et equorum duellica proles, Buceriaeque greges. Ita Non. 2, 94. Alii legunt buceriaeque greges, a Graeco βουκράτος pro βουκράτος: alii buceriaeque retinent, ut sit choraeus primo loco positus pro spondeo vel dactylo: quod in Lucretio, qui poetica licentia saepe utitur, mirum esse non debet.

BUCERUS, a, um, adj. βουκράτος et βοῦκρας, idem quod bubulus: a βοῦς, bos, et κέρα, cornu. Festus: Bucerum pecus de bobus dicitur. Lucr. 5, 864. Lanigeraeque simul pecudes et buceras saecla. Or. Met. 6, 395. Bucera armenta.

BUCETUM, i, n. locus, ubi boves, vel armenta pascentur. Gell. 11, 1. Buceta in ea terra gigni pascique solita sunt plurima. Ita legit Gronov. ex MSS., pro quo quidam leg. buceras. Lucan. 9, 185. Calidi lucent buceras Matini. Ubi al. buceras. At Sidon. sine controversia buceras habet ep. 2, 2. post med. Tityri nostrorum montium inter greges per depasta buceras reboantes. P. Scribitur et bucerum. Ita enim legendum censet Scalig. illud Varr. L. L. 4, 34. Porta Mugionis, a mugitu, quod ea pecus in buceras tum antiquum oppidum exigebat. Gloss. Isid. Buceta, pascua, ubi cientur boves.

\*BUCHIANOS. Fest.: Buccinam quam nos appellamus, Graeci Buchianon a similitudine soni dicunt. Scalig. emendat βουκράτιον. B. A.

BUCITUM. V. BUCETUM.

BUCINA et Buccina, ae, f. οὐλαγίς, tuba, ea praecipue, cujus sonitu signum militibus datur. Cic. Mur. 9. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Id. Verr. 2, 4, 44. Signum buccina dare. Virg. A. 11, 475. bello dat signum rauca eruentum Buccina. P. De pastorali tuba. Varr. R. 2, 4. Subulcus debet porcos consuefacere, ut omnia faciant ad buccinam. Id. ib. 3, 13. Apros ad buccinam convenire. [\*Adde Col. 6, 23.] Prop. 4, 10, 29. pastoris buccina cantat. [\*De buccina pastorali vid. Broukh. ad h. Prop. 1.] P. Sed et ad alios usus buccina adhibetur. Id. 4, 1, 13. Buccina coquebat priscos ad verba Quirites. [\*Buccina convivium dimittitur. Tac. A. 15, 30. et annot. Lipsii ad h. 1.] P. Prima, secunda, tertia buccina est prima, secunda, tertia vigilia noctis. Nam in castris vigiliarum signum buccina datur. Prop. 4, 4, 61. Et jam quarta canit venturam buccina lucem. Liv. 26, 15. Ut ad tertiam buccinam praesto essent. Adde Sil. 7, 154. P. Diei quoque partes buccinae sono aliquando, nondum horologiis sonantibus inventis, indicari solitae. Nam quemadmodum noctem in quatuor vigiliis, ita diem in quatuor partes dividebant. Sen. Thyest. 798. Nondum in noctem vergente die, Tertium dedit buccina signum. Adde Sen. Contr. 3. cujus verba infra in BUCINO referemus. P. Translate. Juven. 14, 152. Sed qui sermones? quam foedae buccina famae? etc. Nam fama cum tuba pingi solet. P. Inter tubam et buccinam hoc interest, quod tuba aliquando directa est; buccina in semetipsam aereo circulo flectitur, ut Veget. Mil. 3, 5. docet. Hinc Ov. Met. 1, 335. describens Tritonis buccinam, tortilem fuisse dicit, in latum quae turbine crescit ab imo. Hoc tamen discrimen non semper servatur. Nam Lucan. 1, 431. tubam recurvam dixit. Tert. Pall. 2. buccinam dicit concham marinam, quam Plinius buccinum. V. P. Variam hujus vocis originem varii assignant etymologi: ex quo sequitur varia scribendi ratio. Alii derivant a bucca et duplici ce scribi volunt: alii vel a similitudine vocis bu bu et cano, vel a vocando, quasi vocina, vel denique a Graeco βουκράτιον, quod idem significat; et simplici c scribunt, quod magis placet Manut. et Dausq., pluraque ha-

bet ex vet. lapidib. et codd. testimonia. V. etiam BUCCA. [\*Utraque scriptura buccina et buccina in Lapidibus reperitur; haec tamen frequentior est. Vid. Drak. ad Liv. 7, 35. Cf. Schneider. Gr. Lat. P. 11. p. 402.]

BUCINATOR et Buccinator, oris, m. qui buccina canit, tubicen, βουκράτης, οὐλαγίτης. Caes. B. C. 2, 35. fin. Bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis relictis. Inscr. ap. Mur. 834, 8. D. Memmius D. Lib. Xenophon buccinator Leg. III. Parth. Grut. 1116, 4. L. Volusio Urbano nomenclatori praetorio Papias servus publicus buccinator nomenclator. P. Translate est praedicator, laudator. [\*Germanis: ein Posauenbläser.] Cic. Fam. 16, 21. Quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meae, firmo id constantique animo facias licet.

\*BUCINNA, ae, insula prope Siciliam, Africam versus. Plin. 3, 8. B. A.

BUCINO et Buccino, as, n. i. βουκράτιον, buccina cano. Varr. R. R. 1, 4. fin. Cum buccinatum est. Sen. prooem. Contr. 3. Saepe, declamante illo, ter buccinavit. Appul. Met. 4. p. 157. 3. Triton concha sonaci leniter buccinat.

BUCINUM et Buccinum, i, n. idem quod buccina, vel buccinae sonus. Plin. 9, 33, 52. Conchae aliae ad plausum apertae, aliae ad buccinum recurvae. Id. 11, 10, 10. de apib.: Noctu quies in matutino, donec una excitet gemino, aut triplici bombo, ut buccino alioquo. P. Est etiam genus conchae marinae minoris, quae non nisi petris adhaeret, et circa scopulos legitur, ore rotundo, et in margine inciso, (quemadmodum ejus figuram exhibent Rondelet. et Gesn.) unde et nomen accepit: nempe quia illa rotunditate refert vel buccinam, qua sonus editur, vel buccinatorem ipsum rotundantem os, dum buccina canit. Porro quia buccinator Graece κήρυξ dicitur, ex hac voce factum est aliud nomen huic conchae, murex, parva litterae mutatione. Ex buccino eliciebant olim pretiosum illum succum purpureae, quo vestes tingebantur: cujus usus nunc omnino amissus est. Haec et alia de buccino Plin. 9, 36, 61. et seqq.

BUCINUS et Buccinus, i, m. buccinator. Petr. fr. Trag. 74. Burm. de gallinaceo cantante: Non sine causa hic buccinus signum dedit. P. Caper de Orthogr. p. 2243. docet, buccinum masc. gen. significare ipsum buccinae sonum; sed nullo id testimonio confirmat.

BUCOLICUS, a, um, adj. βουκολικός, pastoralis: a βουκόλιον, boves pasco: quod a βοῦς, bos, et κολόν, cibum. Colum. 7, 10. Ut Bucolicum loquitur poema, h. e. Virgilii eclogiae, in quibus res pastorales tractantur: quae ideo Bucolica, orum, inscribuntur. Gell. 9, 9. Cum legerentur utraque simul Bucolica Theocriti et Virgilii. Sic de eodem Virgilio Or. Trist. 2, 538. Bucolicis juvenis luserat ante modis. P. Bucolicae tome, βουκολική τομή, h. e. pastoralis sectio sine caesura: dicitur ab Auson. cum in versu hexametro pes quartus est dactylus, dictionem terminans: ut in illo Virg. Ecl. 1, 8. Saepe tener nostris ab ovis imbuet agnus. Auson. ep. 4, 88. Sunt quos hexametri creant revulsi, Ut penthemimeris prior locetur, Tum quod bucolice tome relinquit. Bucolice et bucolicon Graeca positione dicuntur. P. Bucolici milites, quorum mentio fit a Capitol. Anton. Philos. 21. et a Vulcat. Avid. Cass. 6., sunt milites Aegyptii, ita appellati a locis, quae in Aegypto incolebant, quae Bucolia dicebantur, quod a barbaris et ferocibus hominibus, atque armentorum curae aprime deditis, habitarentur. P. Bucolicum panaces, πάντες βουκολικόν, est, quod in Macedonia nascitur: ita dictum, quod armentarii succum ejus sponte erumpentem excipiunt. Plin. 25, 4, 11.

\*BUCOLIUM, i, oppidum Arcadiae. Plin. 4, 7. ed. Hard.

[BUCOLUS, i, m. βουκόλος, bubulcus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 1750, 17. C. Lucilius Bucolus. F.]

BUCRANIUM, ii, n. βουκράτιον, caput bovis recisum. Inscr. ap. Murat., in qua de Taurobolio agitur, 333. Aram et bucranium suo impendio consecravit. V. Philipp. a Turr. explicat. Taurobol. Lugd. ap. Sullengr. T. 3. novi Thes. Antiq. R. P. Item herba bubuli capitis similitudinem referens. Appul. Herb. 86.

BUCULA, ae, f. βοῦδιον, parva bos. Virg. G. 1, 375. aut bucula coelum Suspiciens, patulis captavit naribus auras. [\*Scriptoribus melioris aevi usitatus est hoc verbum cum vaccula, monet Burm. ad Anth. Lat. Tom. II. p. 670. Jahn.] P. De bucula ex aere Atheniensibus a Myrone statuario egregie elaborata, multisque poetarum versibus celebrata, mentionem facit Cic. Verr. 2, 4, 60. [\*Adde Div. 1, 24.] et Plin. 34, 8, 19. n. 3. V. epigrammata Auson. 58. 59. et seqq.

BUCULUS, li, m. βοῦδιον, parvus bos, parvus juvenis. Colum. 6, 2. Cum buculos comprehenderis, extra stabulum producto.

[BUDA, ae, f. storea, V. Glossar. Ducang. in V. Buda. [\*Buda posteriore aetate appellabatur papyrus, stappa vel stramentum ex papyro. Ex

buda s. papyro cera obducta olim fiebant ellychnia, quam et pro funalibus s. facibus ad lumen praebendum adhibebant. Salm. ad Solin. Tom. I. p. 1003. Lindenbr. in Glossar. ad Cod. Leg. Antiq. in Bombucina papyrus p. 1364. Niliaca interdum buda vocatur, quoniam Aegyptus papyri ferax. V. L. Allat. Animado. ad Antiq. Etrusc. Fragm. p. 118. 119. Muncker. ad Fulgent. Mythol. Lib. I. p. 19. et quae de ratione chartae ex papyro apud Aegyptios conficiendae ad descriptionem Plin. 13, 2. seqq. longa digressionem disseruit Salm. ad Hist. Aug. p. 444. sqq. et peculiari commentario Melchior Guilandinus. Haec et plura habet Burm. ad Anth. Lat. Tom. II. p. 462. Jahn. Ad porro Is. Voss. ad Mel. 3, 9. p. 599.] Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 1001, 10. Troila Buda. Alii leg. Bula. F.]

\*BUDALIA, ae, vicus vel oppidum Pannoniae inferioris, in agro Sirmiensi, patria Decii Imperatoris Romani. Eutrop. 9, 4. Anton. Itin. Bualia appellatur ab Aur. Vict. in Epit., minus recte. B. A.

\*BUDINI, orum, populi Sarmatiae Europaeae. Mela 1, 19. Plin. 4, 12. A Budino monte ibi sito fortasse sic dicti. B. A.

\*BUDROAE, arum, insulae duae prope Cretam. Plin. 4, 12. ed. Hard. Antea legebatur Budorae. B. A.

\*BUDUA, ae, oppidum Lusitaniae. Anton. Itin. B. A.

BUFO, ōnis, m. genus ranae terrestri, venenatae, nimiae magnitudinis. Φύλακος a Graecis dicitur, a φύσιον, inflo, quia immaniter inflari solet. Virg. G. 1, 184. Inventusque cavis bufo et quae plurima terrae Monstra ferunt.

\*BUGES, ae, m. palus cum fluvio cognomine, in Sarmatia Europaea, in Isthmo Chersonesi Tauricae. Plin. 4, 12. Palus Bice audit Val. Fl. 6, 68. Quin et Bucis appellatur fluvius a Mela 2, 1. post. init. V. Bice et Bucis. B. A.

[BUGILLO, onis, m. herba eadem, quae vulgo bugula aut ajuga reptans appellatur. Marcell. Empir. 8. Bugillonis succus. F.]

BUGLOSSA, ae, et Buglossos, i, f. βουγλωσσον et βουγλωσσοσ, herba boum linguae similis: a βοῦς, bos, et γλωσσα, lingua. Plin. 25, 8, 40. Jungitur huic buglossos: cui praecipuum, quod in vinum dejecta, etc. Appul. Herb. 41. Buglossa dicta est eo, quod folia aspera in modum linguae bubulae habeat. Seren. Sammon. 424. Capparitis atque apium, buglossaque jungitur una. Amel. tamen Macer primam syllabam corripit, de bugloss. 1. Lingua bovis Graeco sermone buglossa vocatur. Adde ib. 10. Sed non imitandus.

BUGONIA, ae, f. βουγονία, apum generatio: a βοῦς, bos, et γονία, fetificatio, quia apes ex putrefactis bobus gigni dicuntur: ex quo Graeci eas βουγονίας vocant. Varr. R. R. 2, 5. Non minus fatisciam tibi, quam qui bugoniam scripsit.

BULAPATHUM, i, n. βουλίαπαθον, genus lapathi altitudine radicis ab aliis differens. Plin. 20, 21, 86.

\*BULARCHUS, i, Βούλαρχος, pictor insignis. Plin. 7, 38. et 35, 8. B. A.

BULBA. V. VULVA.

BULBACEUS, a, um, adj. bulbosus. Plin. 21, 26, 97. Hyacinthi radix est bulbacea.

BULBINE, es, f. βουλβίνη, herba ex bulborum genere, foliis porraceis, bulbo rubicundo. Plin. 20, 9, 41. [\*Adde Plin. 19, 5, 30.]

\*BULBITUM, i, n. fimus. Plin. 28, 17. B. A.

BULBOSUS, a, um, adj. bulbosus, βουλβώδης. Plin. 21, 21, 90. Hemerocallis radice odorata atque bulbosa. Adde ib. 17, 60.

BULBULUS, li, m. parvus bulbus, βουλβούλιον, βουλβούλιον. Pall. R. R. 3, 21. Ne oculos circa radicem nascentes et minores bulbulos sauciemus.

BULBUS et Vulvus, i, m. βουλβός, radix quarundam herbarum vel florum, in modum caepae rotunda et tunicata, quales sunt narcissi, lilii, arundinum, squillae et hujusmodi. Isid. Orig. 17, 9. Bulbus appellatus, quod radix ejus volubilis sit, et rotunda. Cels. 2, 18. inter bulbos enumerat etiam caepam et allium. Plin. 17, 20, 33. Arundo seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant. Id. 21, 5, 11. Croci bulbus. Id. 22, 22, 32. asphodeli. Id. 19, 4, 21. In hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio. P. Speciatim bulbus dicitur quaedam herba hortensis, bulbos in radice habens esui aptos, quam plerique nobis incognitam putant: cujus varia fuerunt genera, quorum celebratius Megaricum. Meminere Ov. Rem. Am. 797., Plin. 19, 5, 30., [\*Cat. 8.] Colum. 10, 106. et alii. P. Bulbus fabrilis, ita appellatus, quia Theophr. Hist. Plant. 7, 13. βούλβος ἐπιμορφός, h. e. lanosus, in arenosis locis maritimis nascens, cujus pars lanosa sub primis tunicis, pars interior edulis, in Taurica Chersoneso, Hyacintho Peruviano affinis. Apic. 8, 7. Mittitur in porcello hortulano pullus isiciatus, lucanicae, dactyli exossati, fabriles bulbi. Edict. Diocl. p. 16. Vulvi Afri sive fabriles N. viginti X duodecim: vulvi minores N. quadraginta X duodecim. Plin. 19, 5, 30. Bul-

bi in Africa nati maxime laudantur. P Cognomen fuit Romanum in gente Atilia, ut C. Atilius Bulbus, qui bis consul, et censor fuit A. U. 519. ut est in Fastis consularibus. apud Grut. 292. Lepidum jocum Ciceronis in nomine bulbi V. in CONDITOR.

BULE, es, f. βουλή, Graeca vox, quae inter alia significat collegium senatorum, seu decurionum, quorum consiliis et voluntate civitas gubernatur: praesertim apud Graecos. Plin. ep. 10, 117. Solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare. Et ib. 113. In bulen a censoribus legi. Et ib. 111. Et bule et ecclesia consentiente.

\*BULENSES, ium, m. plur. incolae Bulis, urbis Phocidis. Plin. 4, 3, 4. Oppidum Crissa et cum Bulensibus Anticyra. B. A.

\*BULEPHORUS, βουλήφορος, vocabatur Summae rei rationalis. Const. Imp. Cod. leg. 8. V. Panciroli. Notit. dign. Imp. Orient. 75. B. A.

BULEUTA, ae, m. βουλευτής, senator, qui in bulen lectus est. Plin. ep. 10, 48. Ex ea pecunia, quam buleutae additi beneficio tuo aut jam obtulerunt aut conferent. Adde ib. 113. et Spart. Seer. 17.

BULEUTERIUM, ii, n. βουλευτήριον, locus, ubi senatores conveniunt, curia. Cic. Verr. 2, 2, 21. In curia Syracensis, quem locum illi buleuterium vocant. Adde Plin. 36, 15, 23.

BULGA, ae, f. διφθέρα, μολγός, Festus ait esse vocem Gallicam, et significare sacculum scorteum. Nonius 2, 76. interpretatur folliculum, hoc est sacculum ad brachium pendens, quem veteres etiam crumenam appellarunt: ejusmodi est, qui a viatoribus gestari solet. Lucil. ap. Non. ib. Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus: Bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse. Cum bulga coenat, dormit, lavit: omnis in una Spes hominis bulga: hac devincta est cetera vita. Adde Varr. ib. P Per similitudinem dicitur de feminarum utero. Lucil. ib. Ut quisque nostrum de bulga est matris in lucem editus. P Eadem videtur esse vulga: de qua Non. ib. 908. affertur illud Varr. Eo ut viaticum ex arcula adderem in vulgam. Et Lucilii: in vulgam penetrare pilosam.

BULIMANS, antis, adj. βουλιμῶν, intolerabili fame laborans: Graeca vox a βού, quod in compositione auget, et λιμός, fames. Theodor. Priscian. 2, 29. ubi alii aliter leg.

[BULIMIO, onis, m. βουλιμῶν, qui magna fame laborat. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Pabrett. p. 125. n. 35. Bulimioni Lib. Claudiae Actes fecit Dionysia conjugii B. M. F.]

[BULIMUS, i, m. βουλῖμος, magna fames, morbus quidam, quo aeger insatiabili edendi cupidine cruciatur. [\*Festus: Bulimon Graeci magnam famem dicunt. Adde Not. Tir. p. 166. inedia, bulimus. Graecis litteris scribit Gell. 16, 3. Erastrius vim quandam famis non tolerabilem, quam Graeci βουλῖμον appellant, in diebus frigidissimis accidere ait. Adde Veg. Veter. 3, 35. B. A.]

BULLA, ae, f. πομφόλυξ, tumor globosus in aqua, aut aliquo alio liquore excrescens, cum bullit aut spumam facit, et repente evanescens. Or. Met. 10, 731. Sic fata cruorem Nectare odorato spargit, qui tactus ab illo Intumuit sic, ut pluvio perlucida coelo Surgere bulla solet. Mart. 8, 33. offensae bulla tumescit aquae. P Ad hanc significationem respexit [Varr. R. R. 1, 1. Cogitans, esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. P Ab similitudine dicuntur bullae umbellatae clavorum capita, quibus ditorum fores exornari solent, item quae cingulis et balteis infigi ad ornatum. Cic. Verr. 2, 4, 56. Bullas aureas omnes ex his valvis non dubitavit auferre. Virg. A. 12, 942. et notis fulserunt cingula bullis. Et ib. 9, 359. aurea bullis cingula. P Hujusmodi bullatis clavis foribus, vel tabulae impactis mos fuit aliquando dies, qui boni, quique incommodi essent, notare: ejus rei testimonium exstat apud Petr. Sat. 30. P Bullam in tympano horologii, quae bullato clavo similis esse debuit, memorat Vitruv. 9, 9, ubi de variis horologiorum rationibus agit. P Sed praecipue bulla dicta est insigne quoddam, quod a pueris Romanis e collo ante pectus loro suspensum gestabatur ad ingenuitatem testandam. Nam tempore sumendae togae bullam una cum praetexta deponabant, et Laribus donabant, sicut puellae Veneri pupas suas. Pers. 5, 30. Cum primum pavido custos mihi purpura cessit, Bullaque succinctis Laribus donata pependit. Narrat Plin. 33, 1, 4. hunc bullae gestandae morem originem habuisse a Tarquinio Prisco, qui filium suum, quod adhuc praetextatus hostem in bello occidisset, aurea bulla donaverit. Ex eo factum esse, ut equitum filii praetextati insigne id haberent. Alii vero scribunt, non modo equitum, sed omnium ingenuorum filios bullam auream gestasse. Nam libertini, et aliquando etiam tenuiores vel lorum tantum, vel bullam scorteam ex loro nodo pendente habebant, ut Ase. in Verr. 2, 1, 58. docet. Hinc Juven. 5, 153. Etruscum puero si contigit aurum, Vel nodus tantum, et

signum de paupere loro. Etruscum dicit, quia ab Etruscis morem hunc Romani mutaverant, vel quia ejus auctor fuit Tarquinius in Etruria natus. Macr. Sat. 1, 6. tradit, peritissimos vetustatis referre hoc inventum ad Romulum, qui infantem ab Hersilia Sabina ante alias omnes primum editum tali insigni decoraverit. P Fuit etiam gestamen triumphantium, quod in triumpho prae se gerebant, inclusis intra illud remediis, quae crederent adversus invidiam valentissima. Macr. ib. [\*Bullae etiam bestiis, quas quis imprimis diligeret, alligabatur. Ov. Met. 10, 114. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincita movebatur.] P Solebant in puerili bulla humani cordis figuram effingere, ut eam insipientes pueri, ita demum se homines cogitarent, si corde praestarent, ut Macr. ib. ait. Cic. Verr. 2, 1, 58. Bulla ornamentum pueritiae, indicium atque insigne fortunae. P Bulla dignus dicitur, qui inepti et puerilia facit: dignus propterea qui inter pueros referatur. Juven. 13, 33. Dic, senior bulla dignissime, nescis, Quas habeat Veneres aliena pecunia? P Bullae puerilis figuram habes apud Spon. Miscell. erud. antiq. p. 299. et elegantioris in Mus. Borbon. Neap. T. tab. 2, 14.

BULLATIO, onis, f. Plin. 34, 14, 42. Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnus verus caute continua, sed sparsa bullatione, h. e. bullarum instar per agros sparsus, non e continua rupe excisus. Ita legit et interpretatur Hard.; nam editi alii habent bullatione.

BULLATUS, a, um, adj. bullam habens. Juven. 14, 4. Heres bullatus, h. e. parvulus, ut qui adhuc bullam gestat. Scip. Afr. ap. Macr. Sat. 2, 10. Bullatus puer. Val. Max. 3, 1. n. 1. Bullata statua, h. e. statua pueri cum bulla. [\*Varr. L. L. 4, 24. cingulum bullatum, i. e. bullis s. clavis distinctum. Cf. Bulla.] P Translate Fulgent. in carn. Myth. 1. Luna bicornis Bullatum bijugis concenderat aethera tauris, h. e. stellis tanquam bullis distinctum. Pers. 5, 19. Non equidem hoc studeo, bullatis tibi mihi nugis Pagina turgescat, h. e. inflatis, tumidis instar bullarum in aqua excrescentium. Al. leg. pullatis.

[BULLESCO, is, n. idem ac ebullio. Ampel. lib. mem. 8. Cum manibus supplodas, pix alte extollitur, et quasi ab aqua bullescit, h. e. in bullas abit, ebullit. F.]

[BULLIDENSIS et Byllidensis, se, [BULLIENSIS et Bylliensis, se, [BULLINUS et Byllinus, a, um, et

[BULLIO, onis, m. ad Bullidem seu Byllidem pertinens, Illyrici urbem litoralem infra Apolloniam, a Cic. Phil. 11, 11. memoratam, in cuius nummis apud Eckel. D. N. V. T. 2. p. 195. BULLIANTIN. Plin. tamen 4, 10, 17. eam in Macedonia ponit, et coloniam Bullidensem vocat. P Bullidenses, et Bullienses, et Bullini, et Bulliones sunt incolae urbis Bullidis. Caes. B. C. 3, 12. Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani, et reliquae finitimae civitates. Cic. Pis. 40. Parthini et Bullienses illius. Lic. 44, 30. Bullinorum et Apolloniatum auxilia. Cic. Fam. 13, 42. Omnino ostenderunt, Bulliones sese Lucejo Pompeji arbitrato satisfacturos. F.]

BULLIO, is, ivi, itum, n. 4. βούλλω, ferveo, bullas emitto: a bullis, quas in aqua fervida videmus. Cels. 5, 19. fin. spuma argenti selibra cocti, donec bullire desierit. Pers. 3, 34. et alto Demersus, summa rursus non bullit in unda, h. e. non emergit: aqua enim bulliens in altum ejicit quidquid immixtum habet. P Translate Appul. Met. 10. p. 250, 34. Bullire indignatione, h. e. ardere iracundia.

BULLITUS, a, um, partic. verbi bullio, fervefactus. Veg. Veter. 1, 45. fin. Castoreum, lauri baccas, ammoniacum mittis in ollam, et bullita atteres, dabisque ad bibendum.

BULLITUS, us, m. agitatio aquae bullientis, ἀναβρασῖς. Vitruv. 8, 3. Capita fontium cum sunt angustiis compressa, ruunt in summo spiritus aquae bullitus.

BULLO, as, avi, atum, n. I. bullas emitto, bullio, πομφολυγέω. Cels. 2, 7. Si urina bullat, aut male olet. Cat. R. R. 105. Mustum in ahenum infundito, ignem subdito: ubi bullabit vinum, ignem subducito. Plin. 9, 7, 6. Bullantium aquarum sufflatio. Id. 18, 31, 74. Rugae mali torcularis bullantes per cochleas, h. e. spirae crassiores, exstantes, et in bullae morem rotundatae.

BULLULĀ, ae, f. parva bulla. Cels. 2, 5. extr. Si urina bullulas excitat. Adde 5, 28. n. 17. P Est etiam diminutivum bullae, quae puerorum ingenuorum eriat insigne. [Hieron. in Isaj. 2, 3, 18. Habent mulieres in lunae similitudinem bullulas dependentes. F.]

\*BUMADUS, i, Assyriae fluvius, prope Gaugamela. Curt. 4. 9. B. A.

BUMAMMA, ae, f. βούμαστος, genus uvae crassioris, rotundique acini: a βούς, bos, et mamma, quia instar mammae bovis turgescit, ut Serr. ad G. 2, 102. docet. Varr. R. R. 2, 5. Novi majestatem boum, et ab his dici pleraque magna, ut

βούμαστον, βούμαδα; uvam quoque bumammam. Adde Macr. Sat. 2, 16. [\*Cf. Bu.]

\*BUMASTA, ae, f. et

BUMASTUS, i, f. βούμαστος, uva eadem quae bumamma ac duracina: a βούς, bos, et μάστος, mamma. Edict. Dioclet. p. 18. Uvae duracinae seu bumastae pondus 1. x quattuor. Distinguitur tamen a Macr. Sat. 2, 16. Apicia, bumamma, aut, ut Graeci dicunt, βούμασθος, duracina, labrusca, etc. Virg. G. 2, 102. et tumidis, bumaste, racemis. Plin. 14, 1, 3. Tument mammarum modo bumasti. Adde Colum. 3, 2.

BUMELIA, ae, f. βουμेलία, species fraxini amplissima et lentissima: a βού, quod in compositione auget, et μέλια, fraxinus. Plin. 16, 13, 24.

\*BUNI, orum, populi Liburniae. Plin. 3, 21. ed. Hard. Antea legebatur Dudini. B. A.

BUNIAS, adis, f. genus napi. Plin. 20, 4, 11. Naporum duas differentias et in medicina Graeci servant. Angulosi foliorum caulibus florentis, quod bunion (βουνιον) vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae utile decoctum, etc. Alterum genus bunia (βουνία) appellant, et raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena, etc. Colum. 10, 422. Quaeque Amiterninis defertur bunias arvis.

BUNION. V. v. praec.

\*BUNITES, ae, m. βουνίτης sc. οἶνος. V. Plin. 24, 16. B. A.

BUPAEDES. V. in BU.

BUPALUS, li, m. Chius quidam marmorarius, aut pictor. Hic una cum fratre Athenide cum imaginem Hipponactis poetae, ob insignem foeditatem, ridendam exposuisset, eos Hipponactes tam amaro carmine est persecutus, ut ad laqueum compulerit. Hor. Epod. 6, 14. Qualis Lycambae spreus infido gener, Aut acer hostis Bupalus. P Hanc tamen historiam vanam arguit Plin. 36, 5, 4. n. 2.

BUPHTHALMOS, i, m. βούφθαλμος et βούφθαλμος, a βούς, bos, et ὄφθαλμός, oculus, herba est similis boum oculis, folio foeniculi, fruticosa caulibus, qui et manduntur decocti: circa oppida nascitur. Plin. 25, 8, 42. P Item genus aizoi majoris, quod in fictilibus vasculis seri solet, et in subgrundiis fere nascitur. Itali vocant sedum magnum, aut oculum, aut digitellum. Id. ib. 13, 102.

BUPLEURON, i, n. βούπλευρον, herba, quam in sponte nascentium olerum numero Graeci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite seu umbella anethi simili, laudatam in cibis ab Hippocrate, in medicina a Glaucote et Nicandro. Herbariis nostris nunc incognita esse creditur. Meminit Plin. 22, 22, 35.

\*BUPRASIIUM, i, Achaiae oppidum. Plin. 4, 5. B. A.

BUPRESTIS, is, f. βούπρηστις, animal ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, venenatum, sanguine carens: a βούς, bos, et πρήστω, incendio, quod boves inter herbas fallit, devorantque tacto felle ita inflammat, ut rumpat, ut Plin. 30, 4, 10. docet. Id. ib. Buprestis cum hircino sevo illita lichenas ex facie tollit. Id. 31, 10, 46. n. 4. Nitrum succurrit et venenis fungorum, ex posca potum; aut si buprestis pasta sit. [\*Veg. R. R. 3, 15. et 78. Cf. BUBRESTIS.] P Est etiam hoc nomine herba ex olerum genere. Plin. 22, 22, 36.

BURĀ, ae, et Buris, is, f. βύρα, curvamentum aratri, hoc est praecipua aratri pars curva, cui a posteriori parte stiva, a priori dentale, aures et temo infigitur: quasi βούς οὐρά, bovis cauda, quia instar caudae bovine incurvatae est. Varr. R. R. 1, 19. Terram boves proscindere nisi magnis viribus non possunt, et saepe fracta bura relinquunt vomeres in arvo. [Schneid. ad hunc Varr. loc. haec monet: Bura est aratri pars posterior curva, olim latine urvom dicta, Graece γυγῖς, quae si cum temone fuerat ex eadem materia continuata, nulla intercedente junctura, aratrum Graece dicebatur αὐτόνορον. F.] Virg. G. 1, 169. magna vi flexa domatur In burim, et curvi formam accipit ulmus aratri. Serv. ad h. l. affert quoddam Varronis fragmentum, in quo buris masculino genere effertur: Totum burim iudici ab urbe. [\*V. Voss. ad Virg. l. l.] P Turn. Advers. 22, 30. buram dicit esse temonem illum longum aratri, qui inter boves est protensus. Sed profecto fallitur. Nam Virg. l. c. post burim enumerat temonem, aures, dentalia, et stivam, quibus partibus totum aratrum componitur.

\*BURBARATA vel Buragara, oppidum Moesiae inferioris. Anton. Itin. B. A.

\*BURCHĀNA, ae, insula Germaniae septentrionalis, hodie, ut credunt nonnulli, Borkum, inter ostia Amisii amnis. Plin. 4, 13. B. A.

BURDIGALĀ, ae, f. urbs Aquitaniae ad Garumnam amnem. Patria fuit Ausonii poetae, ut idem testatur de clar. urbib. 14, 8. P Scribitur et Burdegala.

BURDIGALENSIS, se, adj. ad Burdigalam pertinens. Sidon. ep. 9, 13. in carn. Coram discipulis Burdigalensibus. P Scribitur et Burdegalensis.

[BURDO, onis, m. et Burdus, i, m. ἄβυρος,

(etymon est ab Hebr. מִלּוּ mulus) mulus ex equo et asina genitus. *Isid. Orig.* 12, 1. f. Mulus ex equa et asino: burdo ex equo et asina. [*Cf. Isid.* 9, 1.] *Ulp. Dig.* 32, 49. Legato continentur jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. [\*Quemadmodum lecticis gestandis homines, ita ferendis basternis burdones adhibebantur. *V. Scheffer. de re vch.* 2, 6. p. 116.] *Schol. Hor.* ad *Od.* 3, 27, 5. Manni equi dicuntur passilli, quos vulgo burdos vocant. *Id.* ad *Epod.* 4, 14. eosdem burrichos appellat. *V. BURRICHUS.* P Est quoque cognomen Romanum. *Tac. Hist.* 1, 58. Julius Burdo. *Inscr. ap. Murat.* 513, 5. C. Vibius Burdo. *F.*]

[BURDONARIUS, ii, m. qui mulos pascit et curat. *Edict. Dioclet.* p. 19. Camelario, sive asinario, et burdonario pasto diurni X viginti. Differt a mulione, qui deinde memoratur, et cui diurni X vigintiquingue statuuntur: quippe is erat, qui mulas curru iungebat et regebat. *F.*]

[BURDUNCULUS, li, m. herba, quae et lingua bovis appellatur. *Marcell. Empir.* 5. P Est etiam dimin. burdonis. *Not. Tir.* p. 181. Burdo, burdunculus. *F.*]

BURGARI, orum, m. plur. qui in burgis habitant. [*Isid. Or.* 9, 4. Burgarii a burgis dicti, quia crebra per limites constituta habitacula burgos dicunt.] Exstat de his titulus in *Cod. Theod.* 7, 14., ubi intelligi videntur ii, qui in burgis, seu castellis custodiendae provinciae causa ponuntur.

\*BURGINACIUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in Batavorum insula. *Anton. Itin.* P *V. Quadriburgium. B. A.*

BURGILLUS, i, m. dimin. burgi. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 868, 2. L. Valerius Burgillus. *F.*

BURGUNDIONES, um, m. plur. populi Galliae Celticae, quos quondam a Druso et Tiberio adoptivis filiis Caesaris devictos, et per varia habitacula dispositos ajunt in magnam coaluisse gentem; indeque nomen accepisse, quod crebra per limitem habitacula constituta burgos vocant. Haec *Oros.* 7, 32. et *Isid. Orig.* 9, 4. In singulari numero, *Sidon. Carm.* 7, 234. Burgundio trux. [\*Burgundio etiam adjective accipitur. *Veg.* 4, 6. Burgundiones equi.]

BURGUS, i, m. Vox est cadentis Latinitatis, qua significatur parvum castellum muniendi causa exstructum. Videtur esse a Graeco βύργος, turris. *Veg. Mil.* 4, 10. Quod si ultra jactum teli, in clivo tamen civitatis, subjecta sit vena, castellum parvulum (quem burgum vocant) inter civitatem, et fontem convenit fabricari, ibique balistas sagittariosque constitui, ut aqua defendatur ab hostibus. *Imp. Justin. Cod.* 1, 27, 2. Ubi ante invasionem Wandalarum republica Romana fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris et burgis ostenditur. P *Burgus* etiam dicitur plurium domorum congregatio, per limites alicujus provinciae constitutarum: item vicus quilibet munimento aliquo conclusus. *Inscr. ap. Grut.* 164, 3. et 4., *Isid. Orig.* 9, 4. et *Oros.* 7, 32. Burgum Pontii Leontii describit *Sidon Carm.* 22.

\*BURII, orum, populi Germaniae, in agro Marcomannorum et Quadorum. *Tac. G.* 42. *B. A.*

BURIS, V. BURIA.

\*BURIUS, i, m. genus ferarum. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 3, 31. Scorpis cancrique una elephantis et buriis. Ita cod., nisi mavis buricus. *B. A.*

[BURNISTAE, arum, m. plur. incolae Burni oppidi Liburniae. *Plin.* 3, 21, 25. Liburnorum civitates, et quibus Lacinienses, Stupinones, Burnistas, Olbonenses nominare non pigeat. *Inscr. ap. Paulovich. Marm. Trag.* p. 18. Praetorium clapsulum Burnistae ex pec. . . Scapula Leg. Augg. restit. . . *F.*]

\*BURNUM, i, Dalmatiae oppidum. *Plin.* 3, 22. P Aliud, in Liburnia, cujus incolae Burnistae appellati. *Id. ib.* 21. *B. A.*

BURRAE, arum, f. plur. gerrae, nugae, res vanae et nullius pretii. *Auson. praef. ad Latin. Pacat.* 3. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquillas ineptiasque etc. *Scalig. in lect. Auson.* 2, 13. putat esse vocem Aquitanicam; majorem enim Aquitanicarum nationum partem quisquillas appellare burras. Quidam apud *Voss.* in *Etym.* in *Burrus* docent, burram esse vestis cujusdam vilioris genus: ex quo burras dici res quaslibet minimi pretii.

BURRANICA Potio appellatur lae sapa commixtum: a rufo colore, qui burrus dicitur. *Festus.* Hujusmodi potionem designavit *Or. Fast.* 4, 480. Lac niveum potes, purpureamque sapat.

BURRANICUM, genus vasis, teste *Festo.* Videtur autem ductum a potione burranica, ut scribit *Voss.* in *Etym.* in *Burrus.*

BURRHINON, i, n. βουρρίνον, herba, quae et cynocephalon dicitur: a βους, bos, et ῥιν, ῥινός, naris, quod bovinis naribus similis est. *Appul. Herb.* 86.

[BURRICHUS et Buricus, i, m. parvus equus, idem ac mannus et burdo. A colore rufo dictum, *Tom. I.*

quasi βούριον, recte censet *Salm.* ad *Vopisc. Carin.* 19. Hinc *Varr. R. R.* 2, 8. cum rubicundiorum appellat. *Paulin. Nolan. ep.* 29. (al. 10.) ad *Sever.* 12. Macro illa et vilioris asellis burico sedens. Adde *Veg. Veter.* 4. in f. V. BURDO. *F.*]

BURRIO, is, n. verbum fictum ad exprimendam trepidationem illam et concursationem, quae videtur in formicarum aedificiis. *Appul. Met.* 8. p. 211, 21. In carioso stipite formicarum nidificia burriebant et ultro citroque commeabant multijuga scaturigine. *Al. leg. bulliebant, al. aberrabant vel oberabant.*

\*BURRIUM, i, oppidum Britanniae. *Anton. Itin. B. A.*

BURRUS, a, um, adj. rufus, a Graeco βύρρος, quod idem significat, v in u converso. Hinc rustici burram appellant buculam, quae rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus dicitur. *Festus.* P Etiam *Burrus* nomen proprium R. et *Burra* praenomen muliebri, a rufo colore imposita sunt, ut videre est in *lib. De nominib. Rom.*, quem alii C. *Tito Probo* tribuunt, alii *Val. Max.* P Olim *Burrus* pro *Pyrhus* a veterib. scribebatur, ut *Quint.* 1, 4. docet, et factitatum fuisse ab *Ennio* narrat *Cic. Or.* 48. [*Cf. Wolf. ad Suet. Ner.* 35. *Schneider. Gram. Lat. Tom. I.* p. 42.]

[BURSA, ae, f. βύρα, [\*unde Germanicum die Börse.] crumena ex corio. Est etiam cognomen Romanum. *Cic. Fam.* 7, 2. T. Munatius Plancus Bursa. *F.*]

[BURSAONENSIS, se, adj. ad urbem pertinens in Celtiberia, quae nunc putatur esse *Trillo*, quaeque *Bursada* dicitur a *Ptolemaeo* 2, 6., cui lectioni favet inscriptio Celtiberica in nummis apud *Sestium Descriz. delle medaglie Ispane* p. 113. *Plin.* 3, 3, 4. *Bursaonenses*, Calagurritani, qui Fubularienses cognominantur. *Bursaones* vero dicuntur in *Fragm. Lic. l. XCI. ex recens. Niebuhrii et Bursavolenses* apud *Hirt. B. Hisp.* 22. *F.*]

[BURSIO, onis, m. diminutivum bursae. Cognomen Romanum. Nummus apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5. p. 227. L. Julius Bursio. *F.*]

\*BURTINA, ae, oppidum Hispaniae Tarracensis. *Anton. Itin.* Hodie creditur esse *Almudrar. B. A.*

\*BURUNCUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Ubiorum. *Anton. Itin. B. A.*

BUSELINUM, i, n. βουλίον, herba sativo apio similis, sola caulis brevitate, et rufo radice differens. *Plin.* 20, 12, 47.

BUSEQUA. V. BUBSEQUA.

BUSIRIS, genit. Busiris, et Busiridis, Βούσιρις, Neptuni et Libyes filiae Epaphi filius, crudelissimus Aegyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivus imperavit. Hic cum hospites omnes ad aras Jovis immolaret, ab Hercule in Aegyptum delato, cum eadem illi insidias pararet, una cum Amphidamante filio, et praecone Chalbe, et ministris arae interfectus est. *Virg. G.* 3, 5. Aut illaudati nescit Busiridis aras. *Or. A. A.* 1, 649. Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari etc. P *Stadius* mediam syllabam corripuit *Theb.* 12, 576. Non trucibus monstris Busirin, infandumque dediti Cereyona. Alii tamen rectius leg. *Sinin.* P Est et nomen urbis in Aegypto nunc *Bosire*, ad Nilum fluvium a *Busiride* condita, in qua fuit templum magnum Isidis. *Plin.* 5, 10, 11.

BUSTAR, aris, idem quod bustum. Affertur a *Charis.* 1. p. 25. sed nullo Latini scriptoris exemplo confirmatur.

BUSTEUS, a, um, adj. a busto derivatum. *Plauto* quidam olim tribuebant, *Truc.* 2, 7, 58. Odio es confossus, busteus, h. e. busto seu morti proximus. Ubi nunc ita legitur: hic odiose es, confossus omnibus reus: vel omnibus te iis.

BUSTIALIS. V. BUSTUALIS.

BUSTICETUM, ti, n. locus in quo multa sunt busta: item ipsum bustum. *Arnob.* 1. p. 24. (p. 30. *Har.*) Hercules, quem vos fertis vivum arsisse, et concrematum in funestis busticetis. *Id.* 7. p. 222. (p. 279. *Har.*) Arae istae, quas dicitis, altariaque haec pulera infelicissimi animalium generis ustrinae, rogi sunt, et busticeta in opus structa foedissimum.

BUSTIRAPUS, i, m. qui lucri causa busta spoliat, seu qui ex ipso rogo coenam sepulcralem rapit, ut constat ex *Cat.* 59. τρυβόροχος. *Pl. Ps.* 1, 3, 126. Impudice, sceleste, verbero, bustirape, furcifer.

BUSTUALIS, le, adj. ad bustum pertinens. *Sidon. ep.* 3, 12. Campus refertus bustualibus favillis. *Prudent. Cathemer.* 9, 52. Suetus antro bustuali sub catenis frondere. *Al. leg. bustiali.*

\*BUSTUARIUM, i, n. bustum. *Gloss. Gr. Lat. Καύσις νεκρῶν, bustuarium, ustrina. B. A.*

BUSTUARIUS, a, um, adj. ἐκείροχος, bustualis, ut bustuarii gladiatores, qui ante busta dimicabant. *Cic. Pis.* 9. P *Bustuarium moecha*, quae inter busta prostat. *Mart.* 3, 93. P *Bustuarium*, ii, substantiv. *Ammiano* 28, 1. est libitinarius, qui curat funera, et corpora comburit. [\*qui uno verberbo vespillones appellantur. *V. Vales.* ad h. l.

*Tom. II.* p. 217. *Erf.*] P *Bustuarium altare* in quo humanae victimae immolantur. *Tert. Pall.* 4. Ubi Busiris et bustuaria altaria?

BUSTUM, sti, n. καύσις νεκρῶν: ab urendo derivata vox, a *Festo* definitur locus, in quo mortuus comburitur et sepelitur. Nam ubi quis combustus tantummodo est, alibi vero sepultus, ustrina vocatur. Haec *Festus.* P Sic etiam dicitur ipsa cadaveris combustio. *Lucr.* 3, 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto insatiabiliter deslebinus. P Item ipsum cadaver combustum. *Stat. Th.* 12, 247. haud procul Ogygias domos et egena sepulcri Busta jacere reor. P Quia vero plerumque Romani eodem loco et cremabantur et sepeliebantur, hinc saepe accipitur pro ipso sepulcro, *Virg. Buc.* [*Suet. Ner.* 33. bustum consepire, h. e. lo- cum ubi quis sepultus est septo circumdare. *V. Bremi* ad h. l.] *Cic. Leg.* 2, 26. De sepulcro autem nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea delectat, neve alienum inferat; poenaeque est, si quis bustum (nam id puto appellari *καύσιον*) aut monumentum violarit etc. [*Hoc loco bustum est in universum locus, ubi aliquis sepultus est.*] *Id. Tusc.* 5, 35. Sardanapalus incidi jussit in busto: Haec habeo, quae edi. *Id. Phil.* 1, 2. Bustum facere. [*In his locis bustum ponitur de monumento quod in sepulcro erigitur.*] *V. INSEPULTUS.* [\*Notandus usus hujus vocis apud *Qu. Cic. de petit. Cons.* 2. aliquem ad bustum agere, i. e. aliquem ad locum supplicii ducere. Ex nexu enim apparet, bustum ibi non de sepulcro dictum esse. Originem hujus signif. hanc esse puto, quod qui supplicio afficerentur, eodem etiam loco, quemadmodum idem mos apud nos obtinet, apud Romanos sepeliebantur.] P Hoc sensu differt a monumento, quod bustum cremati cadaveris reliquias habet, monumentum non habet, sed ad memoriam tantummodo defuncti exstructum est. Hinc duo ista distinxit *Suet. Ner.* 38., ubi narrat, plebem Romanam, incensa a Nerone Urbe, ad monumentorum, bustorumque diversoria fuisse compulsam. Porro *diversoria* quod appellat, significat varia subterranea cubacula, quae in bustis exstrui a ditioribus solebant, ad quae per gradus descendebatur. Quibus in locis prostare solebant viliores meretrices, quas proinde *bustuaris moechas* vocat *Mart.* 3, 93. P *Ad Busta Gallica* locus fuit in Urbe Roma in regione quarta, ubi Gallorum, qui eam ceperant, ossa coacervata et condita fuerant. *Varr. L. L.* 4, 32. *fin.* et *Lic.* 22, 14. P *Translate. Cic. Pis.* 5. Templum illud fuit, te consule, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium ac religionum. Et *ib.* 4. Cum tu interim, bustum reipublicae, qui etc. Sic *Plin.* 5, 17, 15. oppidum excisum bustum vocat. P *Bustum* est etiam effigies dimidiata illius, qui in busto cremandus erat. Hinc Itali etiamnum eam busto, Germani *eine Büste*, dicunt, quam Graeci *προτομήν*, Latini *vultum, thoracem* appellabant. Huc fortasse spectat locus *Inscr. apud Murat.* 1514, 3. Eja age, conduntur istaque, bustaque humo. Plura de etymo, significatione et usu vocis Italicae busto habet *Viscont. praef. T. 6. Mus. Pio-Clementin.*

BUSYCON. V. in BU.

BUTEO, onis, m. genus accipitris subnigri coloris, alio nomine triorches, τριόρχης, quod tres habere dicitur testiculos. Huic quidam principatum in auguriis dedere. Apud Baleares in honore mensarum est. Romanae familiae in gente Fabia cognomen dedit, cum prospero auspicio in ducis navi sedisset. Haec ex *Plin.* 10, 8, 9. et 11, 49, 110. [\*Adde *Arnob.* 7. p. 280. *Har.*] P Putant quidam, esse buteonem, quem Italicorum multi vocant *pojana.* *V. Aldrovand. Ornithol.* 5, 7. et alibi. [\*Germani hanc avem dicunt *Bussaar.*] P De hac ave haec habet *Festus*: Buteo genus avis, quae ex eo se alit, quod accipitri eriperit: vastitatisque est causa his locis, quae intraverit, ut bubo: a quo etiam appellatur buteo. Quaedam ex his, ut minus vera, reprehendit *Voss.* in *Etym.* P Fuit cognomen Romanum in gente Fabia, ut *Q. Fabius Buteo, Liv.* 33, 26. *M. Fabius*, et *Numer. Fabius Buteo, Fast. Capitol. ap. Grut.* 292, 1. et 2.

BUTES, ae, m. Βούτης, filius fuit Amyci, Beryciurum regis, qui ob saevitiam patris ab Argonautis caesi regno pulsus parvo navigio Drepanum in Sicilia confugit, ubi a Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est, a qua cum ob formae morumque et aetatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu usus Erycem filium ex ea suscepit. Et quoniam Lycaste ob eximiam pulcritudinem *Venus* vocabatur, datus est locus fabulae, Butem ex Venere filium Erycem suscepisse. Narrat *Virg. A.* 5, 370. hunc a Darete juxta tumulum Hectoris occisum fuisse. P Alius fuit Butes Teleontis et Zeuxippes Eridani (corrigi *Apidani*) fluminis filiae filius, Atheniensis, de quo mentionem facit *Hyg. fab.* 14. P Fuit alius Pallantis filius. *Oe. Met.* 7, 500. P Item armiger quidam Anchisae. *Virg. A.* 9, 647. P Alius denique fuit Butes Trojanus a Camilla in proelio occisus. *Virg. A.* 11, 690.

BUTHROTUS, a, um, adj. ad Buthrotum pertinens. *Cic. ad Planc. post. epist.* 16. l. 16. ad Att.



Buthrotus ager. Et ib. Buthrotia causa. P Buthrotii, orum, sunt Buthroti incolae. Cic. ib.

BUTHROTUM, ti, n. et Buthrotus, ti, f. Βουθροτόν, oppidum Epiri in ora, contra Corecyram, colonia olim Romanorum. Plin. 4, 1, 1. Colonia Buthrotum, maximeque nobilitatus Ambracius sinus. Ov. Met. 13, 720. regnataque vati Buthrotus Phrygio. P Est etiam nomen fluminis apud Locros, urbem Magnae Graeciae in Italia, nunc Novito. Liv. 29, 7. Annibal a Buthroto anni (haud procul his ab urbe Locris abest) nuncio praemisso.

BUTHYSIA, ae, f. Βουθυσία, magnam ac sole-mne sacrificium, in quo multae et magnae victimae caeduntur, qualis est hecatombe: Graeca vox a βοῦ, quod in compositione auget, et θύω, macto, sacrificio: vel a βοῦς, bos, quia bos est maxima victimarum. [Haec ratio unice vera.] Suet. Ner. 12. Gymnico, quod in septis edebat, inter buthysiae apparatusum, barbam primam posuit. [Cf. Bremi ad h. l.]

BUTICUM linum, genus lini Aegyptii a Buto urbe, circa quam nascitur, denominatum. Plin. 19, 1, 2, n. 3.

BUTIO, onis, m. ardea stellaris minor, seu asterias. Auct. carn. Phil. 42. Inque paludiferis butio lubit aquis. Fortasse est eadem avis, quae buteo appellatur V. suo loco.

\*BUTOA, ae, insula maris Mediterranei, prope Cretam. Plin. 4, 12, B. A.

\*BUTOS vel Butus, i, f. Βούτος, Aegyptii oppidum, in Delta. Plin. 5, 10, B. A.

\*BUTRIUM, i, Βούτριον, urbs Umbriae, in Italia superiore, ad mare Hadriaticum, non procul a Ravenna. Plin. 3, 15, B. A.

\*BUTROTUS, i, m. flumen Magnae Graeciae inter Locros, in Bruttiorum agro, hodie Novitto. Liv. 29, 7. init. ubi pro a Butroto anni legere Gronovius mavult ab Alece (Halece) anni, propter situm fluminis. B. A.

[BUTTO, onis, m. idem ac magnus buttus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 746, 2. Veitroni Buttoni Butto F. F.]

BUTTUBATA seu Butubata Naevius, teste Festo, pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. De vocis origine multa Scalig. ad Fest. et Foss. in Etym. P [Buttubata, ae, h. e. homo levis, est Petronii 45. ed. Anton. ubi ed. Burn. habet burdibasta, ut sit asini stratum. Alii aliter legunt. B. A.]

[BUTTUS, i, m. idem ac butta, cupa, Βούττις. Gloss. Philox. Antelabra, ζελη οξενών ὡς καὶ Βούττις. V. Ducang. Gloss. in V. Butta. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 563, 8. L. Baebius Buttus. F.]

\*BUTUA, ae, oppidum Dalmatiae. Plin. 3, 22. Hodie est Budua.

[BUTUNTINENSIS, se, et Butontinus, a, um, adj. ad Butuntum pertinens, Calabriae urbem, nunc Bitonto, in cuius nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 1. p. 144. B'ONTININLN. Plin. 3, 11, 16. Argentini, Butuntinenses, Deciani. Frontin. De col. p. 111. Butontinus ager, Caclinus, Genusinus. F.]

BUTYRUM, i, n. Βούτυρον, spuma lactis sero concretior, et multa agitatione pinguior, Romanis quondam ignota: Graeca vox a βοῦς, bos, et τυρός, coagulum, quia ex bubulo lacte plerumque fieri solet. Plin. 28, 9, 35. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautissimus cibus, et qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo; et inde nomen: pinguisimum ex oribus. Fit et ex caprino, sed hieme, calefacto lacte. Id. 11, 41, 96. Mirum, barbaras gentes, quae lacte vivant, ignorare, aut spernere tot saeculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem jucundum et pingue butyrum. Spuma id est lactis, concretiorque, quam quod serum vocatur. Non omittendum, in eo olei vim esse, et barbaros omnes, infantesque nostros ita ungi. Adde Cels. 4, 15. et 18. et 5, 26. n. 30. [Col. 6, 12. Supra ustum butyrum (braune Butter) vel caprinus instillatur adeps.] P Paenultima longa est. Sidon. carn. 12, 7. Infundens acido comam butyro. (Homerus quoque in Batrach. primam in τυρός produxit.) Corripuit Aemil. Macer De herb. c. de ruta. Cum butyro, modicoque oleo decocta tumorem, etc.; sed non est imitandum. Turpius tamen peccavit primam quoque corripiendo. Est enim Graeca diphthongus: qua in re et Sidon. erravit, et quicumque auctor est illius versus, quem quidam perperam T. Valgio tribuunt: Lac niveum, butyrumque novum cum melle comedit. P Scribitur quoque buturum ob Y et U affinitatem. Edict. Dioclet. p. 15. Buturi Ital. P. 1. X sedecim.

BUXANS, antis, part. ab inusit. buxo, buxum colore referens. Appul. Met. 8. p. 211, 5. Refert sese buxanti pallore trepidus.

[\*BUXENTINUS, a, um, et [\*BUXENTIUS, a, um, adj. ad Buxentum pertinens, Lucaniae urbem, nunc Policastro, quae Graece βυξάντιος dicebatur, quia βύξω, h. e. buxo abundabat. Frontin. De colon. p. 90. Ager Buxentinus. Sil. 8, 583. et quae Buxentia pubes Aptabat dextris irrasae robora clavae. B. A. et F.]

BUXETUM, ti, n. βυξέτιον, locus buxo consitus. Mart. 2, 14. Lotus ad Europae tepidae buxeta recurrit. Id. 3, 58. Tonsile buxetum.

BUXEUS, a, um, adj. βυξίνος, qui est e buxo. Colum. 7, 8. fin. Caseus vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. Solin. 52. med. Buxei luci. P Item qui colore est buxo simili. Plin. 8, 20, 29. Buxeus color. Varr. ap. Non. 6, 65. Anates tremipedas, buxeis rostris pecudes. Mart. 2, 41. Dentes piceique, buxeique. Petr. fr. Trag. 58. Burn. Buxei anuli, h. e. aurei, ut quidam interpr. exponunt: auri enim color buxeto similis est. [Fortasse ironice buxei dicuntur, quod, quum ex auro non facti sunt, pallidum colorem habent.] Appul. Met. 1. p. 110, 30. Buxeus pallor. [Appul. Met. 9. p. 231, 4. luror buxeus.]

BUXIFER, a, um, adj. βυξόδηγος, buxos ferens. Catull. de phaselo 4. Amastri Pontica, et Cytore buxifer.

\*BUXINUS, i, q. buxeus. Ex conjectura Bynkersh. et Schulting. restituendum esse censent loco Pauli Sent. rec. 3, 6, 67. Cf. Byssinus.

BUXIS, idis, f. idem ac pyxis, Graeco v in u Latinum converso. Legitur in quibusdam editionibus Pauli Jcti lib. 3. recept. sentent. tit. De legatis sub f.

BUXOSUS, a, um, adj. Plin. 12, 25, 54. de xylobalsamo. Buxosum est optimum, quod est odoratissimum, h. e. buxo simile.

BUXUM, i, n. βύξος, lignum et arbor buxi. Virg. G. 2, 449. et torno rasile buxum. Enn. ap. Phylarg. longique cupressi Stant rectis foliis, et amaro corpore buxum. Plin. 11, 43, 84. Quae in lamina secantur, praecipua sunt citrum, terebinthus, buxum. P Per synecdochen accipitur pro tibia e buxo (V. vocem sequentem) Ov. Met. 14, 537. tinnitibus aera pulsati Aeris, et inflati complevit murmure buxi. Prop. 4, 8, 42. Jactabat truncas ad cava buxa manus, h. e. saltabat ad tibiam. Adde Stat. Th. 7, 170. P Item pro trocho, quo pueri ludunt. Virg. A. 7, 382. Volubile buxum. Pers. 3, 51. buxum torquere flagello. P Et pro pectine e buxo. Juven. 14, 194. caput intactum buxo, naresque pilosae. Ov. Fast. 6, 229. Crines depectere buxo.

BUXUS, i, f. βύξος, [unde ortum. Prisc. 1, 5, 26. p. 549. Jahn.] arbor exigua, foliis minutis, densis, rotundis et concavis, semperque virentibus, ligno vero coloris aurei, adeoque duro ac ponderoso, ut neque cariem sentiat, et in aqua subsidat. Ov. A. A. 3, 691. Nec densae foliis buxi. Plin. 16, 40, 76. n. 3. Spississima, ideo et gravissima judicatur ebenus et buxus. P Per synecdochen sumitur pro opere aliquo ex buxo facto, ut pro tibia. Nam multae e buxo tibiae fiebant, praesertim illae, quas in sacris adhibebant, ut ex Plin. 16, 36, 66. colligitur. Virg. A. 9, 619. Tympana vos, buxusque vocant Berecynthia matris Idaeae. Stat. Th. 2, 77. plurima buxus, h. e. tibiae. (Adde Th. 9, 480.) Juven. 14, 194. caput intactum buxo, h. e. pectine.

\*BUZAE, arum, Indiae citerioris populi. Plin. 6, 20, B. A.

\*BUZYGAEUS, i, mons Thessaliae. Plin. 4, 8, B. A.

[\*BUZYGES, ae, m. Βουζύγηγος, heros Atheniensis, qui omnium primus junctis bubus arasse terram dicitur: a βοῦς, bos, et ζύγον, jugum. Plin. 7, 56, 57. Serv. ad Virg. G. 1, 19. ipsum Triptoleum dictum Buzygen fuisse tradit, ut et Auson. ep. 22, 46., qui et Epimeniden vocatum ait. Varr. R. R. 2, 5. Ab hoc pecore Athenis Buzyges nobilitatus est. B. A. et F.]

BY

[BYBLIAS, adis, f. ad Byblon pertinens, urbem Syriae, Adonidi sacram, ubi templum erat Bybliae Veneris, et peragebantur Adonidis orgia, de qua V. Lucian. de Dea Syr. 6. Reposian. Concupit. Mart. et Ven. 90. Solvite Bybliades praeduri pectora Martis, h. e. puellae, quae Byblon incolabant. Hinc Id. ib. 66. de Veneris: Ludebat teneris Bybli permixta puellis. F.]

BYBLIS, idis, f. Βύβλις, filia Mileti regis Mileti urbis, et Cyaneae nymphae, quae a fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis mutata est, ut Ov. Met. 9, 662. narrat: qui tamen A. A. 1, 282. laqueo vitam finisse dicit. Hyg. quoque fab. 243. ipsam sibi vim intulisse scribit. Ov. Met. 9, 451. Cyaneae praestanti corpora forma, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae. Et ib. 650. Bybli taces, frondesque tuo premis ore caducas. P Legitur et Biblis, sed minus recte. P [Item insula maris Aegaei, quae Melos, Siphnus, etc. appellata. Plin. 4, 12. Melos, cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum et Aeyton. Haec insularum rotundissima est. B. A.]

\*BYBLUS, urbs Syriae, Adonidi sacra. V. Burn. Anth. Lat. Tom. 1. p. 43. Jahn.

\*BYBLUS vel Byblos, i, f. Βέβλος, oppidum Phoeniciae. Plin. 5, 20. Mela 1, 12. B. A.

\*BYGOIS Nympha de Arte fulgurati librum edit, apud Tuscos, uti Servius refert ad Virg. A. 6, 71. B. A.

BYLLIDENSIS, Bylliensis et Byllinus. V. BULLIDENSIS.

\*BYLLIS vel Bullis, idis, f. Βοῦλλίς, Βυλλίς, oppidum maritimum Myrici, e regione Brundisii oppidi Italiae, Autonem inter et Amantiam. Caes. B. C. 3, 40. Cic. Phil. 11, 11. B. A.

BYRRHUS. V. BIRRUS. [\*V. Salm. ad Script. Hist. Aug. p. 514.]

BYRSA, ae, f. Βύρσα, arx in media Carthaginiensium urbe, a Didone exstructa et appellata. V. CARTHAGO. Virg. A. 1, 371.

BYRSICUS, a, um, adj. ad Byrsam pertinens, Sidon. ep. 7. in carm. 17, 17. Spernis Elissaeae Byrsica tecta domus.

BYSSICUS, a, um, adj. idem ac byssinus. Martian. Dig. 39, 4, 16. Opus byssicum, pelles Babyloniae, etc., h. e. pannus ex bysso. Ita legitur in celebri editione Torrentini. Al. hab. byssinum.

BYSSINUS, a, um, adj. βύσσινος, qui ex bysso est. Plin. 19, 1, 4. Lino, quod ignibus non absumatur, principatus in toto orbe. Proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaja genito. Quaternis denariis scripula ejus permixta quondam, ut auri, reperio. Appul. Met. 11. p. 269, 10. Byssina vestis. [Apud Paul. Recept. Sent. 3, 6, 67. commemorantur vasa byssina. Sed viri docti ibi recte rescribendum esse censent vasa buxina; facili enim permutatio litterarum y et u, ss et x. — Paulin. in Jamb. ad Cyther. 779. Contexta bysso vestis irruptam fidem Signat, valente stamine. Nam fila byssi fortiora et sparteis Feruntur esse funibus. Quem locum Heinecc. affert, ut quum sparteae urnae, amphorae commemorentur, etiam byssina vasa defendi posse ostendat.] P Byssinum, i, absolute pro veste byssina. [\*Ubi opus cogitandum videtur. V. Byssicus.] Tertull. Cult. femin. 13. Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae.

BYSSUS, i, f. βύσσος, ἡ, בַּיִט, Hebr. genus lini, (quod linum byssinum dicitur a Plin. 19, 1, 4.) subtilissimi et delicatissimi circa Elim in Achaja nascentis, adeoque pretiosi, ut auro contra aestimatum sit, habitumque in deliciis feminarum. [\*Adde Plin. 13, 1. Isid. Orig. 19, 27.] Appul. Met. 11. p. 258, 20. Vestis multicolor, bysso tenui pertexta. P Forsterus in lib. De bysso antiquor. probavit, byssum esse gossipium (Gossipium arboreum Linn.), ibique plura huc spectantia habet quem videsis.

BYTHIOS, Βύθιος, hoc est profundus, idem ac Bythos apud Tertull. adv. Valent. 8.

BYTHOS, i, m. Βυθός, hoc est profundum, unus ex aeonibus Valentini apud Tertull. adv. Valent. 7. et adv. Haeretic. 49.

BYTORUS. V. BIURUS.

BYZACENUS, a, um, adj. ad Byzacium pertinens. Est autem Byzacium regio Africae CCL. M. pass. per circuitum, fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. Varia habet oppida, quae Plin. 5, 4, 3. enumerat. Ejus cultores Libyphoenices dicuntur. Imp. Justin. Cod. 1, 27, 2. Dux Byzaceniae provinciae. Adde Inscr. ap. Grut. 361, 1. et 362, 1.

BYZACIUS, a, um, adj. idem ac Byzacenus, Βυζάκιος. Sil. 9, 204. seu sunt Byzacia cordi Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis. Al. leg. Byzantia eod. sensu, quia Byzaceniae provinciae incolae a Graecis Βυζαντινός dicuntur. [\*Varr. R. R. 1, 44. In Africa ad Byzacium item ex medio nasci centum (dicunt). Plin. 5, 4, 17, 5, 18, 10. Utpote cum e modio si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii dicuntur. Salm. ad Solin. 27. observat, videri Byzacium Varronem pro urbe accipere, quae tamen sit regio. Verum ex sola particula ad hoc colligi non licet.]

BYZANTIACUS, a, um, adj. Byzantius. Stat. Silv. 4, 9, 13. Aut Byzantiacos colunt lacertos.

BYZANTINUS, a, um, adj. Byzantius. Auson. de clar. urbib. 2. Byzantina Lygos. Sidon. ep. 7, 17. in carm. Romuleos refugis, Byzantinosque fragores. Id. ep. 4, 7. Byzantini chironomantes, h. e. periti coenarum structores, quales aliquando fuerunt Byzantini.

BYZANTIUM, ii, n. Βυζάντιον, urbs Thraciae ad Bosphorum contra Chalcedonem urbem Bithyniae. Antea Lygos dicta est, postea Constantinopolis a Constantino M., qui eam instauravit. Plin. 4, 11, 18. [\*Th. 9, 15, 20. Mela 2, 2. Nep. Paus. 2. Liv. 38, 16.] P Ab incolis hodie Stambul vel Stambol dicitur, corrupto nomine ex his verbis εἰς τὴν πόλιν, quae Graeci circa incolentes, cum illam adirent, usurpabant.

BYZANTIUS, a, um, adj. Βυζάντιος, ad Byzantium urbem pertinens. Op. Trist. 1, 9, 31. Quae tenent Ponti Byzantia litora fauces. Plin. 9,

15, 20. Byzantius portus. P Byzantii, orum, sunt Byzantii incolae. Cic. Prov. cons. 4. [\*Lic. 31, 33. Nep. Timoth. 1.] P Item ad Byzacium Africae regionem pertinens. V. BYZACENUS.

BYZERES, um, m. plur. Βύζρες, populi Asiae inter Cappadoces et Colchos, qui Buzeri a Plin. 6, 4, 4. et Mela 1, 19. dicuntur. Val. Fl. 5, 152. Byzeresque vagi, Philyraeque a nomine dicta Litora. P Scribitur et Bizeres, Βίζρες.

C.

C Tertia Latinorum Littera, eaque muta, sonum habet z Graecorum, lenem quidem, si praepnatur vocalibus e, et i; durum vero, si ceteris. In his nominibus Cneus, et Cajus pronunciat ut G, docente Quint. 1, 7. Nam Latini olim G non habebant, sed pro ea C utebantur: quae postea in illis vocibus tantummodo remansit. (Etiam in Cnidus hac ratione proferri quidam volunt, et si qua sunt alia, quae n post c habeant.) Hinc in columna Duiliana legitur legiones, mactistratus, Cartaginienses, pugnando, pro legiones, etc. In notis verborum C. Cajum significat, et si inversa scribatur Q, Cajam: in notis numerorum valet centum: In tabellis iudicium est nota condemnationis, sicut A absolutio. Hinc illa dicitur tristis, haec salutaris a Cic. Mil. 6.

CA

\*CABALACA, oppidum Asiae ulterioris, in Albania. Plin. 6, 10. Καβάλα est Ptolemaeo. B. A.

CABALIA, ae, (sc. regio) Καβάλα. V. vocem sequentem.

[CABALIENSIS, se, adj. ad Cabaliam pertinens, Lyciae regionem, memoratam a Plin. 5, 27, 28. Lycia comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cuius tres urbes Oenoande, Balbura, Bubon. Inscript. apud Grut. 566, 8. T. Valerius T. F. Fab. Titulus Cabaliensis veteranus. F.]

\*CABALLARIUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Caballarius, κάλης ίππέως. Item ίπποπόλος (i. qui equos curat), Caballarius in Gloss. Vet. Firmico etiam sub Equi coelestis sidere nati Caballarii dicuntur. B. A.

CABALLATIO, onis, f. pabulum caballi, annoae loco praebitum. Imp. Honor. et Theodos Cod. 12, 38, 14. et Cod. Theod. 7, 4, 34.

CABALLINUS, a, um, adj. ίππιος, ad caballum pertinens, equinus. Pers. prol. Fons caballinus, h. e. Hippocrene. Plin. 28, 20, 81. Caballina caro. Id. 30, 8, 22. Caballini dentes. Id. ib. 13, 38. Caballinum fimum.

[CABALLIO, onis, m. idem ac equuleus. Veget. Veter. 1, 20. Equulei, id est caballiones marini. Sunt qui putant hos esse hippocampus. F.]

CABALLION, herba eadem quae cynoglossa. Appul. Herb. 96.

CABALLODONUM. V. CABILLONUM.

CABALLUS, i. m. καβάλλος, [idem ac cantherius, equus castratus. Sunt qui vocem derivandam putent a καβάλλω Dorice pro καραβάλλω, dejicio, simili fere ratione, ut apud Latinos clitella et clitelarius a verbo clino. Alii deducunt a κάω, excavo, inde factum cavo, vel cabo, a quo caballus, seu castratus, ut etiam caper, et capus. Hujusmodi equis usi sunt veteres versandis in pistrino molis, oneribus portandis, et vecturis trahendis. Quod patet ex Senec. ep. 87. M. Cato censorius cantherio vebebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret. Mox: O quantum erat saeculi decus; imperatorem, triumphalem, censorem uno caballo esse contentum, et ne toto quidem! partem enim sarcinae ab utraque parte dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis, et asturconibus, et tolutariis praeferes unicum illum equum ab ipso Catone defricum? Hic vides Senecam eundem equum prius cantherium, deinde caballum appellare. Varr. R. R. 2, 7. Peritus belli alios equos eligit, atque alit atque docet, aliter quadrigarius, ac desultor: neque item qui vectarios (Schneiderus legit vecturarios) facere vult, neque eodem modo parantur ad ephippium aut ad rhedam: quod ibi ad castra habere volunt acres, sic contra in viis habere malunt placidos. Propter quod discrimen maxime institutum, ut castrantur equi: demptis enim testiculis sunt quietiores, ideo quod semine carent: ii cantherii appellantur, ut in subus majales, in gallis gallinaceis capi. F.] Lucil. ap. Non. 2, 134. Succussatoris, tetri, tardique caballi. Hor. Ep. 1, 18, 36. ut olitoris aget mercede caballum. Id. Sat. 1, 6, 59. vectari rura caballo. P Lassus tanquam caballus in clivo, proverb. de valde defatigato: legiturque apud Petron. Satyr. 134. P De equo nobili ac generoso dici videtur a Juvenal. 3, 118., ubi Pegasus Gorgoneum caballum appellat: item 10, 60. et 11, 195., item ab Horat. Sat. 1, 6, 59, nisi quod satyricae, h. e. ridendo, et per contemptum loquuntur. P [Caballus fuit etiam

cognomen Romanum. Hinc ludit in ambiguo Martial. 1, 42. Qui Galbam salibus tuis, et ipsum Possis vincere Sextium Caballum. Ludit qui stolidum procacitate, Non est Sextius ille, sed caballus. F.]

CABARDIACENSIS, se, et

CABARDIACUS, a, um, adj. Cognomen Minervae, a loco, ut videtur, deductum, in quo colebatur. Tabula aliment. Vell. 2, 47. memorat fundum Aestinianum, Antistianum, Cabardiicum, et ib. 65. fundum Cabardiicum veterem in Vellejate. Inscr. ap. Grut. 81, 8. Minervae Cabardiicensi. Alia apud De Lama Inscriz. ant. p. 34. Minervae Medicae Cabardiicensi. F.]

CABASA, ae, oppidum Aegypti in Delta; hinc

\*CABASITES, is, m. adj. ad Cabasam pertinens. Ptol. 4, 5. Plin. 5, 9, 9. Cabasites nomos. B. A.

CABATOR, oris, m. Legitur in Inscr. apud Grut. 622, 1. Putat Salmas. ad Vopisc. Saturn. 8. et alii, idem esse quod cavator: (Facile enim v, et b invicem mutantur. V. initium litterae B.) Eo autem loco accipiendum esse pro sculptore gemmarum. Nam qui gemmas scalpunt, quasi quosdam sulcos in iis cavant.

\*CABELLIO, onis, oppidum in Gallia Narbonensi, in Cavarum sive Cavarorum regione, ad Druentiam fluvium, hodie autem Cavaillon. Plin. 3, 4. Anton. Itin. B. A.

\*CABIALIS resina, ait Gesnerus in Lexico, est Cavealis, dolis picatis derasa vel qualis condiendo vino adhibetur. Veget. de re vet. 3, 53. et 4, 14. B. A. V. Cadialis et Cavealis.

CABILLONENSIS, se, adj. ad Cabillonum pertinens. Est autem Cabillonum oppidum Aeduorum in Gallia Celtica ad Ararim fluvium, cujus meminit Caes. B. G. 7, 42. Nunc Challon dicitur. Eumen. Paneg. ad Constantin. 18. Cabillonensis portus. P \*Cabillo appellatur oppidum hoc ab Ammian. 14, 31. et plur. Cabillones, 15, 26. et Cabellio, quantum minus recta, in Anton. Itin. Denique Cabalodunum audit Notit. Imper. et Cabilio Tab. Peutinger. B. A.

\*CABILLONUM. V. CABILLONENSIS.

\*CABIRA, orum, τὰ Κάβιρα, urbs Ponti, in confinio Armeniae. Eutrop. 6, 7. Nominata est et Diopolis a Pompejo Magno. Posterius Sebaste dicta. B. A.

CABIRUS, i, m. Κάβειρος et Κάβηρος, ab Hebr. כַּבִּיר cabbir, valde potens, Deus Macedonum et Samothracum. Lactant. 1, 15. Aegyptii Isidem, Macedones Cabirum, Romani Quirinum summa veneratione coluerunt. Inscr. fidei tamen sublestae apud Reines. cl. 1. n. 143. Samothracibus Cabiris. Nummus Claudii Goth. ap. Vailant. Numism. Imp. P. 1. p. 206. Deo Cabiro. P Plures fuere hoc nomine Dii. Aegyptii et Phoenices septem coluerunt, quos Diodor. Sic. l. 1. recenset, Solem nempe, Saturnum, Rheam, Jovem Ammonem, Junonem, Vulcanum, Vestam, hisque addit Mercurium eorum administrum. Hos memorat etiam Herodot. 3, 37. P Alii tres fuerunt a Samothracibus et Atheniensibus culti, quos etiam Διοσκουρούς, Anaces et Tritopatores appellatur. Horum meminit Cic. N. D. 3, 21., quem locum vide supra in V. ANACES, in quo tamen sunt, qui pro Zagreus scribendum putent Triptolemus. P Schol. Apollon. Argonaut. 1, 918. Cabiros appellat Axieron, Axiocersam et Axioerson, h. e. Cererem, Proserpinam et Plutonem, hisque addit Mercurium, quem appellat casmillum, eorum nempe administrum, ut ait Varr. L. L. 6, 3. P Progressu temporis horum Cabirorum loco, qui mystici facti sunt et initiatis tantum noti, successerunt Castor et Pollux, qui iidem fuerunt ac Penates et Dii patrii et Divi potes Romanorum. Varr. L. L. 4, 10. Terra et Coelum, ut Samothracum initia docent, sunt Dei magni, et hi, quos dixi multis nominibus. Nam neque quas Ambracia ante portas statuit duas viles species aeneas, Dei magni; neque, ut vulgus putat, hi Samothraeces Dii, qui Castor et Pollux: sed hi mas et femina; et hi quos augurum libri scriptos habent sic, Divi potes: et sunt pro illis, qui in Samothrace Θεοὶ δννατοί. Haec duo, Coelum et Terra, quod anima et corpus, humidum et frigidum. P Pherecydes in fragm. Cabirorum parentes vocat Vulcanum et Cabiram. Hinc in nummo Thessalonicensium apud Eckhel. D. N. V. T. 2, p. 77. Cabirus stat succinctus, dextra clavum, sinistra malleum attollit, cui pro pedibus incus prominet. P Tripolitae in Phoenicia nummos excuderunt in honorem Antonii Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commodi et Annii Caesaris, quos Deos Cabiros in iisdem appellarunt. V. Eckhel. D. N. V. T. 3, p. 375. [\*Totum hunc locum retractavit et egregie, ampliavit Furl. Forc. paucis rem absolvent.] P \*Fuit et Cabirus Asiae fluvius, non procul ab Indo lumine. Plin. 6, 23. ed. Hard. B. A.

\*CABYLE, es, vel Cabyla, ae, f. Thraciae oppidum, inter flumen Panysum et Pontum Euxinum. Eutrop. 6, 8. Ammian. B. A.

\*CABYLETAE, arum, incolae Cabylae oppidi. Plin. 3, 11. ed. Hard. B. A.

CACA, ae, f. soror Caci, quae, quia Herculi

furtum fratris prodidit, divinitate donata est, atque ara sacelloque culta, in quo ei per virgines sacrificabatur. Lact. 1, 20. et Serv. ad A. 8, 190.

CACABACEUS et Caccabaceus, a, um, adj. ad cacabum pertinens. Tert. adv. Hermog. 41. Motus non turbulentus nec cacabaceus, sed compositus et temperatus, h. e. qualis est liquoris in olla ferventi ebullientis.

CACABATUS et Caccabatus, a, um, adj. fuligine aspersus, fumidus, denigratus instar cacabi. Paul. Nolan. ep. ad Serv. 32. (al. 12), 9. Cum aedificia, quae immaculata adhuc operis tui gratia splendent, obscurata naeniis insipientiae meae et ut digno meis versibus verbo utar, cacabata conspicias.

CACABO, as, n. 1. κακαρίζω, verbum exprimens vocem perdicis: ductumque est a Graecis, qui perdicem κακαίαν et κακαίδα appellant. Auct. carm. Philom. 19. Cacabat hinc perdix, hinc gratitad improbus anser. Auct. fragm. de Aucup. 12. maculosaque terga Inficiunt pullae cacabantis imagine guttae, h. e. ad similitudinem perdicis. In priore versus prima syllaba producitur, in posteriore corripitur, minus recte tamen: nam Graece duplici zz scribitur.

CACABULUS, li, m. vel Cacabulum, i, n. κακαίριον, parvus cacabus. Tert. Apol. 13. Domesticos Deos domestica potestate tractatis, pignerando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva. Adde Arnob. 6, p. 200. et Apic. 4, 1. P Scribitur et caccabulus. P Sunt qui putant, cacabulum dici etiam lasanum, a cacando, sed non probant.

CACABUS, i, m. κακαίριον et κακαίριος, vas vel fictile vel ex aliquo metallo, in quo cibi coquuntur. Quomodo ab aheno differat, V. in AHENUM Videtur esse a κάω, uro, et κάβη, cibus. Varr. L. L. 4, 27. Vas, ubi cibum coquebant, ab eo cacabum appellarunt. Colum. 12, 46. Radiculam in cacabo aeneo coquito. Id. ib. 41. Cacabus stanneus. Ulp. Dig. 34, 2, 20. Cacabi argentei. Scribon. Compos. 220. Cacabus fictilis. Stat. Silv. 4, 9, 44. Aut unam dare synthesisim quid horres Alborum calicum atque cacaborum? P Cacabus erat plerumque vas fictile; hinc quoties ex metallo constabat, addebatur adj. aeneus vel stanneus vel argenteus. Scriptores Latini et Graeci saepe monent adhibendum esse cacabum novum ad quosdam cibos coquendos, propterea quod invetriatura non utebantur veteres. V. Plin. 30, 8, 22. et 35, 6, 16. etc. P Scribitur et caccabus duplici cc, quod est Graecos imitari, a quibus κακαίριον dicitur.

CACALIA, ae, f. κακαλία, herba, quae et leontice dicitur, in montibus fere nascens, semine minutis margaritis simili, dependente inter folia grandia. Plin. 25, 11, 85.

[CACALUS, i, m. diminut. a κακός, malus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 963, 10. Calo Avioli Lib. F.]

CACATURIO, is, n. 4. κακώτω, κακώτω, cacare cupio, nitor. Martial. 11, 77. In omnibus Vacerra quod conclavibus Consumit horas et die toto sedet, Coenaturit Vacerra, non cacaturit.

CACATUS, a, um, part. verbi caco, κακωμένος. Translate. Catull. 36, 1. Annales Volusi, cacata charta, h. e. annales cacando compositi: vel spurcati malis versibus. Hinc Martial. 12, 61. Scribit carmina, quae legunt cacantes.

\*CACCABE, es, f. Κακαίβη, olim appellata fuit Carthago. Significat autem haec vox proprie caput equinum, V. quod omen fuit futurae magnitudinis. Drakenb. ad Sil. 2, 410. B. A.

CACCABUS etc. V. CACABUS.

CACEPHATON et Cacephaton, i, κακίφατον et κακίφατον, vitium sermonis, idem quod caphaton: a κακός, malus, et φημί, dico. Charis. 4, p. 242. et Diomed. 2, p. 446., sed uterque Graece scribit. Latine autem legitur apud Serv. ad G. 2, 13. et ad A. 1, 197. et cacephaton apud Isid. Orig. 1, 33.

CACHECTES vel Cachectia, ae, m. κακίτης, dicitur a medicis, qui cachexia laborat: a κακός, male, et έχω, habeo. Plin. 28, 9, 33. Lac bubulum bibunt phthisici, syntectici et cachectae.

CACHECTICUS, a, um, adj. κακίτικός, idem qui cachectes. Plin. 32, 10, 39. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea utilia sunt cum ruta ac melle.

CACHEXIA, ae, f. κακίτη, malus corporis habitus, quo alimenta omnia corrumpuntur: quod fere fit, cum longo morbo vitata corpora, etiamsi illo vacent, refecionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum est; aut cum diu necessaria defuerunt; aut cum inusitatis et inutilibus cibis aliquis assumpsit. Ita describit Celsus 3, 22., ubi tamen hanc vocem Graece scribit. Est enim Graeca a κακός, malus, et έχω, habitus. Attamen Latine non semel usurpat Coel. Aurel. Tard. 3, 6.

CACHINNABILIS, le, adj. Appul. Met. 3. Totus populus risu cachinnabili diffuens, h. e. risu in cachinnos effuso. Id. Dogm. Plat. 3. Homo animal cachinnabile.